a *Videbuntur*. non tamen tenentur propter fideiussionē de- A fendere: vt j. iud. sol. l. iam tamen. §. in hac. & §. si tamē plures.

b *Defendat*. hic puncta. & quod subiicit, vel omnes &c. sit sensus, quia siue omnes simul dent vnum procuratorem, siue quidam ex his dent vnum procuratorem, satis sit. non autem est sensus, vel omnes, scilicet defendāt: quia hoc non permittitur, cum graue esset actori cum tot litigare: vt j. iud. sol. iam tamen. §. si tamen plures. & supra e. non tamen. quæ sunt contra. vel dic quòd etiam omnes defendent, scilicet insolidum. prima verior est.

cum defendere † videbūtur,[a] si vel vnus ex his eum pro solido defendat[b]: vel omnes, vel qui ex his vnum dederint, in quem iudiciū transferetur.

Quilibet potest procuratorem constituere qui non reperitur prohibitus. h. d. Vel aliter. In genere permissorum omnia intelliguntur permissa, quæ specialiter non reperiuntur prohibita. Bartolus.

XLIII. IDEM libro NONO ad Edictum.

B

MVtus. } CASVS. Hac lege dicitur quòd mutus & surdus procu. constituere possunt, & ipsi procuratores esse possunt ad negocia, non ad iudicia. {CVM QVAERETVR.} Contra Seium te procu. constituit in causa quam aduersus Seium habebam: ipse Seius allegabat me procu. constituere non posse. Dicitur quòd inspiciendum est an procu. constituere prohibear: quia si non prohibeor, mihi videtur permissum. {IN POPVLARIBVS.} Contra te egi act. quadam populari: quia dicebam quòd album prætoris corruperas: vel quia in via public. aliquid habebas appensum. volebas quòd cauerem de defendendo quemlibet de populo. Dicitur hic quòd non debeo. {IS QVI.} Si ego amicus adulti adulto præsenti petam curatorem dari pro lite quam adultus cum aliquo habet, adultus consentire debet: si absenti petam, de rato cauere debeo. {POENA.} In lite quæ vertebatur inter me & Seium, Titium institui procura. procurator iste vocauit Seium ad ius: Seius volebat quòd procura. caueret de defendendo. procurator cauere non vult. Dicitur quòd denegāda est ei actio propter hoc quòd non cauet de defendendo. q. d. procura. meus non admittitur ad agēdum ex quo non cauet de defendendo. {SI PROCVRATOR.} In §. isto ponitur quoddam consilium. Dicitur enim quòd si procu. meus ad negotia vel ad iudicia velit aliquid ab aduersario stipulari, & seruus meus fuerit præsens, in persona mea & serui mei concipienda erit stipulatio: & fiet promissio serui mei absentis. {QVI NON COGITVR.} Iste §. habet plura dicta. Primum est, quòd procura. rei antequam satisfecerit iudi. sol. non compellitur defendere: sed satisdatione præstita compellitur defendere. Secundum, quòd procu. actoris ante cautionem defendere non cogitur, sed post sic. Tertium refertur tam in procu. actoris quàm rei, scilicet quòd non semper erit verum quòd procu. post satisda. defendere compellatur. attamen in illis casibus, in quibus non compelluntur solum ad hoc vt iudicium inchoetur per lite. contesta. Quarto assignat rationem quasi post satisda. non compellantur defendere: puta secretæ sunt inimicitiæ: vel bona illius procu. qui satisfecerat, ab alio fuerunt occupata. aliàs necesse habet inchoata negotia finire: nisi aliis iustis cautis fuit impeditus. Vivianus.

c *Procedere*. vt nutu vel scribendo, si sit literatus: quia solo consensu contrahitur obligatio talis: vt j. man. l. j. & §. de pac. l. iurisgentium.

d *Forsitan*. philosophicum temperamentum. sic & j. de arbi. si duo. sic & ibi, Forsitan si non venissem, peccatum non haberent nam pro certo potest dari procurator: vt hic subiicit. Sed tutor esse non potest: vt j. de tute. l. j. §. mutus. & §. surdus. Et nor. hic quòd quædam permittuntur extra iudicia, quæ in iudiciis non: vt hic, & infra manda. si procuratorem. §. si quis. & supra eo. seruū quoque. in prin. & §. de postu. l. j. §. propter casum. & j. de adquir. here. l. mutum.

e *Hoc edictum*. duobus modis expone. primo, edictum quo dicitur ne quis prohibeatur dare procuratorem, est prohibitorium. sicut illud. ne ei vis fiat &c. nā sicut illi, sic isti prohibetur fieri vis quò minus det procu. quilibet enim qui suo nomine habet actionem, dare procuratorem potest: vt j. de iniur. sed si vnus. §. idem ait. & si quis dicat non licere lege vel constitutione, probet: vt j. de proba. l. ab ea parte. & l. in exceptionibus. sed hoc edictum non habemus. Vel secundo sic, secundum Py. hoc edictum quo quis à procuratore constituendo remouetur, est prohibitorium. supple scilicet certarum personarum: vnde aliis concessisse videtur: vt infra de iudic. cum prætor. & nisi sic suppleres, magis esset ratio in contrarium ad id quod intendit. Et quæ sunt personæ quæ remouentur, dic per exempla: vt §. eo. non solum. §. fina. & l. Pomponius. & l. licet. j. respon. & j. de publi. iudi. l. pen. §. j. Item tutor vel curator ante lite. contesta. vt C. eod. neque tutores. & l. procuratoribus. & etiam hoc edictum non habemus quo ad verba.

ceat, inspiciendum erit an non prohibeatur procuratorem dare: quia hoc edictūe prohibitorium est. In popularibus actionibus, vbi quis quasi vnus ex populo agit, defensionem[f] vt procurator præstare cogendus non est. §

Minor ad petendum curatorem potest facere procuratorem: & si dubitatur de mandato, admittitur cum cautione de rato. Bartolus.

Is qui † curatorem alicui[h] præsenti petit: non aliter audietur, nisi adulto consentiente[i]. quòd si absenti[k], ratam rem cum[l] habiturum necesse habet dare.[m] * Pœna non defendentis[n] procuratoris[o] hæc est, vt denegetur[p] ei actio.

f *Defensionem*. vt defendat singulos de populo.

g *Non est*. duabus rationibus. Prima est vt euitetur infinitas: vt ar. C. de sacrosan. eccl. l. fi. Secunda, quia suo nomine non alterius agit, nisi pro priuato domino agatur: & tunc dari potest procurator. vt §. eod. l. licet in popularibus. in princ. & tunc satisdat etiam de defendendo eum cuius nomine agit.

† *Ange. hic dicit istum tex. valde no. & mentis tenēdum ad limitationē omnium eorum de mādato dicentium, procuratore debere admitti ad cautionē rati si de eius mādato dubitetur, verum non habere quādo dominus est præsent. quod dictum licet sit in se verū, tamē iste tex. hic non probat, vt poteris videre hic in interpre. Bolog.*

h *Alicui præsenti*. scilicet adulto: vt subiicit.

i *Consentiente*. id est vocato vt consentiat. compellitur enim velle si agat: quia aliter non potest agere. Item si conueniatur, compellitur similiter habere curatorem: vt institu. de cura. §. item inuiti. & infra de tutelis. l. qui habet. §. si pupillus.

k *Quod si absenti*. scilicet curatorem petat.

l *Eum*. scilicet adultum. Accursius.

m *Dare*. Ioan. dicit non animaduerti quo casu hæc stipulatio committatur curatori vel aduersario. nam aut petebatur curator ad negocia, aut ad litem. si ad negocia, si quidem ratum habeat, non committitur. si autem ratum nō habeat: nec tunc committitur. nam cum debeat committi ad id quod interest illum ratum habere: hic autē nil interesset, imò noceret: quia tenetur administrare: non committitur stipulatio, quia prodest quòd non ratum habet. si ad litem, hic nunquam committetur curatori vel aduersario: quia cogetur semper habere ratum, siue agat, siue conueniatur: vt insti. de curat. §. item inuiti. pro eodem igitur habetur ac si ratum habuerit: vt j. de negot. gest. Pomponius. §. j. Respon quod dicitur quòd inuitus accipit curatorem ad litem agendam, sic intelligitur, vt non aliter audiatur vel admittatur si velit agere, nisi habeat curatorem. Quid ergo si adultus conueniatur? hæc videtur multò durior oppositio: quia potest cogi & debet vt habeat curatorem: vt j. de tutel. qui habet. §. idem Cassius. Responderi tamen optime potest, quia licet cogi debet vt habeat curatorem, non tamen cogitur vt hunc vel illum habeat curatorem. sic & C. de iudi. apertissimi. hic ergo si velit adultus ratā habere defensionē: non committitur: alioquin cōmittitur ei qui volebat conuenire minorem, vel conueniebatur nomine minoris: & ideō accepit satisdationē rē ra. habe. si enim adultus habeat ratā defensionem in primo casu quando fuit conuentus minor (in quo casu erat reus) fieret executio cōtra minorem. in secundo. s. quādō alius cōueniebatur à minore præiudicaretur minori per procuratorē: vt j. de re iudi. si se. §. tutor. cū vero petitur curator ad negocia: ille tantum accepit satisdationem qui petitur, & non alius. & hic committi stipulatio posset: vt si hic curator tanquam curator vendidit rem minoris: & de quadrupla cauit ex consuetudine loci. interest enim curatoris quòd ratum habeat minor: quia si ratū habet, non vindicabit rem quam vendidit curator: alioquin contra. & ita curator de quadrupla teneretur. & sic apparet ex predictis satisdari, scilicet aduersario adulti quando ad litem, vel curatori quando ad negocia.

n *Pœna non defendentis*. id est non cauentis de defensione. vel proprie pone, vt supra eo. seruum. §. aut prætor.

o *Procuratoris*. scilicet actoris.

p *Denegetur*. & sic remouetur ab administratione: vt hic, & C. eo. l. actionē & l. ij. & idē in omni administratore & hoc quo ad aduersārium: sed quo ad dominum tenetur actione mandati ad in-

ad interesse: quia & hoc sibi mandatum videtur, vt defendat: vt ĵ. eo. l. ad rem. & l. ad legatum. & s̄. de iurisd. omn. iud. l. ij.

a *Si procurator agat.* in iudicio, & aliquid petat: & tunc cauebitur iudicatum sol. vel iudicio sisti. Vel petebat stipulationem aliquam legati vel damni infecti: & tunc cauendum est seruo: quia melius videtur directam quæri quàm vtilem tantum: vt hic, & ĵ. titu. j. l. fin. & infra rem pupil. sal. for. l. ij. & infra de administr. tut. l. quoties. in princip. Item quia melius videtur ordinarium auxilium, id est directam actionē, quàm extraordinarium, id est vtilem quæri: vt infra de minor. in causæ. in prin. & s̄. de edend. quædam. in prin.

Melius est habere actiones directas, quã vtiles. Bart.

Si procurator agat[a], & præsens sit absentis[b] seruus: Atilicinus ait, seruo cauendum, non procuratori.

Procurator qui satisdat de defendẽdo, cogitur defendere si actio est tempore peritura. Item ex causa potest libere non defendere. sed si actio non est peritura, & sine causa non defendit, non cogitur: sed stipulatio committitur. h. d. cum l. seq.

Qui non cogitur[c] defendere absentem[d]: tamen si iudicatum solui satisdedit defendendi absentis gratia: cogendum procuratorem iudicium accipere, ne decipiatur is qui satis accepit. Nam eos qui non coguntur rem* defendere, post satisdationem[e] cogi[f]. Labeo[g] causa cognita temperandum: & si captio actoris sit propter temporis tractum[h], iudicium eum accipere cogendum.[i] Quòd si aut adfinitas dirempta sit, aut inimicitię interceſſerint, aut bona absentis[k] possideri cœperint.

* rem.

XLIIII. VLPIANVS libro septimo Disputationum.

Primum responsum in procuratore facto in rem suam ex parte actoris ex causa non lucratiua: quo casu non tenetur defendere nisi satisdet: vt hic, & supra eodem. si quis in rem. Vel tertio dic, quòd procurator actoris non tenebatur defendere, quia iustam causam habebat: vt supra eodem. sed & hæ. §. præter. quo casu si satisdedit, sibi præiudicat: vt supra qui satisdare cogan. l. si fideiussor. §. si necessaria. Vel quarto dic, quòd dominus pro eo ignorante satisdedit. vnde non tenebatur defendere nisi & ipse satisdedisset: vt supra eodem. si defunctus. ij. respon. & secundum hunc casum loquitur versicu. nam, &c. in procuratore rei, vt superior, qui non cogitur, & c. Vel quinto dic quòd loquitur in tutore vel curatore qui non coguntur cauere de defendo: si tamen cauerint, tenentur. vt C. de administra. tuto. l. fin. §. defensionem. prima vetior est.

b *Absentis.* id est domini, qui est actor.

c *Qui non cogitur.* hoc primum responsum loquitur de procuratore rei. quod patet propter qualitatem satisdationis, & quia dicit defendendi: vt instit. de satisdatio. §. finautem. & §. si vero aliquis. & de oper. noui. nun. de pupillo. §. qui remissionem. & quod subiicit probando in alio respon. nam & eos, &c. dicit de procuratore actoris. nam licet nec primus defendere, nec secundus agere pro alio, & sic nec eum defendere compellatur: tamen post satisdationem compelluntur: vt C. eodem. l. inuitus. Vel intellige

d *Absentem.* scilicet reum non cogitur agere vel defendere.

e *Satisdationem.* de defendendo.

f *Cogi.* scilicet præcise, prout hoc responsum intelligitur de procuratore actoris, secundum quod modo exposuimus: vt s̄. eod. sed & hæ. §. prætor.

g *Labeo.* ait. licet dixerit procuratorem rei post satisdationē cogi indistincte: tamen distinguendum est propter tres casus quos ponit.

h *Tractum.* qui est brevis.

i *Cogendum.* scilicet præcise. & optime in hoc dicit Labeo: vt supra eo. sed etiam ex. & sequens litera non loquitur quando res est peritura.

k *Absentis.* s. huius qui satisdedit, qui absens est à reo: & reus ab ipso. & sic non est contra ĵ. eo. l. Titius. Vel aliter sol. vt ibi. & hoc modo vt hic dicitur absens. ĵ. eo. ff procuratorem.

l *VEL si longinquo. Interuenerit.* quæ enumerantur. s̄. eod. post litem. cum seq. ll. & l. filiusfa. §. fi. cum sequentibus.

NON cogendum.] CASVS. In hac lege ponitur ratio Sabini, quæ dicebat prætorem vel iudicem non debere compellere aliquem ad defendendum: sed sufficiebat cõmitti stipul. quod est quando iusta excusatio non intercesit: nec tamen res est peritura. Item dicit Sabinus, & si ex iusta causa omittatur defensio, non committitur stipul. nec quantum ad pretorem, nec quantum ad fidemiſſ. [QVI ITA.] Contra egi act. populari, quia album prætoris corruperas, vel quia quid habebas appensum in via publ. propter priuatum damnum meum: vt puta appensum in via publica, vnde populo oriebatur quæstio propinquus eras domui meæ: an in ista actio procura. constituere possim, quæritur. Et respon. quòd sic possum. [SI PRO-CVRATORI.] Procuratorem instituit ad negotia. iste procurator incepit in meo ædificare. Mæuius nuntiauit et nouum opus, proc. cauit de demoliendo opere si appareat iniuste ædificatū: vnde Mæuius nuntiationem remisit postea ei ædificanti nuntiauit vicinus nouum opus. procurator iussit ad iudicium interdicti vti possi. quod continet tale ius, quòd ex quo ille qui ædificare vult, satisdederit de opere demoliendo, si appareat sibi ædificatum iniuste, quòd non debet prohiberi ædificare. aduersarius vult vt cũeat procurator derato, agens isto interdicto. dicit quòd cauere non tenetur: & si cauerit, non committitur stipulatio ista. Vlpianus.

m *Non cogendum.* præcise: nec stipulatio committitur: vt insta proxi. at si iustas causas, &c.

n *Sabinus.* hic non debet esse. §. sed grossa litera: & quod dicit Sabinus, dicũt quidam quod corrigit omnia prædicta. Sed tu dic quòd non corrigit aliquid de dicto Labeonis: sed dicta priorũ sic. si enim res sit peritura, omnino cogitur secundum Labeonē, & bene: vt s̄. eo. l. sed etiam ex. in fi. si vero iusta causa interuenerit, non cogitur, vt ait Labeo, & bene: vt s̄. eod. sed & hæ. §. præter. nec stipulatio cõmittitur: vt hic subiicit. si iustas causas. sed si iusta causa non interueniat, nec res peritura: non cogitur, sed stipulatio committitur: & hoc adicit Sabin. dicto Labeonis, & corrigitur per hoc dictum priorũ. collige ergo, quia in primo cogitur, in secundo non: nec stipulatio cõmittitur. in tertio non cogitur, sed stipulatio committitur: & hoc in procuratore rei: nam procurator actoris præcise cogitur: vt s̄. eo. sed & hæ. §. præter. Item ad dictum Sab. quod est hic, est contra. s̄. eo. si defunctus. j. respõ. Sed dic quòd hic eo ignorante vel contradicẽte dominus satisdedit vel ipsemet procurator satisdedit: ibi eo sciente & non contradicente dominus satisdedit, vt & ibi dixit.

o *Defendere.* scilicet præcise.

p *Iustas causas.* aliquam de prædictis.

q *Fideiussores.* dati ab ipso procuratore vel domino eo ignorante.

r *Quia vir bonus.* ad cuius arbitrium debet defendi: vt ĵ. eo. Plautius. j. respon.

s *Sed & si satis non dedit.* scilicet cum fideiussoribus.

t *Qui ita.* pone casum supra eo. licet in principio.

u *Defendant.* ecce quòd actor dicitur defendere, & reus agere: vt supra eodem. non solum §. si status.

x *Et postea alius agens.* ex eadem causa.

y *Exceptione.* scilicet rei iudicatæ: vt ĵ. de popu. act. l. iij. & hoc si non per collusionem sit actum: vt ĵ. de iureiur. l. eum qui. in popularibus. Contra enim videbatur: quia cum sit priuatum damnum, videbatur alius non repelli.

z *Si procurator.* ædificanti nomine domini.

a *Nuntiatum sit.* & ipse cauit de opere demoliendo. aliàs non haberet locum hoc interdictum quod subiicit: vt ĵ. de oper. no. nun. l. de pupillo. §. penul.

a *Interdicto vtatur.* scilicet vti possideris, vt dicũt quidã: quia qui ædificare prohibentur, & possidere prohibentur: vt ff. de vi & vi arma. l. vim facit. & ff. vti possi. si duo. Vel dic, hoc interdicto quod subiicit, ne ei vis, &c. vt sint verba cuiusdam interdicti: vt ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. penult.

b *Defensoris.* quãtum ad euitandam satisdationem de rato. & est ratio: quia non posset committi stipulatio, vt subiicit: vere tamen est actor, cum agat interdicto: vt infra de ope. nou. nun. l. de pupillo. §. penult. quæ est contra.

c *Satisdederit.* scilicet sponte.

d *Non animaduerto.* nã aut ratum habet, & sic habet quod promisit. aut non: & tũc potest etiam hodie prohibere. & sic potius interest non habere ratum, quàm habere. sed nõne ego animaduerto? pone quòd procurator iniuste victus est interdicto quod proponit. si dominus ratum habet, interest mea nam si ratum habeat, potero prohibere. si non habeat, non nocebit domino sententia: ideoque dominum prohibere non potero: & sic potest cõmitti stipulatio: vt infra rem rati. habe. si fine. §. quòd si procurator. nec placet vt dicatur non committi propter iniuriam: vt infra rem rat. habe. si fine. §. cum autem. quia iniuria procuratori meo facta, mihi nocet: vt hic. non si alteri fiat, vt ibi. An ergo cauebitur eo attento quod non iure fieri potest? Respon. non, vt hic, & infra de pecu. eo tempore. ĵ. respon. vel dic, non committitur, quia totum sibi mandasse videtur: vt infra eodem. l. ad rem. & l. ad legatum. vnde non est expectandum vt ratum habeat: vt infra de condict. indebi. si procurator. secundum Azo. cum necesse habeat habere ratum. Vel dic, non committitur etiam si dominus non habeat ratum: quia eo non habente ratum, qui egit interdicto, per consequens nõ videtur habere ratum primam satisdationem quam fecit de opere restituendo. vnde tenet nunciatio. & sic destrueretur opus factum post. potius ergo interest vt non habeat ratum, quàm habeat. sic ergo superflua est, cum non possit committi.

e *Committatur.* non ergo præstatur, cum fit superflua. sic infra vt le. no. ca. hæc stipulatio. §. primo.

Vi proprio. CASVS. Egi contra te, & litem sum contesta. postea vis procura. constituere. bene potes, dummodo caueat procura. iudic. solui, vel tu pro eo, si præsens es. {EI QVI.} Pluribus actionibus te cõueni. postea incœperas abesse. quidam obtulit se defensioni tuæ. volebam vt in omnibus te defenderet. dicitur quòd non compellitur, sed in vnica defensione admitti debet defensio eius qui se obtulit. {QVI ALIVM.} Dicitur hic quod quicunque alium vult defendere, satisdare cogitur. nemo, &c. {ITEM QVAERITVR.} Casus huius §. multis modis ponitur: sicut in apparatu videre licet. sed ad euidentiam huius §. ponas vno modo sic: Minor aliquis facilitate sua fundum mihi vendidit: vnde postea voluit in integrum restitui: & cum peteret restitutionem aduersus me ex illa causa, restitutus est. ego in causa restitutionis constitui te procu. meum. succubuisti, quia minor restitutus fuit ad petitionem illius fundi: vnde incipit fundũ vindicare, nunquid in causa resti. in integr. procura. compellitur defendere? Et respon. quòd sic. {PROCVRATOR.} Dicit §. iste quòd procura. debet reddere rationes eorum quę gessit in iudicio. vnde si quid de lite consecutus est, illud domino reddere debet. Item si aliud indebitè exegit. Item econtra si ipse procura. in aliqua causa condemnatus præstiterit, illam contrario mandati iudicio à domino recuperare potest. Venumtamen si ob culpam suam vel contumaciam aliquam pœnam præstiterit, illam à domino non recuperabit: cum litis impendia restitui debeant ei qui bona fide impendit. siue fuerit procurator actoris, siue rei, litis impendia recuperat procurator. {SI DVOBVS.} Quidam, puta Titius debebat mihi decem. contigit me abesse. vnde duos constitui procuratores. Titium qui erat debitor meus, & Seium. quæritur an Seius qui non est debitor, poterit exigere à Titio, qui Titius procurator & debitor est? & dicitur quòd sic poterit. Vlianus.

f *Accepit.* scilicet per contestationem.

g *Cauere.* s. dominus si præsens est. alias ipse procurator satisdat. instit. de satisda. §. sin autem. versicu. si vero aliquis. & ĵ. iudi. sol. si ad defendẽdum. Item ex eo quòd in principio dixit dominum iudicium accepisse, scilicet lite contestata cõtra se, & hic satisdat pro procuratore quẽ postea dat, colligitur quòd etiam post litem contestatã factus procurator debet condemnari. & pro hoc est supra eod. l. licet. §. si plures. si enim dominus damnaretur, nõ satisdaretur, cum per hoc fiat procuratoris conditio grauior: vt supra eodem. sed & hæc. §. defendere. Sed argumẽ. contra. est ad prædicta instit. de satisdatio. §. sinautem. in fin. versicu. alia. Accursius.

† *Lud. Ro. in suis sing. fo. 23. sing. 638. repugnat istum. text. singu. sed cũ reuerẽtia ipsius. tex. nõ pro. qd̃ voluit eũ bat id ad allegg. vt videre potes hic in interpretat. Bolog.*

h *Ei qui defendit.* in spontaneo gestore cum mandato vel sine, intellige: nam sufficit si cui, &c. vt C. de nego. gesto. tutori. secus in tutore vel curatore: vt ibidẽ dicitur. item secus si agat nomine alterius, quia tunc cogitur in omnibus defendere: vt supra eodem. l. omnium. & l. non solum.

i *Vel.* pro saltem.

k *Satisdare.* scilicet iudic. solui: vt instit. de satisda. §. sinautem. hoc tamen fallit in duobus casibus secundum quosdam: vt ff. eodem. non solum. §. si statu. & §. fi. sed etiam sine satisdatione conuenitur iudicati quandoque: vt ĵ. eodem Plautius. Item nota hic defensorem sine satisdatione non admitti: vt hic, & infra eodem. minor. §. is qui. & infra de iudic. l. recte. Accursius.

l *Item quæritur.* pone casum quòd datus fuit defensor aduersus eum qui in integrũ restitui volebat, eo quòd cum minor esset, prædium suum lapsus iuuentute vendiderat cum decreto: restitutus est vt vindicet. in vindicatione ergo cogitur defensor iudicium suscipere rei vindicationis, secundum Ioan. & eodem modo restitutus ad actionem personalem, quam acceptilatione deceptus dimiserat, cogitur defensor hoc iudicium personale restituendorum suscipere. Si autem quæras, cũ quasi dominus restitutionem imploraurit: cur non est ei restituta magis res quàm actio? Respon. Ioan. quia non constabat eum fuisse dominum: sed restitutus est, vt id quod ei obstabat in vindicando, scilicet venditio, non obstet. alioquin si constaret eum dominum fuisse. res non actio restitueretur & eodem modo dicas in personali quòd nõ erat purum debitum: alioquin ipsa pecunia non obligatio restitueretur. & probantur hæc omnia infra de mino. l. fina. & de condic. cau. da. si quis accepto tulerit. & l. si mulier. & de his quæ in fraudem cre. l. ait prætor. §. partum. versi. si conditionalis. Sed hæc positio non placet Azo. nam & si non constet ipsum esse dominum, officio iudicis etiam contra extraneum fit restitutio rei, cum habeat ab eo causam vt infra de mino. l. in causæ. prima. §. interdum. Dic ergo quòd hic loquitur cum ipse minor nõ tradidit: sed ipse emptor possidebat rem quam emit: & ideo emit ab eo, quia sciebat eum dominum esse. & est pro eo infra de administra. tuto. l. si sine herede. §. interposito. Vel planius pone quòd dicit restitutorium iudicium, hoc est iudiciũ quo emptor repetit à minore pretium quod in vtilitatẽ suam conuersum est: quod potest facere: vt ĵ. de minori. quòd si minor. §. restitutio. Vel pone casum in eo maiore, cuius res dum vsucaperetur, cœpit abesse causa reipublicæ, & interim completur vsucapio: qui reuersus impetrat restitutionem. Ego sic pono casum, quòd minor petiit rem rei vindica. vel alia quacunque actione: & fuit contra eum pro defensore cuiusdam sententia lata. petit restitui contra sententiam. idem defendet reum. & secundum hoc dic restitutus, id est restituendus. Sed contra omnes prædictas positiones est C. eod. l. inuitus.

Contor. text. in l. de pupillo. §. sin autem. versi. si vero. ff. de ope. nou. nun. tex. in fi. in fine. l. defendere. ff. de procu. arti. vlti.

Pro eo.

Iniuria procuratori facta, nocet domino.

dicto vtatur, [a] *Ne ei vis fiat ædificanti*. defensoris [b] partes † eum sustinere, nec compelli cauere ratam rem dominum habiturum Iulianus ait. & si satisdederit, [c] non animaduerto, [d] inquit Iulianus, quo casu stipulatio committatur. [e]

Post litem contestatam reus potest facere procuratorem, & pro eo cauere. Bart.

XLVI. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale. B

QVi proprio nomine iudicium accepisset, [f] si vellet procuratorem dare, in quem actor transferat iudicium, audiri debet, solennitérque pro* iudicatum solui satisdatione cauere. [g]

Qui sponte defendit, potest vnã causam tantum defendere. Bartolus.

Ei qui defendit [h] eum cuius nomine ipse non agat, liberum est vel [i] in vnam rem defendere.

Nemo est idoneus defensor alterius sine satisdatione. Bartolus.

Qui alium defendit, satisdare [k] cogitur: nemo enim alienæ litis idoneus defensor sine satisdatione intellegitur.

Qui defendit in antecedenti, cogitur defendere in consequenti, hoc dicit. vel aliter, Qui defendit in præparatorio, cogitur defendere in procuratorio.

Item quæritur, [l] † si iudicium acceperat defensor, & actor in integrum restitutus sit: an cogendus sit restitutorium iudicium accipere. & magis placet cogendum.

Procurator etiam ad lites tenetur reddere rationem, & restituere reliqua: hoc est quicquid eius occasione ad eum peruenit: & repetere expensas. Bartolus.

Procurator vt in ceteris quo-

vbi dicit procuratorem causam appellationis prosequi non compelli. Sol. aliud est in appellatione, quæ est alia causa: alia in hac restitutione in integrum, quæ quasi est de appendiciis primæ: arg. infra de mino. l. præfecti. Sed arg. contra. in eo. ti. l. præses. Item est argu. quòd aduocatus in causa appellationis patrocinari tenetur. sic & infra an per alium causa appella. l. finali. Sed contra est, cum sit alia causa: vt C. eo. l. inuitus. ADDITIO. Tu dic quòd non tenetur prosequi causam appellationis: quia dicitur alia causa: sed iudicium restitutorium sic: vt hic secundum Bartolum.

Aduocatus an in causa appellationis patrocinari teneatur.

a *Gerendis.* l. extra iudicium vel sine mandato: vt ĵ. de nego. gestis. l. ij. vel cum mandato: vt ĵ. mandati. l. idemque. §. j. & l. ex mandato.

b *Nomine.* puta ipsam rem. extrinsecus autē vt fructus vel aliquid ex stipulatione propter rem non defensam. & accipe hoc si tanquam procurator percepit. nam si tanquam quilibet, non cogeretur restituere: vt argum. infra solut. matri. si vero. §. item quicquid. & infra ad Trebel. debitor. §. fina. & sic fuit definita causa quam habuerunt consules Mediolanenses missi ad imperatorem Constantinopolitanum. Accursius.

c *Debeat.* sic ĵ. titu. ij. l. si autem. §. item si fundū. Sed certe imo videtur quòd nō, quia possessor hereditatis hoc indebitum non reddit: vt ĵ. de petitione hereditaris. l. si possessor. §. ait senatus. versicu. bonæ fidei. quæ est contra. Solu. hic præcessit contractus, scilicet mandati: ibi nullus inter possessorem & heredem. vel hic vt procurator habuit: & sic nomine domini: ibi nomine suo. Itē contra ĵ. de doli mali exceptio. si procurator rei. quia ibi procurator ex collusione pecuniam accepit: quam dicit eum retinere. sed ibi retinet aduersus dantem, non aduersus dominū cuius procurator est.

d *Non debet.* Not. sic & infra de noxalibus actio. l. si communis familia. & supra quod quisque iuris. l. tertia. §. quòd si is. in fine §. & infra de tutelæ & rationibus distrahendis. l. prima. §. nunc tractemus. & §. plane. Item not. ex hoc superiori responso, non esse eandem rationem contrariorum: sic & infra titulo ij. l. si quis negotia. Sed argumen. contra institu. de tute. in principio. & infra de vsur. Gaius. in fine. ADDITIO. Dic secundum Paul. de Cast. hic, quòd hoc operatur culpa vel delictum procuratoris: cum non sit eadem ratio contrariorum: vt infra pro socio. l. de illo. in fi. regulariter secus: vt l. & si infra de vulg. & pupil. & l. fina. infra de leg iij.

Contrariorum nō est eadē ratio.

e *Suadet.* vt s. de pac. l. sumptus. & ĵ. manda. l. idemq; §. idem Labeo ait. & ĵ. tit. j. sicut §. j. & hoc in procuratore qui habet mandatum omnino: siue perdat, siue vincat: vt C. manda. l. etiam in eo autem qui sine mandato defendit: distingue an vincat, & tunc repetit: an perdat, & tunc non: vt infra iudi. solui. l. iam tamen. §. in hac stipulatione.

f *Et vtique recte.* imò non recte: nisi nominatim mandatum sit: vt infra l. prox. quæ est contra. Sol. hæc secundum illam: & sic habet speciale mandatum secundum Io. Alij distinguunt, vtrum sit procurator in exigendis debitis tantum: vt hic. an omnium factorum domini: vt ibi. & erit ibi ratio, quia primo casu cum mandatum sit vt in iudicio exigat, hoc à se non potest. vnde est quòd hic alij intelligatur mandatum. in secundo non, nisi habeat speciale mandatum: vt ĵ. eo. l. itaque. Vel dic quòd in hoc. §. fuit commissa administratio Italicorum

que negotiis gerendis[a], ita & in litibus ex bona fide rationem reddere debet. Itaque quod ex lite consecutus erit, siue principaliter ipsius rei nomine[b], siue extrinsecus ob eam rem: debet mandati iudicio restituere: vsque adeo, vt & si per errorem, aut iniuriam iudicis non debitum consecutus fuerit: id quoque reddere debeat[c]. Item contrà, quod ob rem iudicatam procurator soluerit, contrario mandati iudicio recuperare debet. pœnam autem quam ex suo delicto præstitit, recuperare non debet.[d]

Litis impendia bona fide facta vel ab actoris procuratore vel à rei, debere ei restitui æquitas suadet.[e]

Vnus procurator non potest agere contra alium, nisi expresse sit ei mandatum. Bartolus.

Si duobus mandata sit administratio negotiorum, quorum alter debitor sit mādatoris: an alter cum eo recte acturus sit? & vtiq; recte.[f] Non enim ob id minus procurator intellegitur, quòd is quoque cum quo agitur, procurator sit.

A

B

C

D

vni: alij prouincialium negotiorum. vnde sicut si esset vnus in totum procurator, contra alium in omnibus ageret, quasi sit alter à toto prohibitus: sic & hic quasi à parte prohibitus poterit alium pro sua parte administrationis conuenire. nam quod facit in toto quo ad totum denegata administratio, hoc in parte quo ad partem: vt infra de admi. tu. si duo. & l. inter tutores. in sequēti vero lege cuilibet in totum administratio commissa erat. Vel distingue de quo debito agatur. si de eo quod erat ante mandatum, bene posset agi à procuratore contra alium procuratorem. si autem de eo quod post contigisset, nō posset: licet actiones competant: sed ex causa intrinseca cœpit deberi. Si autem ex ipsa administratione, non ante est actio quàm finita sit ipsa administratio: vt & diximus in tutela: vt infra de tute. & ratio. distract. si tutor. in fine. & l. seq.

XLVII. IVLIANVS libro quarto ad Vrseium Ferocem.

QVi duos procuratores omnium rerum suarū reliquit, nisi nominatim præcepit vt alter ab altero pecuniam petat: nō videtur[g] mandatum vtrilibet eorum dedisse.

XLVIII. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

ITaque si hoc specialiter mandatum est: tunc excipiente eo cum quo agitur, *Si non mihi*[h] *mandatum sit, vt à debitoribus peterem*: actorem ita debere replicare: *Aut si mihi mandatum*[i] *est vt à te peterem.*

Procurator non potest facere cōditionem domini deteriorem, sed meliorem sic. h. d. cū l. seq. Bartolus.

XLIX. PAVLVS libro quinquagensimoquarto ad Edictum.

IGnorantis domini conditio deterior per procuratorem fieri non debet[k].

L. GAIVS libro vicensimosecundo ad Edictum Prouinciale.

QVacunq; ratione[l] procurator[m] tuus à me[n] liberatus est, id tibi prodesse debet.

Qui potest in integrum restitui, non est idoneus defensor: & restitutio principalis prodest fideiussori. Bartolus.

Vi duos.] CASVS. Hæc lex cum superiori continuatur & est casus talis: Constitui duos procuratores, puta Titium & Seium: an Titius possit exigere ab illo? Dicitur quòd non, nisi speciale habeat mandatum: & si exigat, & alius excipiat quòd sit procu. sicut & ipse, & quòd ipse bene posset exigere si non esset procur. sicut & ipse: dicit quòd habēs mandatū replicabit de speciali mandato dicens, tu bene exciperes nisi haberem speciale mandatum. Viuia.

g *Non videtur.* sed contra supra l. proxi.

h *ITaque. Si non mihi.* verba sunt exceptionis.

i *Mandatum est.* scilicet specialiter. & sic no speciale hoc casu desiderari mandatum: vt dixi plene s. eo. Pompo. in princ. Item no. quòd aliàs est non, in litera: aliàs non est, non: & sunt verba hæc replicationis.

k *IGnorantis. Non debet.* nisi in tribus casibus: quando scilicet est in rem suam: & quando speciale habet mandatum: & quando generale, sed habet liberam administrationem: vt ĵ. de iureiuran. l. iusiurandum. ij. §. fin. & l. seq. & supra de pact. l. rescriptum §. fin & l. seq. quæ sunt contra. Sed certe nec tunc quando generalem habet administrationem & liberam, potest donare: vt supra de pactis. l. contra iuris. §. si filius. sed licet deteriorem facere non potest, tamen meliorem sic: vt infra l. proxi.

QVacunque.] CASVS. Quocunque modo tuum procura. libero, hoc tibi proderit. hoc est videor te liberasse. Viuianus.

l *Quacunque ratione.* siue ipso iure, quod fit multis modis siue per exceptionem pacti vel aliam. aliud si non ratione, sed contra rationem, vt per dolum vel metum vel similes modos: quia non videtur hoc ei commissum: sed vt bona fide faciat sic, vt infra de condict. inde. l. si procurator. in princ. & §. Celsus. in fin. sed videtur quòd pactum non valet: quia tunc demum valet cum principaliter ei prodest cui fit: vt s. de pac. l. fideiussoris. ibi, neq; enim &c. quæ est contra. Sol. & hic interest procuratoris: quia mandati tenetur si non quæsiuit quod potuit: vt ar. C. ar tu. l. quicquid.

m *Procurator.* ergo procuratorio nomine. ADDITIO. Bald. in l. j. in fi C. de sen. & interlo. om. iudi. dicit istā glo. non esse alibi ad istud propositum, quòd quando in sententia dicitur, Condemno Titium procuratorem: perinde est ac si diceret procuratorio nomine. Bolog.

n *Ame.* scilicet creditore tuo.

Minor.

Minor.} CASVS. Dicit lex ista quod si minor viginti-quinque annis velit aliquem defendere, quòd non potest procur. esse nec defensor: cum & ipse minor & eius fideiuss. restitui possit. {QVONIAM.} Certum est quòd maritus in id quod facere potest, condemnatur: vt ff. sol. mat. maritū. vnde pone: vir constituit procurat. ad suam defensionem, cum actione de dote conueniretur. solu. ma. nunquid procur. condemnabitur in id quod facere potest vir? Et respond. quòd sic. {LEX 1.} Cuiuscunque dignitatis sit is qui defendit, satisdare debet in sol. alias defendere non videtur: vt in duabus ll. seq. quæ cõtinuantur cum ista. Viuianus.

a *Minor existat.* id est existere velit: quod est cum interest eius, vt quia sit obligatus. sed certe imò hoc ipso quòd implicatur: vt infra de mino. l. minoribus.

b *Possit.* quando est hoc quòd potest restitui, & quando non? Respon. potest quando sine mandato, vt patet hic: quia dicit, defensor non potest quando habet mandatum: imò qui mandauit, sibi imputet: vt ff. de minor. l. cum mandato. hoc non placet: quia lex illa in negotiis loquitur. & hic non habet legitimam personam: vt C. qui legi. per l. j. & ij, & ff. de leg. tut. l. fi. sed dic quòd quandoque etiam sine mandato defendens non restituitur, vt si pro patre vel matre vel simili interueniat defensor in subsidium: vt ff. eo. l. fœminas. & ff. de tu. & ra. dist. l. j. §. sed non nullos. & de admin. tu. cum plures. §. cum tutor. ibi, in primis. & de lib. ho. exh. l. iij. §. sed si mulier. his enim casibus iure cõmuni est vsus: vnde non restituitur: vt ff. de iureiur. nã postea. §. si minor. & C. de in integr. rest. mi. l. non videtur. & C. eo. exigendi. in fi. Item quid si fideiussor animo donandi pro eo interueniat: an erit tunc idoneus? Respon. non: vt C. qui leg. per l. j. & ij.

c *Non est.* Hic habes ergo quòd minor xxv. an. non potest esse procurator: vt C. eo. l. exigendi. in medio. l. Sed cõtra. instit. qui ma. non poss. §. eadem lege. & ff. de manu. vin. l. si collactaneus. Sol. in illis ll. ad negotia erat: hic ad iudicia prohibetur. nam & seruus ad negotia potest esse, sed ad iudicia non: vt ff. eo. seruum. Item contra. C. eo. l. exigendi. in fi. Sol. ibi damnandus erat absens: quia lis erat in eũ contestata. hic non secundum Irn. vt arg. ff. eo. non solum. §. fi. Sed quomodo ibi fuit admissus? aut enim quasi procurator patrem defende re volebat, & tunc non debet admitti, quia personam non habet legitimam: vt C. si aduer. rem. iu. l. cum & minores: & C. qui legit. perso. lege secunda. Itẽ quia & ipsi & fideiussoribus succurritur: vt hic dicitur: maxime secundum nostram sentẽtiam: qui dicimus procuratorem quandoque interuenientẽ debere damnari: vt ff. eo. l. qui proprio. in prin. diximus. aut allegando causas absentiæ: & tunc quilibet debet admitti: vt ff. eo. seruum. §. publicè. dic ergo quòd speciale fuit ibi vt pro parte admitteretur: quia in hoc casu iure communi est vsus: vt hic lege modo notaui: & sic non restituitur ibi, maxime ne lex videatur homines decipere, quæ facit eum admitti: vt arg. C. de his qui ve. ætа. impe. l. j. Alij dicunt quòd ibi restituitur, vt hic: quod est falsum.

d *Succurritur.* imò videtur quòd licet sibi succurratur, fideiussores tamen teneantur: vt ff. de arb. l. si pupillus. quæ est contra. Sol. ibi loquitur quando fideiussit in rem minoris: hic non. vel verius ibi non restituitur pupillus: quia nec tenebatur nisi naturaliter: & ideo fideiussoribus non succurritur alias iuuaretur. Item contra. C. de fideiuss. mi. l. j. & ij. respon. & ff. de mino. l. in causæ. j. in princ. Sol. P. dixit quod hic fuit minor dolo inductus: quod nihil est: quia cum nec fuerit hic admissus, non potest dici etiam de facto quod fuit dolo inductus. vel ibi credebat se pro minori fideiubere: hic autem credebat eum esse maiorem. sed hoc non valet: quia hoc casu non deberet fideiussori subueniri in necem creditoris: vt d. l. in causæ. Alij dicunt hoc in iudiciis: sed leges contrariæ in contractibus. & hoc non valet: quia idem debet esse vt ubique: vt C. si tu. vel cu. inter. l. ij. Tu ergo dic: aut minore restituto datur in alium regressus: & tunc sibi & fideiussori succurritur: vt fuit hic. nam minore restituto remanet actio creditori contra debitorem suum quem defendere volebat minor. sic & in minore qui hereditatem adiuit, & creditoribus hereditariis fideiussorem dedit. nam si restituitur & repudiet, reseruatur actio in eum qui heres erit: & ideo fideiussori succurritur: vt ff. de admi. tut. l. ij. & de adquir. hered. si pupillus. in fi. aut in alium actio creditori non seruatur, & tunc distinguitur an dolo aduersarij inducitur minor: & tunc etiam fideiussori succurratur non vt minori, sed vt sua restitutio sibi prosit: vt C. de fideiuss. mi. l. ij. ibi, verum &c. & ff. de excepti. l. exceptiones. ij. §. rei autem. imò & si minor non curaret restitui, fideiussor tamen iuuaretur: vt ff. de contra tab. si post mortem. §. fi. aut non fecit dolum aduersarius: & tunc fideiussor non iuuatur: vt in contrariis legibus. Item quid si ad agendum minor constituitur procurator? Resp. idem: vt arg. C. qui le. per l. ij. vel dic contra, quòd tunc non possit restitui. & sibi imputet qui eum constituit: vt ff. de mino. cum mandato. prima verior.

LII. VLPIANVS libro sexagensimo ad Edictum.

MInor vigintiquinque annis si defensor existat[a], ex quibus causis in integrum restitui possit[b], defensor idoneus non est[c]: quia & ipsi & fideiussoribus ei[d] per in integrum restitutionem succurritur[d]. Quoniam tamen defendere est eandem vicem quam reus subire[e]: defensor mariti in amplius quã maritus facere possit[f], non est condemnandus. Is qui suscepit defensionem, etsi locupletissimus[g] est,

LII. PAVLVS libro quinquagensimo septimo ad Edictum.

ET si consularis sit,

LIII. VLPIANVS libro sexagensimo ad Edictum.

NOn videtur defendere, nisi satisdare[h] fuerit paratus.

LIIII. PAVLVS libro quinquagensimo ad Edictum.

NEque fœmina[i], neque miles[k], neque qui reipublicæ causa absfuturus est, aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut inuitus iudicium pati non potest[l], idoneus defensor intellegitur.

TVtores qui in aliquo loco administrauerunt, eodẽ loco & defendi debent[m].

Vtilis præfertur directæ. Bart.

LV. VLPIANVS libro sexagensimo quinto ad Edictum.

PRocuratore in rem suam dato, præferendus non est dominus procuratoris in

e *Quam reus subire.* Not. Qui eandem personam repræsentat, eadem habet & priuilegia: vt ff. pro socio. l. verum. §. j. & de dam. infect. l. qui bona. §. pen. & ff. eod. sed & hæ. §. defendere. & infra sol. mat. l. alia. Sed argu. contra infra de admin. tut. l. ex pluribus. {ADDITIO.} Pro declaratione huius gl. cum dicitur quòd defensor repræsentat per omnia vicem eius quem defendit: hoc intellige in defensore volũtario. nã qui defendit ex necessitate, etiam ex sua persona poterit defensionibus vti: vt l. idémque. §. generaliter. infra man. cum concor. secundum Bart.

f *Possit.* habita ratione ne egeat: vt infra de regulis iuris. l. in condemnatione. in principio.

g *Locupletissimus.* Hic est arg. contra. C. de episco. audien. l. de creationibus. §. j.

h NOn *videtur. Satisdare.* scilicet iud. sol. nemo enim alienæ litis &c: vt supra eo. l. qui proprio. §. qui alium. & instit. de satisda. §. fin. & infra de mino. quòd si de speciali. in fin. & infra de iud. recte. & infra rem rat. hab. l. actor. & infra de reg. iur. qui rem. secus in tutoribus & curatoribus: vt C. de admin. tuto. l. fin. §. defensionem.

NEque. } CASVS. Hic enumerantur quædam personæ quæ inhabiles sunt: & quæ officium procurationis vel defensionis suscipere non possunt. {TVTORES.} Si tutor administret in ciuitate Bononien. si quis vult ipsum tutorem defendere: debet eum defendere ciuitate. Bononien. Viuianus.

i *Neque fœmina.* nisi in casibus: vt ff. eod. fœminas. & dic vt ff. de statu hom. l. in multis.

k *Miles.* scilicet armatæ militiæ, nisi in casu: vt C. eod. l. qui stipendia. & in alio: vt ff. de filiusfa. §. veterani. & idem dicitur in milite cœlestis militiæ: vt in sacerdote & clerico quolibet in sacris ordinibus posito: vt in auth. de san. epis. §. deo autem. ibi, aut procuratorem litis. & in glo. causis. col. ix. nisi in casu similiter: vt C. de epis. & cleri. l. placet. vel dic prædictum. §. alium loqui in specialibus casibus quos ibi ponit in textu.

l *Non potest.* quia est factus consul, vel alterius[b] iurisdictionis: vt supra de in ius vocan. l. ij. & supra de iurisd. om. iud. l. fi. multo magis nec ille qui etsi vellet pati iudicium, non posset: vt ille illustris, & superilluſtris: vt C. eo. l. quicũque. & in auth. vt ab illustri. §. j. coll. v.

m *Debent.* cum enim ipsi debeant ibi respondere: vt infra de iud. heres. §. j. & defensor ibi defendet: vt hic, & argu. supra eo. sed & hæ. §. non solum.

PRocuratore. } CASVS. Habebam actionem quandã contra Seium: & illam cessi Titio: & eum constitui procu. in rem suam: postea quis nostrum sit præferendus, quæritur. Et respon. quòd procura. præfertur. Viuianus.

Suscipien-

Minor 25. annis an possit esse procurator.

Vtilis gl. est sing. vtenda. Bal. & arg. hic.

b Bald. hic dicit istam gl. singu. ad hoc quod defensor nõ possit assumi si sit iurisdictionis extraneæ. Bolog.

litem mouendam, vel pecuniam suscipiendam.[a] Qui enim suo nomine vtiles actiones habet, rite eas intendit.

Cui committuntur sequentia, videntur committi antecedentia. Bartolus.

LVI. IDEM libro sexagensimo sexto ad Edictum.

AD rem mobilem[b] petendam datus procurator, ad exhibendum recte aget.[c]

Procurator datus ad agendum, intelligitur ad litem perficiendam. Bart. B

LVII. IDEM libro septuagensimo quarto ad Edictum.

QVi procuratorē dat vt confestim agat, is intelligendus est permittere procuratori & postea litem per agere.[d] Si quis remisit[e] *exceptionem procuratoriam[f], non poterit ex pœnitentia eam opponere.

Procurator cum libera potest omnia facere quæ dominus facere posset: & etiam alienare si donationem non contineat. h. d. text. cum glo.

LVIII. PAVLVS libro septuagensimo primo ad Edictum.

PRocurator &cui generali C ter libera administratio rerum commissa est, potest exigere: aliud pro alio permutare.

LIX. IDEM libro decimo ad Plautium.

SEd & id quoque ei mandari videtur, vt soluat creditoribus.

Procurator generalis sine libera non potest transigere.

LX. IDEM libro quarto Responsorum.

MAndato generali[h] nō contineri etiam transactionem[i] decidendi causa interpositā: & ideo si postea is qui mandauit, transactionem ratam non habuit[k]: nō posse eum repelli ab actionibus exercendis[l].

In procuratorem simplicem non fit executio iudicati. secus in defensorem. Bart.

LXI. IDEM libro primo ad Plautium.*

PLautius[m] ait: procurato rem[n] damnatum non debere conueniri, [o] nisi aut in rem suā [p] datus esset, aut obtulisset se, cum sciret cautū non esse: omnibus placuit.

---

a *Suscipiendam.* hoc verum est si litem contestatus est procurator: vel partem debiti accepit: vel denuntiauit debitori ne solueret domino. aliàs dominus præferretur, si vellet: vt C. de nou. l. tertia. Item contra. huic. l. §. eod. l. si actor. Sol. ibi in procuratore rei: hic actoris. Item not. hic præferri eum qui habet ius vtile, ei qui directum habet: vt §. de pac. si cum emptore. & C. de nou. l. iij. & j. quibus mod. pig. vel hypo. sol. sicut. §. secundo.

AD *rem.* } CASVS. Aliquis constituit me procu. ad aliquam rem mobilem petendam. quæritur an possim agere ratione illius rei act. ad exhibendum. Et respon. quòd sic possum. Viuianus.

b *Ad rem mobilem.* bene dicit de mobili. nā pro immobili non potest agi ad exhibendum: vt C. quando & quib[a] quarta pars deb. l. ij. §. j. libro x.

c *Recte aget.* cum sit illius actionis præparatoria. cui ergo mandantur sequentia, & præcedentia videntur mandata per quæ peruenitur ad ea: vt hic, & j. eod. l. ad legatum, & §. de iur. omn. iu. l. ij. Sic econtra cui mandantur præcedentia, & sequentia videntur mandata: vt infra l. prox. & §. eo. l. qui proprio. §. item quæritur. & C. eod. l. inuitus. & infra de condict. indebi, l. indebitam. in glos. videri.

d *Peragere.* id est ad effectum ducere vsque ad finem. Et est hæc ratio conuersa superioris legis: vt ibidem diximus. Sed nunquid qui delegat iudicem vt cognoscat, definitionem D committere videtur? Respon. non, vt argu. C. ad legem Corn. de fal. l. vbi. & pro hoc etiam posset induci. C. de iudi. authen. ad hæc.

e *Si quis omiserit.* sciens vel ignorans, non curo.

f *Procuratoriam.* hæc est duplex: vel quòd nō sit procurator: vt j. man. l. si fideiussor. j. §. quædam. vel quòd non possit esse vel fieri procurator: vt j. de proba. l. in excep. §. sed & si procuratoriam. idem dicas si omiserit petere cautionem de defendendo, & in qualibet simili idem: vt C. de proba. l. exceptio. & C. de except. l. penul. & fin. sed in prima quando non fuit procura. non habet locum hæc lex: vt C. eo. l. licet.

Exceptio procuratoria duplex est.

PRocurator. } CASVS. Si aliquem constitui procur. & concessi liberam & generalem administrationē: procu. omnia poterit facere vt dominus. nouare enim poterit, & permutare, & soluere debita creditoribus. Viuianus.

g *Procurator.* sed & his duabus legibus concor. j. de sol. l. quodlibet. sed contradicit. j. eo. procurator totorum. & l. mandato. & j. de iureiur. l. iusiurandum. ij. §. fin. & l. sequen. & supra de pactis. l. nam & nocere. & j. de sol. l. hoc iure. Solu. hoc verbum libera, quod hic ponitur, tollit illud contrarium. Item licet habeat liberam, non potest tamen donare: vt j. de dona. filiusfa. §. item videamus. vel forte ibi non habet liberam.

MAndato. } CASVS. Alicui puta Titio generalem administrationem concessi. nunquid poterit transigere? Et dicitur quòd non: & si transactio fit, non tenebit. hæc vera sunt nisi ratum habuero quod per eum gestum est quālitercunque. nam si non habui ratum: si agam, non repellar. Viuianus.

h *Mandato generali.* §. tantum. & sic non ob. supra eodem. l. procurator cui.

i *Transactionem.* nec pignoris remissionem: vt j. quibus modis pign. vel hypo. sol. si consentit. §. j. Accursius.

k *Non habuit.* alioquin contra: vt j. rem. ra ha. l. si fine. §. quod si procurator.

l *Exercendis.* vt hic, & C. eo. l. si procurator. & C. de transac. l. transactionis. Sed quomodo non præiudicat: vt C. de transac. l. præses? Respon. hic forte non habebat generalem vel liberā: vel aliud in procuratore, & aliud in tutoribus & præsidibus & similibus: vt d. l. præses. qui habent liberam.

PLautius. } CASVS. Ad defendendum bonis procu. datus succubuit: an in bonis procu. executioni sententia esset danda vel demandanda: inter partes erat quæstio. Et respond. quod non: sed in dominum fit executio: nisi in tribus casibus. Primus est quando procura. in rem suam est. Secundus, quando obtulit se defensioni, dicens sibi fuisse mandatū, & non erat. Tertius est, si in veritate nullum habuit mandatū: tamen iste defensor satisfecit: & sic facias constructionem: Plautius ait, scilicet hoc quod sequitur. & incipias constructionem in fi. omnibus placuit, &c. Viuianus.

m *Plautius ait.* scilicet recitando quod sequitur: quod omnibus placuit.

n *Procuratorem.* id est procurantem aliena negotia. large enim ponitur etiam pro eo qui mandatum non habet: vt patet per sequentia. & sic impropriè: vt §. eod. l. j. & pro eo qui habet. Et sic no. quòd verbum semel positum propriè & impropriè ponitur: vt supra de offic. proconsul. & lega. l. ij. in princ.

o *Conueniri.* scilicet actione in factum: sed ex stipulatu sic: vt supra eod. l. si procurator. §. fin. quæ est contra. ADDITIO Tu dic secundum Bart. quòd sententia non mandatur executioni contra procuratorem, sed ex vigore promissionis factæ per eum de iudicato soluendo poterit conueniri & exigi, vt in contrario.

p *Nisi aut in rem suam.* sed qualiter ex parte rei fit procurator in rem suam: ex parte enim actoris constat: vt §. eod. si quis in rem suam. Sed dic in reo sic fieri, scilicet quòd vendam & cedam alicui hereditatē in qua sunt creditores: vt j. de condict. inde. l. fin. §. Titius. Item in duplicibus iudiciis: vt si cedam alicui tale ius. nam cum ego eram actor & reus, videor hoc indecessisse: vt j. de iudi. l. in tribus. Item pone exemplum: vt j. de noxa. de illo. §. fin. & l. seq. & j. de peti. hered. sed & si lege. §. item si rem. versi. quid tamen. & l. etiam. §. pen.

q *Cautum.* id est mandatum ei non esse: sed ipse allegabat sibi mandatum esse, & sic mentiebatur: sed in inferiori casu idem erit etiam cum non allegabat, secundum Ioan. Vel dic quòd primo hoc casu fuit admissus sine satisdatione asseverando satisdatum esse in alio casu cum satisdatione. Vel verius hic cum dominus cauerat: ibi cum procurator. Sed hoc non placet: quia si dominus satisfecisset, ipse conueniretur ac si mandasset, vel ratum habuisset. Alij dicunt quòd habebat mandatum non pro eo, tamen erat satisfactum: vnde poterat defensionem recusare. Sed nec hoc placet. quia vt satisfactum videtur ei mandatum: vt §. eo. l. ad rem mobilem. prima ergo & secunda verior est.

Idem.

a *Idem erit obseruandum.* vt conueniatur sicut in duobus præmissis casibus: vt hic, & infra de mino. l. eum qui.

b *Defensoris loco.* i. sine mandato defendit. Quid si cum mandato, sed præstita satisdatione à se? Respon. dominum conueniri actione in factum: sed procuratorem ex stipulatione: vt ĵ. de re iudi. l. iiij. in princ.

c *Obtulerit.* non allegando mandatum.

Ad legatum. ¶ Casvs. Rem aliquã mihi legasti, & eam mihi petij tradi actione ex testamento, si heres tuus negauerit legatum, & tabulas testamenti exhibere noluerit: an possit procurator intendere interdictum de tab. exhi? dicitur quòd sic: nec ei obstabit exceptio qđ ei non fuerit mandatum. Viuianus.

d *Ad legatum.* Hic possum notare quod dixi. s. eo. l. ad rem. Item not. hic quòd sufficit fieri iuxta mandatum, vel simile: vt ĵ. man. l. fin. §. fin. & ĵ. ad Trebell. l. mulier. j. §. Scæuola.

Procurator totorum. ¶ Casvs. An possit procur. cui est concessa totorum bonorum administratio, seruos vel alias res alienare? non potest.

e *Procurator totorum,* secus si vniuersorum: vt ĵ. de adquir. re do. l. qua ratione. §. nihil. versic. qua ratione. & in glo. libera. & instit. de rer. diu. §. venditæ. versic. nihil. & s. eo. l. procurator cui. secundum M. quæ sunt contra. sed tu dic secundum Io. quòd non est in hoc vis, sed in hoc an non habeat liberã, vel speciale de hoc mandatum: vt tunc alienare non possit: vt hic, & s. de offic. procur. Cæsa. l. j. §. j & C. eo. l. procuratorem. & supra eo. l. mandato. & l. ignorantis. & ĵ. de pec. l. qui peculij. an habeat liberam: vt tunc possit, vt in dictis contrariis, & C. quod cum eo. si liberam. & infra de rei vin. si quis hac. §. fin. Accursius.

f *Specialis.* id est expresso. sic C. de neg. gest. l. negotiũ. & ideo sic dico quòd etsi nõ sit speciale, sed generale: dum tamen habeat liberam, potest: vt modo dixi. Et quod dicit alienare, dic scilicet transferendo dominium: vt accipitur hoc verbum. C. de fun. do. l. j. sed obligare potest etiam non habens liberam, si modo consueuit dominus talia facere, secundũ Azo. vt ĵ. de pigne. act. l. solutum. §. fi. & l. vel vniuersorum. Accur.

g *Corrumpi.* quæ potest distrahere: vt hic, & C. de admini. tut. l. lex quæ. in fi. & ĵ. ad Trebell. mulier. j. §. sed enim.

Is cuius. ¶ Casvs. Constitui procuratorem, vt me in iudicio quo actor me voluit conuenire, defenderet. ante litem contestatam an possum petere vt in me transferatur iudicium, quæritur. & respondetur quòd sic, ante lit. contest. possum petere remoueri procu. & causa cognita. & sub intelligas, maxime: quia idem est & sine causæ cognitione: vt s. eod. ante litem contestatam. vbi de hoc notatur. Viuianus.

h *In præsentia.* id est coram iudice.

i *Cognita.* imò videtur etiam sine causæ cognitione: vt supra eo. l. ante litem contest. licet post lit. contest. exigatur causæ cognitio: vt s. eo. l. post litem. & C. eo. l. procuratoribus. & l. nulla. Sed respon. hic subaudi maxime. Vel dic quòd etiam ante litem contest. inspicitur aliqua causæ cognitio, scilicet an sit in rem suam: vt s. eo. l. procuratore. sed etiam vertitur tunc in causæ cognitione id quod est. C. de noua. l. iij. Item etiam si sit simplex, inspicitur an ille qui remouere vult, & ipse litigare, sit illustris vel similis qui per se nõ posset agere:

Idem erit obseruandum[a] & si defensoris loco[b] cum satisdatione se liti obtulerit[c].

Cui committuntur sequentia, videntur committi antecedentia etiam contra diuersas personas.

LXII. Pomponivs libro secundo ex Plautio.

Ad legatum[d] petendum procurator datus, si interdicto vtatur aduersus heredem *de tabulis exhibendis*: procuratoria exceptio, quasi non & hoc esset ei mandatum, non obstat.

Procurator generalis sine libera vel sine speciali mandato non potest vendere nisi res tempore perituras. Bartolus.

LXIII. Modestinvs libro sexto Differentiarum.

Procurator totorum[e] bonorum, cui res administrandæ mandatæ sunt: res domini neque mobiles, vel immobiles, neque seruus sine speciali[f] domini mandatu alienare potest, nisi fructus, aut alias res quæ facilè corrumpi[g] possunt.

A persona defensoris in dominum fit translatio litis causa cognita. hoc dicit.

LXIIII. Idem libro tertio Regularum.

Is cuius nomine defensor exstitit, si ante litem contestatam in præsentia[h] fuerit, & postulet suo nomine litem suscipere: causa cognita[i] audiendus est.

A vt C. e. l. quicunque. vel si pupillus sit. Item inspicitur an se pro hoc in aliquo iudicio obligauerit: quia id abesse videtur: vt ĵ. tit. ij. si quis mandato. Accursius.

Si procuratorem. ¶ Casvs. Procurator meus agebat Mutinæ contra Seium, & petebat centum: Seius volebat vt procu. satisdaret me ratum habiturum quòd Bono. essem. an ab ista satisdatione procur. releuare possim, quæritur. & respon. quòd sic. Item literas ad Titium misi, & ei significaui quod talem ordinaueram in procuratorem, & ad talem causam: & quod cum eo actum fuerit, ratum habebo. vnde si postea proc. reuocare velim, & reuocem aduersario & iudice ignorantibus: nihilominus quod cum eo gestum est ratum habendum erit à me domino. Viuianus.

Procurator de cuius mandato constat, nõ cauet de rato. Item reuocatio mandati quæ in notitiam iudicis vel aduersarii non peruenit, iudicium nullum non reddit. Bart.

LXV. Idem libro singulari de Euremeticis.

Si procuratorem absentem[k] dominus satisdatione[l] releuare velit, literas suas ad aduersariũ[m] dirigere debebit, quibus significet quẽ aduersus eum procuratorem, & in qua causa fecerit: B ratúmque[n] se habiturum, quod cum eo actum sit. hoc enim casu literis eius adprobatis velut præsentis procuratorem interuenire intelligendum[o] est. Itaque & si postea mutata voluntate[p], procuratorem esse noluerit, tamen iudicium quo quasi procurator expertus est, ratum esse debet.

Electio facta per procuratorem ita consumit ius eligendi, sicut si facta esset per dominum. Bartolus.

LXVI. Papinianvs libro nono Quæstionum.

C Si is qui[t] Stichum vel Damam, vtrum eorum ipse vellet[q], stipulatus est, (&) ratum habeat quod alterum[r] procuratorio nomine Titi[s] petit: facit vt res in iudicium deducta videatur: & stipulationem[s] consumit[t].

Procurator qui pro euictione promisit, tenetur finito officio. Bartolus.

k *Si procuratorem absentem.* dicitur absens respectu domini qui abest ab eo.

l *Satisdatione.* scilicet rem ra. hab. nam illam iudicatum sol. nihilominus præstat. etiam si millesies constet de mandato: quinimmo etiam si in rem suam sit procurator: vt C. de satisda. l. j. in fi. & s. eo. l. seruum. §. fi.

m *Aduersarium.* melius si ad iudicem: vt ĵ. rem ratam ha. l. ne satisdatio.

n *Ratúmque.* hæc superflua sunt: nam præcedentia sufficiunt.

o *Intelligendum.* literis ergo statur: vt hic, & ĵ. de constit. pecu. l. quidam. & C. de man. prin. l. j. & hoc verum quando fuerunt approbatæ: vt hic. sed an approbatæ videantur eo ipso quòd sigillatæ sunt sigillo domini? Alteri. dicit quòd non, nisi approbentur: vt hic. Alij econtra, scilicet vt credatur: arg. C. de episc. & cle. l. si qua per calumniam. & ĵ. rem ratam hab. l. ne satisdatio.

† *Bald. hic dicit istum text. singu. ad hoc quod electio per procuratorẽ facta valet: vno addito quòd idẽ vo luit Bart. hic idẽ in l. si ita stipulat⁹ fuero. de verbor. ob. lig. & Ful. in l. 1. qui ad mit. ad bono. possess. Bolog.*

p *Mutata voluntate.* ante lit. contest. & intellige hoc ignorante aduersario & iudice. nam si vtroque sciente. secus est: vt ĵ. iudic. sol. si ante. & ĵ. de sol. cum quis. §. j. & l. vero procuratori. §. fi. arg. contra extra de procu. c. ex insinuatione. Si autem D sciente altero tantum, si iudice, ipso iure non valet sententia: quia sciens in non legitimam personã tulit sententiã. si parte, scilicet actoris vel rei: quia iudex nihil de contingentibus omisit, valet sententia: sed ope replicationis annihilatur si reus sciens est absolutus. si vero procurator actoris sciuit, valet sententia lata pro reo: vt hic: non contra eum, cum quo ad actorem per non legitimam personam fuit litigatum. Et hoc lite non contestata: postea etiã domino inuito remanet procurator, nisi iusta causa remoueatur: vt s. eo. l. quæ omnia. sed & si tunc patiatur se remoueri: idem erit quod dixi modo. s. ante litem contestatam.

Si is qui Stichum. ¶ Casvs. Mihi Stichum aut Damam promisisti, ita vt esset electio mea procu. meus petiit Stichũ. si petitionem illius ratam habeam, sine dubio consumpta est stipulatio quo ad Damam. Viuianus.

q *Ipse vellet.* his scilicet verbis, quem voluero. vel etiam verbo, volam: & ideo non variatur hic tali casu: quia lis erat contestata: vt ĵ. de verb. oblig. si quis stipulatus. in princ.

r *Alterum.* puta Stichum.

s *Stipulationem.* id est electionẽ sibi stipulatione concessam. nam non licet ei postea variare, & Damam petere: sicut si nec ipsemet egisset, & hoc dicit hic Ir.

t *Consumit.* quantum ad priorẽ formã ex qua petere potuit,

vtrum vellet. licet enim reus ante litem contestatam possit variare quotiens vult, vt ĵ. de ver. obli. l. eum qui certarum. §. fin. & est ratio vt ibi: non tamen est hoc in actore: vt dictum est. d. l. ĵ. de verb. oblig. si quis stipulatus. Vel proprie pone stipulationem consumit, & hoc intelligas, scilicet ex actione facta, non contest. lit. vt ĵ. de constit. pec. l. item §. fina. Vel dic, consumit, scilicet absoluto reo si stipulator habeat ratum.

LXVII. IDEM libro secundo Responsorum.

PRocurator[a] qui pro cuiactione prædiorum quæ vendidit, fidem suã adstrinxit: etsi negotia gerere desierit, obligationis tamen onere prætoris auxilio non leuabitur[b]. nam procurator qui pro domino vinculum obligationis suscepit, onus eius frustra recusat[c].

Ex re nostra quæritur nobis actio per alium. hoc dicit. B

LXVIII. IDEM libro tertio Responsorum.

QVod procurator ex re domini[d], mandato non refragante stipulatur[e], inuito procuratore dominus petere potest.[f]

LXIX. PAVLVS libro tertio Responsorum.

PAulus respondit, etiam eum qui ad litem, suscipiendam[g] procuratorem dedit, causæ suæ adesse non prohiberi.[h]

Procurator in rem suam ex causa lucrativa debet dominum defendere. Bartolus.

LXX. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

PAter filio suo pupillo tutorem dedit Sempronĩ creditorem[i] suum[ĵ]. is[k] administrata tutela[l] reliquit fratrem suum heredem: qui & ipse[m] decessit, & per fideicommissum nomen debitoris[n] Titio reliquit: eique mãdatæ sunt actiones ab heredibus[o]. quæro, cum tam tutelæ actio, quàm pecuniæ creditæ[q], ex hereditate Sempronij[r] descendant: an non aliter mandata* actio ei[s] detur, quàm si defendat heredes[t], à quibus ei actiones mandatæ sunt? Respondi, debere defendere.[u]

LXXI. PAVLVS libro primo Sententiarum.

ABsens reus[x] causas absentiæ per procuratorem reddere potest.[y]

Per liberam personam actio habita & ius habitum conseruatur. Bartolus.

LXXII. IDEM libro primo Manualium.

PAter filio. } CASVS. Titio decem debebam. decessi quodam filio meo impubere relicto, puta Gaio: cui Titium creditorem meũ dedi tutorem. Titius malè administrauit: & factus est debitor pupilli in l. & ita est debitor & creditor pupilli in l. tutor decessit, & fratrẽ suũ heredem instituit. frater similiter decessit, & hoc quod sibi debebatur â pupillo ex persona fratris sui cui successerat, legauit Mæuio. Mæuius agit contra pupillum iam factum adultum pro illis. l. dicit Gaius quòd ille tutor tutelam malè administrauit: vnde vult eum conuenire: & petit vt eum defendat. dicitur hic quòd Mæuius debet eũ defendere. Viuianus.

i *Creditorem.* Quẽ adhuc hodie potest dare, cum fides approbetur à testatore, secundum Azo. vt in titu. de satisda. in prin. Vel dic q̃ non potest: vt diximus in authen. vt hi qui ob. se hab. per hi. res mi. §. j. col. vj. Item & in hoc est vis si dari non potest, an teneat datio. quidã quòd sic: sed cadit creditor à debito. alij quòd non cadit si sciat: quòd est verius: vt in authen. vt hi qui ob. §. j. col. vj. C

k *Is.* scilicet tutor.

l *Tutela.* male scilicet: ideoque cœpit teneri in centum.

m *Ipse.* scilicet heres. Accursius.

n *Debitoris.* scilicet pupilli, cuius debitor pater fuit.

o *Ab heredibus.* fratris tutoris.

p *Tutelæ.* directa scilicet in centum.

q *Creditæ.* in ducentis. Accursius.

r *Sempronii.* quia Sempronius fuit creditor in ducentis ex mutuo, & debitor ex tutela in centum. Accursius.

s *Mandati actio ei.* ſ. directa. sed si intendat vtilem quam suo nomine habet: vt C. de leg. l. ex legato. an teneatur tunc defendere? Respon. vt diximus ſ̃. eo si quis in rem.

t *Heredes.* fratres tutoris.

v *Debere defendere.* immo videtur quod non: cum ex necessitate facta heredi fit cessa actio: vt ſ̃. eo. seruũ. §. fi. & l. seq. quæ sunt contra. Sol. hic ex lucratiuo ti. in rem suam procurator factus fuit, ibi non. Vel hic ex liberalitate propria testantis, ſ̃. autem ex necessitate, à qua liberalitas est remota: vt ĵ. de adimen. leg. l. rem legatam. D

ABsens reus. } CASVS. Eram absens. si conueniar ab aliquo poteris me defendere in causa ciuili passim: & causas absentiæ allegare in criminali: vt ſ̃. eo. seruum. §. publicè. Viuianus.

x *Absens reus.* id est accusatus vel conuentus ciuiliter.

y *Potest.* Vt causæ absentiæ tantùm allegentur. si autem velit defendere plene in ciuili, potest. in aliis dic vt ſ̃. eod. seruum. §. publicè. Accursius.

PEr procuratorem. } CASVS. Credis tu quod officiũ procuratoris semper consistat in adquirendo. aliquando enim retinetur ius nostrum per procuratorem, de hoc enim ponit exemplum duplex: tenebaris mihi actione temporali: vnde cũ illo tempore foret peritura: quia tempus illud iam fere erat elapsum intra quod debuerat intentari: procurator ac. illam mouet, & litem est contestatus: perpetuatur actio, & retinetur per procuratorem istum. idem est si dum vicinus meus ædificaret, procurator meus nunciauit nouum opus. nam & in isto casu ius pristinum, hoc est ius quod mihi proter clandestinum opus competeret: nunc vi denuntiationis pinguius conseruatur: sed forma agendi mutatur. prius enim interdicto quod

Actio quandoque per procuratorẽ domino quæritur.

a *Procurator.* hac & seq. l. loquitur de procuratore ad negocia constituto. Accursius.

b *Non leuabitur.* sic & in administratore ciuitatis si quid officij tempore promisit animo nouandi, & liberandi rempublicam: vt ĵ. de adm. re. ad ciui. perti. l. iij. §. in eum. sed secus si iudicium pro alio subeat procurator, nisi in tribus casibus: vt ſ̃. eo. l. Plautius. & ĵ. de re iudi. l. iiij. in prin. Et est ratio quare aliud in iudicio quàm in contractu: quia qui contrahit, solam intuetur personam venditoris: cum & rem alienam vendere possumus: vt ĵ. de cõtrahen. empt. l. rem alienam. at in iudicio domini potius inspicitur persona. Item in tutelis similiter sec̃. nam finito officio, non tenetur tutor: vt C. quando ex facto tu. l. j. & C. de admi. tu. l. cum quidam. & ĵ. quando ex facto tu. vel cura. l. post mortem. & ĵ. de euic. l. illud. §. j. quæ sunt contra. Et est ratio, quia illi ex necessitate suscipiunt officiũ: isti autem ex propria voluntate: vt C. de nego. gest. tutori. Item tutor publica auctoritate id est à lege suscipit officiũ: hic à priuato.

c *Recusat.* dominus etiam rectè cõuenietur: vt ĵ. de act. emp. l. Iulianus. §. si procurator. Accursius.

QVod procurator. } CASVS. Procuratorem ad negotia mea constitui, qui ex re mea aliquid stipulatus est. potero quidem hoc petere, velit nolit procurator iste meus: & est hic casus specialis in quo per liberam personam actio quæritur. Viuianus.

d *Ex re domini.* vt fructus & vsuras ex re domini: & quod dicit non refragante, ideo dicit, quia tunc non quæreret domino, licet secus in seruo: vt ĵ. de verb. obl. l. seruus vetante. & ĵ. de adqui. re. do. l. etiam inuitis.

e *Stipulatur.* ſ. ipsi domino vel sibi nomine domini dari.

f *Petere potest.* ſ. vtili actione: vt ſ̃. eo. in causæ. in fi. non directa, quæ per liberam personam quæri non potest: vt C. per quas personas. no. adqui. l. j. & hoc est verum generaliter secundum M. quòd vtilis per procuratorem quæratur: sed tu dic esse regulare, vt nec vtilis nec directa quæratur: sed fallit in casibus quos no. instit. de inuti. stip. §. si quis alij. in gl. nihil. sed procurator cedere debet eã domino: vt ĵ. de adq. pos. l. possessio. §. & si possessio. inter quæ specialia hoc est vnum, quando ex re domini, vt hic. & erit ratio: quia nihil apud eum remanere oportet: vt ſ̃. eo. l. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. Alij intelligunt legem istam quando præsente domino stipulatur: vt ĵ. de ver. obli. si procuratori præsentis. Alij dicunt circa iudicia speciale: vt ſ̃. si quis cau. l. si procurator. & secundum hanc dic legem istam loqui in stipulatione iudicio sisti, vel iudi. sol.

PAulus. } CASVS. Constitui te procuratorem in causa quam habebam aduersus Titium: timebam ne in propria persona mea adesse possem: sed hic respon. Pau. quòd adesse potero. Viuianus.

g *Suscipiendam.* non solùm agendam.

h *Non prohiberi.* Dubium erat ex eo quòd non potest reuocare mandatum lit. contesta. vt ſ̃. eo. quæ omnia. tamen dicit quòd potest adesse, quia forte timet ne colludatur: vt ĵ. de inoffi. test. si suspecta. & C. de liti. auth. nunc si heres. & ĵ. de appel. l. à sentẽtia. §. si heres. & l. si prolusorio. & infra de pig. si superatus.

quod clam, nunc quod vi agendum est. similiter per procuratorem conseruatur. Viuianus.

a *Actiones.* adquirimus enim quandoque, vt diximus supra eod.l.quod procurator.

b *Conueniat.* vt redhibitoria, vel quanto minoris. & sic per

PEr procuratorem non semper adquirimus actiones[a], sed retinemus: veluti si reum conueniat[b] intra legitimum tempus, vel si prohibeat opus nouum fieri: vt interdictum nobis vtile sit[c], *Quod vi aut clam.* nã & hic[d] pristinũ ius nobis conseruet.

Qui paratus est soluere, non cogitur iudicium suscipere. Bartolus.

LXXIII. IDEM libro singulari de Officio adsessorum.

SI reus[e] paratus sit ante litem contestatam pecuniam soluere[f], procuratore agente quid fieri oporteat[h]? nam iniquum[i] est cogi eum iudicium accipere, propter quod[k] suspectus videri potest, qui præsente domino nõ obtulit pecuniam. Quid si tunc facultatem pecuniæ non habuit[l]? nunquid cogi debeat iudicium accipere[m]? Quid enim si & famosa[n] sit actio? Sed hoc constat[o], vt ante litem contestatam præsesPiubeat† in æde sacra pecuniam deponi. hoc enim fit & in pupillaribus pecuniis[q].

† Bald. in l. cõstituit. in 2. col. c. quando & quando ind. repetat ist. rex. sing. ad hoc quod iudex or dinarius possit absolue re reum ab obseruantia iudicii. de quo vide plene in inter. hic. Bolog.

SI reus. } CASVS. Decem mihi debebas: cum illa x. multotiens petiissem, & mihi non redderes: dixi tibi defende te si poteris: quia volo ea mihi dari per sententiam. nunquid cõpelletur iste subire iudicium? videtur quod sic: quia dolose fecit, cum domino non reddidit. sed duæ rationes faciunt in contrarium: quia potest esse quod illo tempore eam non habebat. Iterũ potest esse quòd ex famosa actione petatur, & tandẽ cõdemnatus efficeretur infamis. dicit q debitor pecuniam debet offerre, consignare, & deponere officio iudicis ante lit. cont. post lit. verò contest. officio cuiuslibet etiam delegati: & sic liberabitur: quia sic debitor pupillaris liberaretur. vel dic aliter casum vt in glo.

e *Si reus.* casus. ratio pro vna parte, duæ pro alia: & postea sol. dic ergo quòd dominus à debitore pecuniam petit: & tunc noluit soluere debitor. vnde per procuratorem nunc dominus eum conuenit, & debitor eam offert, dicens se paratum domino soluere: an nihilominus condemnetur? videtur quòd sic: quia debitor malitiose fecisse videtur cum primo non soluit. econtra videtur quòd non: quia forte tunc pecuniam non habebat: & quia forte actio est famosa: quibus duobus casibus maximè esset iniquum eum condemnari. sol. ergo distinguendo: aut non est lis contest. & tunc tantũ ordinarius faciet fieri depositionem. aut est contest. & tunc etiã delegatus: cum dominus litis postea sit factus delegatus.

f *Soluere.* s. domino, qui tamen primo ei noluerat soluere.

g *Agente.* id est agere volente.

h *Oporteat.* s. quæritur. & respon. nam iniquum &c. q.d. suspectus est qui præsente domino pecuniam non obtulit. nam calumniose videtur feciſſe: sed propter hoc quòd potest videri suspectus, iniquum est eum cogi accipere iudicium. Vel dic secundum Io. subaudiri etiam. q. d. nam iniquum est etiam cogi eum suscipere iudicium qui præsente domino pecuniã non obtulit: propter quod. i. quia non obtulerat pecuniam, poterat videri suspectus, forte quia falsos nummos daret. Et sic not. iniquum esse eum conueniri qui soluere vult: vt hic, & ſ. de iudi. si debitori. & ſ. iudi. sol. ex iudicatum. & instit. de perpe. & tempo. ac. §. fi.

Conueniri nõ debet qui soluere para tus est.

i *Iniquum.* ratio quare non sit condemnandus.

k *Propter quod.* subaudi hoc quod &c. q.d. ratione allegata proxi. non est ergo æquum reum cogi: immo iniquum.

l *Non habuit.* quando dominus petebat. & allegat nunc pro debitore. Et not. quòd hac lege dicitur de procuratore litis, id est qui debebat agere tantum causam, & sic ei solui non

ff. Vetus.

A potest: vt ſ. de sol. l. hoc iure. & §. de pact. l. si tantum. in prin. qualiter ergo fit obligatio, vt postea auctoritate iudicis fiat depositio quæ debet præcedere ad hoc vt fiat depositio in æde sacra: vt C. de vsuris. l. acceptam? Respon. hic non fit procuratori, sed domino dicit se soluere velle.

Quòd si lis cõtestata est: hoc omne[r] officio iudicis[s] diriMendum est.

LXXIIII. VLPIANVS libro quarto Opinionum.

NEc ciuitatis actor negotiũ publicum per procuratorem agere potest[t].

Ab eo qui protestatur aliquid nomine alie no potest peti cautio de rato, si petentis interest caueri.

LXXV. IVLIANVS libro tertio Digestorum.

B QVi absentem emptorem, eundemque possessorem fundi[u] defendebat, & iudiciũ nomine eius accipiebat, postulabat à venditore fundi vt ab eo defenderetur: venditor desiderabat caueri sibi, ratam rem emptorem habiturum. puto eum venditori de rato satisdare debere[x]: quia si fundum agenti restituerit, nihil prohibet dominum[y] rem petere, & cogi venditorem rursus defendere[z].

C *Inopia rei non excusat defensorem qui satisdedit: ideo si non defendit stipulatio committitur. h. d. hac lex not, quæ est subtilis & bona. Bartolus.*

m *Accipere.* q. d. non cogitur.

n *Famosa.* vel ex maleficio, vel ex contractu: sicut est mandati: ex qua volebat eũ per sententiam infamare: vt §. de his qui not. infa. l. j. §. qui furti. & §. qui pro socio.

o *Sed hoc constat.* nunc soluit quæstionem.

p *Præses.* i. talis qui sit ordinarius iudex. sed lite contest. etiam delegatus: quia lit. contest. dominus est litis: vt in auth. de exhi. & intro. re. §. si vero. col. v. & arg. ſ. de ædil. edict. l. ædiles. §. item sciendum.

q *Pecuniis.* vt C. de vsur. pupil. l. pupillus. & in aliis quibuslibet: vt hic, & ſ. man. qui mutuam. §. j.

r *Omne.* s. oblatio, consignatio, & depositio, & in æde sacra, & qua litercunque procurator in litem non procedat in litigando.

s *Iudicis.* etiam delegati.

NEc ciuitas actori. } CASVS. Actor ciuitatis proc. constituere non potest ante lit. contest. sed post sic.

t *Potest.* non potest actor facere procuratorem. s. ante lit. contest. sed post sic: vt C. eo. l. neque tutores. Et est ratio: quia non sunt domini, & procurator est qui aliena negotia &c. vt §. eo. l. j. idem ergo in episcopo, & quolibet prælato. Sed quidam decretistæ dicunt contra in episcopo: vt ar. v. q. iij. quia episcopus. & quia non oportet seruum dei litigare: vt ij. q. vij. c. sicut. in fi.

QVi absentem. } CASVS. Emi à te fundum: & cum possiderem, Titius fundum illum vindicabat. procurator meus vel defensor quia aberam, denunciauit tibi vt venires ad iudicium: & me in causa euictionis defenderes: tu vis vt procurator caueat me ratum habiturum, cauere debet iste de rato. Viuianus.

u *Fundi.* scilicet empti.

x *Satisdare debere.* hæc satisdatio ratione fundi committi nõ potest: quia in eo expedit venditori magis etiam ratum non haberi quàm haberi: quia potest esse si ratum non habeat, & velit rem petere à possessore, quòd obtineat, & sic non tenebitur venditor de euictione. Dic ergo quòd committitur ratione sumptus in litem facti. nam habebit necesse hic venditor emptorem agentem interim defendere: sicque litibus & sumptibus vexabitur[a]. Vel melius dic, domino, id est emptore non habente ratum, tenebitur ad sumptus litis: & sic bene probatur per l. istam venditorem teneri in sumptibus litis emptori de euictione agenti, quas fecerit dum ab eo res euincebatur. sic & C. de euict. l. j. & ſ. de lib. leg. l. petitor. & ſ. si ven. no. muli. in pos. mis. l. dolo. §. fi. Arg. cõtra. ſ. de verb. oblig. l. venditores. Vel dic quod potest interesse eius ideo, ne ab eo qui euincit inquietetur, cui forte de rato aut de iudi. sol. satisdedit de defendendo emptorem seu eius procuratorem. nam vtranque satisdationem exponit hoc casu defensor: vt supra eo. Pomponius. §. ij.

a *Ista est gl. no. secundũ Baldũ quòd debens defendere, tenetur suis & priùs expensis defendere: adde q& etiam eũ armis si opus est. Bolog.*

y *Dominum.* id est emptorem. & ad hoc ſ. de fideiuſ. l. fi. & ſ. vt in glo. f. leg. l. si is à quo. §. fin.

z *Defendere* scilicet emptorem, etiam in agendo.

TItius. } CASVS. Procurator rei cauit iud. sol. deinde igne vel chasmate perierunt omnia bona illius rei: vnde fact[a] est non soluendo: & proc. iudicium accipere recusauit. Dicitur quod ex quo cauit pro domino, habendus erit loco domini, & defendere debet: nec proderit ei si non compellatur:

quia fideiuſ. ab eo dati conuenientur: qui deinde à defenſore recuperabunt quidquid nomine eius perſoluerint. Viuianus.

a *Satisdedit.* ſcilicet iudi. ſol.

b *Domini loco.* ſcilicet eius qui deſiit eſſe ſoluendo in primis in eo quòd dominum liberat: cum in eo fiat conteſtatio animo nouandi: vt infra de in rem ver. ſi pro patre. in prin. Sicut ergo dominus qui nihil habet, eſt tutus exceptione non facta hac nouatione: vt ĩ. de dolo. nam is. & C. de bo. auct. iu. poſſ. l. ex contractu. ita & hic defenſor eſt tutus eadẽ exceptione, licet ſit perſonalis except. & fideiuſſoribus nõ profit: vt ſ. eo. minor. §. quoniam. & ĩ. pro ſocio. verum. §. j. & de re iud. l. ſi cum procuratore. & ſicut fideiuſſores rei non eſſent excuſati propter prædictam cauſam, ſcilicet quòd reus non ſit ſoluendo, vt inſt. de repli. §. fin. & ĩ. de re iud. l. & ſi fideiuſſor. ita nec fideiuſſores huius defenſoris: vt hic dicitur. & ſic eſt contra ſ. eo. l. mutus. in fin. & l. non cogendum. §. Sabinus. vbi dicit fideiuſſoribus etiã ſuccurri. Sol. hic dicit parum prodeſſe defenſori ſibi tãtùm ſuccurri: ideoque ſuccurretur etiam fideiuſſori: vt ibi, ar. C. de vſur. rei iud. l. ſi. §. fin. Item & quia licet alia videatur obligatio fideiuſſorum: tamen ipſius eſt propria: argu. ĩ. ad Vell. l. aliquando. & ſic hæc ſecundum illas intelligitur. Hæc ſolutio eſt contra caſus poſitionem. Vel dic quòd ſi bona defenſoris cœperunt poſſideri: excuſatur: nec ſtipulatio committitur, vt ibi. ſi vero bona domini, tunc ſecus: vt hic, ſcilicet vt fideiuſſores non excuſentur: licet ipſe ſic: vt dixi in caſu. Alij dicunt [a] quòd ibi omnia bona rei cœperunt poſſideri: & ſic in totum factus eſt non ſoluendo: hic vero pro parte. Vel hic de rigore iuris: ibi de æquitate, quæ æquitas prævalet.

a Bal. hic dicit iſtã gloſ. fore ſingu. ad hoc quòd inopia hic habetur pro executione quando notaria eſt: hoc iunctò quod tunc eſt notaria quãdo matur populi pars ſcit. Bolo.

c *Præſtaturus* præſtat tamen ſecundum quòd poſui caſum.

d *Eum.* ſcilicet defenſorem.

e *Accipere.* ſcilicet præciſe.

f *Conſecuturi ſint.* ſcilicet actione mandati. Et eſt hic argu. ad quæſtionem, qua quæritur de fideiuſſore qui denunciauit creditori ne numeret, quia reus factus eſt non ſoluendo, vt non excuſetur: ſed ibi videtur valere denunciatio ante numerationem, non poteſt: vt infra de fideiuſſo. l. ſi fideiuſſor.

LXXVI. IDEM libro quinto ad Minicium.

TItius cum abſentem defenderet, ſatisdedit [a]: & prius quàm iudicium accipere t, deſiit reus ſoluendo eſſe: quam ob cauſam defenſor recuſabat iudicium in ſe recipi oportere. quæro an id ei concedi oporteat. Iulianus reſpondit, defenſor cum ſatisdedit, domini loco [b] habẽdus eſt: nec multum ei præſtaturus [c] eſt prætor, ſi eum [d] non coegerit iudicium accipere [e]: cum ad fideiuſſores eius iri poſſit: & hi quidquid præſtiterint, à defenſore conſecuturi ſint [f].

Qui exceptiones calumnioſas opponit, non videtur boni viri arbitratu defendere, & ideo ſtipulatio committitur. Bart.

LXXVII. PAVLVS libro quinquagenſimoſeptimo ad Edictum.

OMnis qui defenditur [g], boni viri arbitratu [h] defendendus eſt:

LXXVIII. AFRICANVS libro ſexto Quæſtionum.

ET ideo nõ poteſt videri boni arbitratu litem defendere is qui actorem fruſtrando efficiat ne ad exitum controuerſia deducatur [i]. Ad duas res petẽdas procurator datus, ſi vnam rem petat, exceptione non excluditur [k]: & rem in iudicium deducit.

QVOD CVIVSCVNQVE vniuerſitatis nomine, vel contra eam agatur.

TITVLVS IIII.

Omne collegium eſt improbatum, niſi appareat ſpecialiter approbatum. h. d.

I. GAIVS libro tertio ad Edictum Prouinciale.

NEque ſocietas *[l], neque collegium [m], neque huiuſmodi corpus [n] paſſim omnibus habere conceditur. nam & legibus, & ſenatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus ea res coercetur [o]. Paucis admodum [P] in cauſis cõceſſa ſunt huiuſmodi corpora: vt ecce vectigaliũ [q] publicorũ ſociis permiſſum eſt corpus habere [r], vel aurifodinarũ, vel argentifodinarũ, & ſalinarum. Item collegia Romæ certa ſunt, quorum corpus ſenatuſconſultis atq; conſtitutionibus principalibus confirmatum eſt: veluti piſtorum, & quorundã aliorum [s], & nauicularioru,

k *Excluditur.* ſcilicet ab ea quam petit, quaſi videatur aliter petere, quàm ſit ei mandatum. Item nec ab illa: quia licet ſeparatim petere: vt hic. & infra commo. l. in commodato. §. fina.

Supradictum eſt de procuratore, generaliter: nunc ſpecialiter de eo qui nomine vniuerſitatis agit, ſiue conuenit, ſiue conuenitur: qui proprie actor vel ſyndicus dicitur: vt infra eo. l. 1. §. quibus & ſupple hic de eo negocio quod cuiuſcunque vniuerſitatis.

NEque ſocietatem. } CASVS. Hæc lex dicit qđ non omnibus indiſtincte permiſſum eſt facere congregationẽ, vt ita conſtituãt inter ſe ſocietatem, vel faciant collegium, vel corpus. huiuſmodi enim corpora vel collegia prohibentur, ſi non à lege fuerint permiſſa. præſumitur enim qđ potius fiãt propter malum, quam propter bonum. & hoc in prima. In ſecunda dicit quod quamuis huiuſmodi corpora fieri prohibeantur: tamen quibuſdam permiſſum eſt ea habere, vt conductoribus vectigalium. Item aurifodinæ, & argentifodinę, & ſimiles. Itẽ piſcatores & nauicularij. } QVIBVS } Et ſtatim dicit: quidam ſunt quib' permiſſũ eſt habere huiuſmodi corpora: quibuſdam non. hic dicit quod illi quibus permittitur, poſſunt ordinare in cauſa communi ſyndicum vel actorem, per quẽ res & negotia vniuerſitatis expediantur: & poſſunt arcam communem habere. & hoc eſt in prima. In ſecunda dicit q9 ſi vniuerſitas cõuenta nõ defendatur, fiet miſsio in bonis illius collegij ex primo & ſecundo decreto. ſi nũ ordinauit ſyndicũ vel actorẽ, & non potuit defendere defenſor ciuitatis: quia forte impediatur, vel vilis ſit: perinde haberetur ac ſi nullus eſſet ſyndicus cõſtitutus vel actor. & hoc eſt in ſecunda. In tertia dicit quòd ſi actor vel ſyndicus præſens non fuerit, & aliquis obtulerit ſe defenſioni illius: nunquid valet defenſio? Dicitur quòd ſic: & poteſt ille vniuerſitatem defendere. Viuian.

l *Neque ſocietatem.* puta negotiatorum vel profeſſorũ qui nõ ſimul cohabitant: vt C. de iuriſdi. om. iud. l. fi. & hoc etiã patet ex definitione ſocietatis: quã dic vt inſt. de ſocie. in prin.

m *Collegium.* cum ſimul cohabitant: quod ſic dictum eſt, quia ſimul colliguntur.

n *Corpus.* cũ ſimul cohabitant, vel nõ: vt ĩ. ponentur exẽpla.

o *Coercetur.* quandoque pœna exilij: vt C. de monopo. & con. l. j. quandoque vltimi ſupplicij: vt C. de his qui ad Eccle. confu. l. denunciamus. vt ĩ. de col. illi. l. j. in princ. & l. ij. & iij. in prin. & ĩ. ad l. Iuliam ma. l. j. & C. de ſeditio. l. j. & ij. & ad hoc infra ad l. Iuliam de vi pub. l. iij. in princ. & §. eadem. & ſuper his cognoſcit præfectus vrb. vt ſ. de offic. præfec. vrb. l. j. in fin.

p *Admodum.* id eſt valde.

q *Vectigalium.* faciunt enim quandoque ſocietatem vt publica vectigalia conducant. & tranſit etiam ad heredes hæc ſocietas: vt ĩ. pro ſocio. l. adeo. in prin. Item vt ſimul fodiant aurum & argentum: vt ſubiicit. Accurſius.

r *Aliorum.* quæ multa ſunt, vt enumerantur infra de iure immu. l. fi. Itẽ & congregatio cuiuſcunque ciuitatis vel villę vel caſtri: vt inſt. de re. di. §. ſingulorum. vnde relinqui eis poteſt: vt ĩ. ad Treb. l. omnibus. & de leg. j. l. ſi heres iuſſus. §. vicis. Itẽ congregatio decurionũ: vt C. de na. lib. l. ſi quis. & l. quoniam. Item quælibet congregatio pro iuſtitia conſeruanda: vt ſcholarium Thuſcorum, vel vniuerſitatis totius: vt C. de iuriſdict.

a Bal. hic dicit ſtipulationem committi, quia ſatisdedit ſcilicet iudi. ſol. Sed hoc non placet Bolo. quia ſatisdedit ſcilicet de iudicio ſolui, & ſic non committitur ſtipulatio, quia non ſoluit. Sed ſi ſatisdedit de iudicio ſiſti, & non ſiſtit, committitur ſtipulatio. Sed quid ſi ſatisdedit de iudicio ſiſti, & ſoluit? Dicit Bolo. quòd committitur ſtipulatio, quia ſoluendo eſſe deſiit. Sed Bal. dicit quòd non committitur, quia ſoluit. Sed Bolo. dicit quòd ſoluit ſcilicet

iurisdict.om. iu.l.fi. cum enim definitioni iustitiæ, iurisque præcepto seruiat, debet valere: vt inst.de iust. & iur.in princ. & §.iuris præcepta. quod dic vt not.C.de iurisd.omn.iud.l.fi. Item causa religionis: vt ĵ.de colle.illicit.l.j.§.sed religionis. vnde potest tali collegio legari: vt C.de sac.san.eccle.l.j.alias autē relinqui aliquid non posset: vt C.de he re. insti. l. collegium. Et quia certa collegia permittuntur, vt dictum est: patet regulariter ea prohibita: vt hic, & ĵ.de colle. illic. l.iij.§. in summa. sed an societas quinque vel sex scholarium in vno hospitio faciat syndicum vel. actorē? videtur quod sic, si tamen causa sit societatis, cum licita sit societas: vt patet ex definitione societatis.

a *Alterius.* quæ diximus, vt pistorum, & similium.

b *Ad exemplum.* not. quòd ius quod seruatur in republica, seruatur & in priuata: vt hic & ĵ.de peti.here. item veniunt.§.in priuatorū quoque. & C. de peti.her.l j. Accur.

c *Syndicum.* Differunt hæc tria, syndicus, œconomus, & actor. nā œconomus tātùm ab episcopo cōstituitur, & in rebus Ecclesiasticis: vt C. de sa.san. eccl. l. iubemus. ij. in princ. & de episc. & cle.l. omnes qui. §. & hoc nihilominus. at syndicus pro qualibet vniuersitate: vt hic. & pro pluribus tātum: vt patet ex interpretatione nominis, cui deseruire debemus: vt C.de episc.& cle.l.decernimus.& de defen.ciui.l.defensores.ij. ibi, nominis sui tantùm officio fungantur. & in fi.ibi, vt id tātum &c. & in glo.fi. nam dicitur syndicus quasi singulorum causas dicens: licet lex videatur syndicum simpliciter defensorem appellare: vt ĵ.de mu.& ho.l.munerum. §.defensores. sed dic defensorem, scilicet vniuersitatis alicuius. actor autem dicitur in vna causa tantum: licet syndicus ad omnes: vt ĵ.e.l.item.§.sed si ita.vers.sed hodie.& ĵ.de mu. & ho.l.fi.§.defensores. Item actor etiam ab vno constituitur quandoque: vt instit.de cura.in fi.& quandoque ab vniuersitate: vt hic.

† *Bald.hic reprobat istū tex. sing. ad hoc quod p. curatorem infirmitas nō impedit quo minus fiat missio in possessionem cōtra eius domū. Bolo.*

d *Agi.* scilicet in iudiciis.

e *Fieri.* scilicet extra iudicia.

f *Possideri.* scilicet ex primo decreto.

g *Admoniti.* ipsa ergo vniuersitas debet admoneri vt veniat ad sui defensionem.

h *Se iussurum.* ex secundo decreto.

i *Proconsul.* i. prætor faciet vendi bona communia illius vniuersitatis quasi ex secundo decreto: vt hic, & C. de bo. aut. iu. pos. l. cum proponas. & ĵ.ex qui.cau.ma.l. item ait prætor. §.hæc autem. & l.ergo. & ĵ.quib. ex cau.in poss.ea.l. Fulcinius. §. j. Sed cum pupillus non patiatur venditionem, licet possessionem patiatur: vt ĵ.qui.ex cau.in pos.ea.l.apud Iulianum.in prin.& §.j.& §.fi.& vniuersitas similis sit pupillo: ergo nec vniuersitas debet pati venditionem. Resp.in hoc non est similis. Sed quid si nihil habent commune, quid faciet creditor? Resp. compellentur facere collectam, vt aliquid habeant commune. nam qui potest facere vt possit &c. vt ĵ. de reg.iur.l.qui potest.

k *Aut inhabilis.* not. quòd nihil refert vtrum aliquid non fiat, an eo modo fiat quo non debuit: vt hic, & infra de fideiuss. l. iij. & supra qui satisd.cog. l.quotiens.& ĵ.de re iudi. l. iiij. §.condemnatum.& ĵ.de mu. & hon.l.vt gradatim.§.sed & fi. & instit. de leg. ag. tu.§. quod autem. & C.de cura. fur. l. fi. §. finautem. & ĵ. qui. ex cau. in pos. ea. l.hoc autem. §. j.in fi.

l *Sicut in priuatorum,* sed in priuatis permittitur cum satisdatione: vt hic, & ŝ.tit.j.fi minor. §.fi. ergo & hic debet satisdare: vt hic, & ĵ.e.l.item.§.actor.& facit ad hunc. §. supra. tit. j.

ff. Vetus.

seruum. §. publice. & ĵ.tit.j.l.soluendo.

A

SI *municipes.*} CASVS. Aliqua vniuersitas constituit te actorem in causa aliqua. si ille quem conuenis, vel conuenire volebas nomine totius vniuersitatis, vult te recōuenire: an omnes defendere tenearis, quæritur. & dicitur quòd non: sed ipsam ciuitatem potes defendere: quia singulorum actor constitutus non es, sed vniuersitatis. Viuianus.

m *Haberi.* scilicet vt singulos defendere cōpellatur. quare non pro singulis, sed pro vniuersitate cauebit: vt ĵ.e.l.sicut.§. si quid. & est hic argu. quòd in causa vniuersitatis quilibet de vniuersitate possit ferre testimonium. non enim dicitur vniuersitatem testificari, sed singulos. Similiter est argu. quòd vasallus vniuersitatis non sit singulorum. & pro his est ŝ. de re.di.l.in tantum.§. j. & ŝ.de in ius voc. sed si hac.§.qui manumittitur.

NVlli.} CASVS. in hac l. cū seq. vsque ad legem ciuitates. talis est: Vniuersitas potest habere actorem. sed qualiter ordinandus sit, quæritur. & respon. quòd si à lege fuerit constitutus, nomine vniuersitatis poterit experiri. si non à lege, sed à seipsis: si duæ partes vniuersitatis præsentes fuerunt, & eum ordinauerunt, tenet ordinatio: & ad hoc vt teneat, necessaria est præsentia duarū partium. Sed nunquid ille qui ordinatur, cōnumerabitur maiori? & respon. quòd sic. Item si pater meus & ego sumus de aliqua vniuersitate, & tractetur de aliquo actore ordinando, similiter suffragium patris, hoc est decretum, id est scriptura aliqua & consensus patri mei poterit mihi valere, & econuerso: item consensus eorum qui sunt in eadem potestate, adinuicem. Idem est si de aliquo honore conferendo vel petendo publice tractatur: quia supradictorū suffragium alij proderit adinuicem. {SI DECVRIONES.} Pone: Monachi alicuius Ecclesiæ volebant sibi creare abbatem: vnde elegerūt tres monachos qui eligere deberent: & statim vt ille esset abbas, quem illi tres eligerent: erit actor vel abbas. Si vero vel maior pars ordinauit, vt si aliquam causam euenire contigerit, Titius exerceret: nunquid videtur recte ordinatus? & dicitur quod non. Si actor postea prohibitus est agere, perinde est ac si ordinatus non fuisset. {ACTOR.} Iste.§.v. habet dicta. Primum est, quod actor nomine vniuersitatis tenetur vniuersitatem defendere si reconueniatur. Secundum est, quòd actor non debet cauere de rato. Tertium est, quod cauet de rato si dubitetur fuerit actor nécne. Quartum est, quod agat actor & defendat ac si esset procur. veruntamen si ex parte rei interueniat, & fuerit condemnatus, in bonis ipsius non mandabitur executio. Item si eo agente condemnabitur aduersarius, non dabitur ei actori actio iudicati: nisi fuerit constitutus proc. in rem suam. Idem isti actori constitui potest. {EX IISDEM.} Sicut procur. remoueri potest, ita & actor ex iisdem causis. Item sicut procurator si vniuersitas agere velit, ordinare poterit actorem: ita poterit quis contra vniuersitatem ordinare. Vel aliter dic hunc casum. Siue vniuersitas agat, siue aduersus eam agatur: poterit ordinare syndicum vel actorem. {IN DECVRIONIBVS.} Omnes monachi sancti Proculi decesserunt successiue: ita quòd nullus est hodie eorum qui fuerunt à centum annis retro: nunquid durat vniuersitas? & respon. quòd sic. Si vero vnus solus tantum remansit, adhuc durat vniuersitas. Viuianus.

† *Cōcor.gl. super verbo, non inuenitur in ca. 2. extra de trā sla.epi.*

B

Sine mandato legis vel vniuersitatis nemo potest experiri pro ipsa vniuersitate. & dicitur habere mandatum ab ipsa vniuersitate ille qui habet mandatum à maiori parte vniuersitatis congregatæ: in qua congregatione requiruntur ad minus duæ partes omnium habentium vocem: & in istis duabus partibus connumeratur etiam ille qui eligitur: & vox patris prodest filio: & econtra. Item vox fratris prodest fratri: nisi statutum vel consuetudo interdicat. h.d. Bal. vsque ad §. si decuriones. in l. item eorum.

III. IDEM libro nono ad Edictum.

C

NVlli † permittetur nomine ciuitatis vel curiæ[n] experiri, nisi ei cui lex[o]

D

n *Curiæ.* decurionum. Azo.

o *Lex.* id est cōsuetudo. verbi gratia est forte cōsuetudo vt agat antiquior: vt arg. ĵ.de fide instru. l.fin. est enim cōsuetudo altera

Consuetudo dat iurisdictionem.

do altera lex: vt §. de leg. & senatusc on. l. immo. Nam & dat iurisdictionem: vt C. de eman. li. l. j. & fin. Vel dic lex permittit potestati totius ciuitatis, cum non est qui experiatur nomine collegij alicuius quod est in ciuitate: vt ar. C. de epi. & cle. l. nulli. §. finautem personam. & infra eo. ciuitates.

a *Ordo* §. decurionū. erat enim quidam ordo in ciuitatibus prouidens ciuitati: vt est conciliū, & hic habebat multa priuilegia: vt ī. de ver. signifi. l. pupillus. §. decuriones.

b *Dedit.* auctoritate superioris: vt C. de ser. reipu. l. j. & de decur. l. ij. sed ar. cōtra. ī. de tu. & cu. da. ab his. l. vbi.

c *Duæ partes.* duæ nāque partes ordinis in vrbe positæ totius curiæ instar exhibent: vt C. de decu. l. nominationum. lib. x. secundū Azo. & not. quod non exigitur vt duæ partes consentiant in decurionem: sed vt duæ partes affuerint: vt hic. sed an consentientes debeant esse tot, scilicet vt sit maior pars totius ordinis: an sufficiat quod maior pars consentiat præsentiū? quòd est verius: ar. ī. de tu. & cu. da. ab his. l. vbi absunt. secundū Azo. & ad idem potest induci. ī. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & C. de præd. decurio. l. ij. ibi, totius vel maioris. & ī. ad munici. l. quod maior. sed certè istæ non aperiunt: sed solū dicunt quòd maior pars: sed hæc potest esse ratio, quòd sufficit maior pars præsentium: quia aliàs nil prodesset hui' legis dictum. nam & si omnes adessent, vinceret tamen maior pars: ar. ī. de iniur. sed si vnius. §. filio. licet sit argu. cōtra. ī. de arbi. item si. §. fin. sed hoc non consideratur hic. Item alia ratione, quia quasi vnum corpus est siue sunt omnes siue quidam: dummodo duæ partes. vnde quod maior pars huius corporis præsenti facit, valet: vt argu. ī. de iudi. l. proponebatur. & ī. de reg. iur. aliud. §. refertur.

†*Suffragiū, quòd non mirabella solū ex scripto ferebatur (vt credidit Accursius) sed etiā voce, quòd erat immocētius ac magnificētius. Bud. in poster. annot.*

d *Pane. Adfuerint.* id est vere adfuisse dicantur.

e *Potest.* inter duas partes. si tamen ipse sit de decurionibus: alias non. quandoque enim ex aliis potest eligi ita demū si non sit inter eos aliquis idoneus: vt C. de epi. & cle. l. in Ecclesiis. & de offic. præt. l fi. & ī. de mu. & ho. gradatim. §. & si lege. & ī. de tu. & cu. da. ab his. l. diuus. & argu. C. de epi. & cle. l. decernimus. ibi, vel eo cessante. Item est hic argu. quòd si electio est commissa tribus, quòd vnum ex se possunt eligere: vt arg. extra de elec. & elec. po. cū in iure peritus. sed quid si vni fuerit commissa, & ipse se eligat? Respon. de se non videtur cogitatum: vt §. de transac. l. qui cum tutoribus. Item ingerit operas suas: vt §. tit. j. l. quæ omnia. Item in causa sua iudicat, quibus rationibus videtur quòd non valeat: vt C. ne quis in sua causa. l. vna. Item est arg. contra. huic. l. ī. de ser. rusti. præd. l. vnus. §. j. & ī. de aucto. tut. l. quod dicimus. §. fi. & insti. de testa. §. sed neque heres scriptus.

Suffragium quid sit.

f *Illud notandum. Suffragium.* Suffragium dicitur illa scriptura quam quis facit cum de aliquo eligendo consentit. sic ponitur. §. de le. & senatusc on. de quibus. & intellige hoc quando ille qui vult prodesse, est de ordine decurionum: vt §. l. proxi. diximus. ratio autem huius legis est, quia quod ad ius publicum attinet, patria potestas non curatur: vt ī. ad Trebel. l. nam quod. & ī. de iudi. l. in priuatis. Sed est arg. contra. §. de iurisdict. omn. iudi. l. qui iurisdictioni. & C. de testi. parentes.

g *Item eorum. Potestate.* id est dicere, suffragium fratris prodesse fratri. Accursius.

h *Non quasi.* argu. de tanquam: vt ī. quod iussu. l. j. §. j. & dixi. §. de adoptio. si paterfa. §. qui duos. in glo. j.

permittit: aut lege cessante ordo[a] dedit, [b] cum duæ partes [c] adessent, aut amplius quàm duæ.

IIII. PAVLVS libro nono ad Edictum.

PLane vt duæ partes decurionum adfuerint: [d] is quoque quem decernent, numerari potest[e].

V. VLPIANVS libro octauo ad Edictum.

ILlud notandum Pomponius ait, quod & patris B suffragium [f] † filio proderit, & filij patri,

VI. PAVLVS libro nono ad Edictum.

ITem eorum, qui in eiusdem potestate [g] sunt: quasi decurio enim hoc dedit, nō quasi [h] domestica persona. quod & in honorum petitione [i] erit seruandum: nisi lex municipij vel perpetua [k] consuetudo prohibeat.

Decuriones possunt eligere, & aliis electionem committere. h. d. vel aliter: Quod fit ab his qui habent auctoritatem à concilio: videtur fieri à concilio. h. d.

Si decuriones decreuerūt actionem per eum mouendam, quem duumuiri [l] elegerint, is videtur ab ordine electus: & ideo experiri po- C

i *Petitione.* vt si quis publicè petierit honorem, patris suffragium ei prodest: priuatè verò non debet peti: quia incidit quis in legem Iuliam ambitus, vel simoniam: vt ī. ad l. Iul. ambi. l. j. & ī. de polli. l. j. §. si quis. nam & aliàs dicitur: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: vt viij. q. j. ca. qui episcopatum.

k *Vel perpetua.* vel pro id est, vel proprie. & sic no. hic consuetudinem etiam specialem vincere legem in eo loco in quo est. vt hic, & ī. communia præ. l. venditor. §. si constat. & ī. de iure immu. l. semper. §. legem quoque &c. & ī. de sepul. vio. l. iij. §. diuus. sicut generalis generaliter: vt §. de le. & senatusc on. l. de quibus. in fi.

Consuetudinem etiam specialem vincere legem in eo loco in quo est.

† *Vide quæ hoc quæstione scripta sunt ad l. ij. ff. de sepulchr. violat.*

l *Duumuiri.* hi minorem gerebant honorē quam decuriones: & forte erant municipales magistratus: vt C. de iudi. l. fin. vel forte maiorem.

m *Negotium dedit.* id est potestatem eligendi. & sic no. quod quis per alium facit, ipse facere videtur: vt hic, & ī. de admi. tu. ita autem. §. gessisse. & C. vbi & apud quem. l. fi. §. fi.

n *Sed si ita decreuerint.* ſ. ipsi decuriones. vel si nullum ius speciale in hoc aliud quam in procuratore decreuerint, scilicet illi duum uiri, de quibus proxime dixerat, & aliter quàm esset eis iunctum.

o *Incidisset.* etiam in futurum.

Non sufficit actorem datum esse, si postea fuerit reuocatus.

Quid si actor datus, postea decreto decurionum prohibitus sit? an exceptio ei noceat? Et puto sic hoc accipiendum, vt ei permissa videatur, cui & permissa durat.[u]

Actor vniuersitatis debet defendere: & de rato cauere si dubitatur de mandato. B. C

Actor vniuersitatis si agat, cōpellitur etiam defendere:[x]

p *Negotium.* id est necesitatem & ad agendum, & ad suscipiendum, & ad excipiendum.

q *Decretum.* ſ. in quo si constituitur actor, non valet, vt subiicit, ad lites futuras. & sic patet quod in hoc differt mandatum istud de eligendo actorem, à mandato priuatorum: quia illud in lite futura fieri potest: vt §. ti. j. l. ij. quæ est cōtra. istud non, vt hic. & hæc est ratio: quia cum hic decretum sit sententia: sententia autem non teneat nisi super re certa: vt insti. de act. §. curare. & ī. de iudi. l. non quemadmodum. & ī. de vsur. l. j. §. j. sequitur tale mandatum de futura lite, vtpote incertum, non valere. Vel dic non referre: quia non ipsi decuriones decreuerunt, sed quidam quibus pro præsente lite commiserant electionem actoris. & sic aliud fecerūt quàm quod eis mandatum est. Accursius.

r *Persecutionem.* scilicet de iure.

s *Hæc omnia.* id est, litis quandocunque emergentes etiam in futurum. nec enim ad vnam causam tantùm eliguntur: vt diximus supra eo. l. j. §. quibus.

t *Per syndicos.* id est defensores: vt infra de mu. & ho. l. municipibus. §. defensores.

v *Durat.* non videtur factum nisi duret: vt hic, & infra de in rem ver. l. si pro patre. §. versum. Item hoc intellige lite non contest. quid si postea? Respond. idem quod in procuratore dixi. §. de procura l. quæ omnia. arg. infra. §. proxi.

x *Defendere.* scilicet vniuersitatem, non singulos: vt §. eod. si municipes. secus autem est in eo qui populari actione agit: quia quasi suo nomine agit: vt supra de procura. l. mutus. §. in popularibus. quæ est contra. Sed an episcopo liceat constituere actorem? & videtur quòd non: quia ipse nec vniuersitas, nec corpus, nec collegium est. Ioan. tamen dicit quòd sic, cum decreto superioris tamen, ad instar tutoris: vt ī. de admin. tu. l. decreto. Item quis de calumnia iurat? Respon. actor vel syndicus, secundum Ioan. vt C. de iura. calum. l. ij. §. quod obseruari. licet Aldricus contradixerit. nam per hos vniuersitas iurare videtur: vt infra de condict. & demonst. l. municipibus. & si vnus sit consul, sufficit eum iurare de calumnia.

Durat.

a *De rato.* ſ. cum certum eſt eum eſſe actorem generaliter conſtitutum: licet ad hanc rem ſpeciale non habeat mandatum.Sed an iudicatum ſolui debeat ſatiſdare? Videtur quòd ſic: quia vice procuratoris eſt: vt ſtatim ſubiicit: procurator autem etiam verus ſatiſdat: vt C.de ſatiſd.l.j. Sed dic contra: quia nō eſt per omnia ſicut procurator. nam procurator ſine iudice conſtituitur, actor vel œconomus nō: vt inſtit. de cur. §. fin. & C.de epiſ.& cle.l.omnes qui.§. hoc nihilominus. cum ergo hic ſicut & tutor publica auctoritate experitur, dicendum eſt neutrū ad hoc cogi: vt argu. C.de admi.tut.l. tutores debita. & l. fin. §. defenſionem.& ĵ.rem ra.habe.l.actor. & hac etiam ratione de calumnia iurat hic actor: vt modo dixi.

b *Dubitetur.* idem eſt in tutore: vt infra de admi.tuto. vulgo. ſed illud poteſt ſic intelligi, vt tutor debeat ſatiſdare de rato ſub hac exceptione, ſi apparuerit eum non eſſe tutorem.ad hoc refertur quod ibi dicitur, æquum eſt aduerſariū non decipi: & hoc dic vt infra rem ra. ha. l. actor.

c *Fungitur.* in hoc quod neuter ante lit. conte. dat procuratorem, ſicut nec tuto. & quia ſic ſatiſdat de defendendo,& etiam de rato, vt procurator: non tamē ſimiles ſunt in ſacramento calumniæ, vt modo diximus.item cum conſtet de decreto: licet non habet mandatum ſpeciale ad hanc rem, non cauet de rato: ſed de defendendo: vt infra rem ra. hab. l. actor. ſed in procuratore ſecus quandoque: vt dixi. ſ. tit.j. l. Pomponius. in prin.

d *Non datur.* nec in eum: ſicut nec in procuratorem: vt ſupra tit.j.Plautius.

e *In rem ſuam.* vt d.l.Plautius.& l.ſi procurator.

f *Conſtitui.* vt ĵ.de conſti.pecu.l.eum qui.§.item tutori.

g *Procuratoris.* quæ cauſæ ſunt ſcilicet tam ante lit. conte. quàm poſt litem: vt ſ.tit.j.l.filius.§ fi.& legibus ſeq. & l.ante lit.conteſt.& l.poſt litem.& ll.ſeq.vſque ad l.quæ omnia.

h *Dari poteſt.* vt procurator: vt ſ. tit.j.l.filiusfa.§. ipſe quoque.& decurio etiam fieri poteſt: vt C.de decu. l.filios in poteſtate.li.x.

i *Sicut. Dedit.* in edicto quod non habemus.

k *Edicendum.* id eſt edictum proponendum, quo edicto detur actio contra eos.

l *Publicum.* impropriè ponitur: vt ĵ.de verb. ſignifi. l.eum qui vectigal.& ĵ.qui.ex cau.ma.ſed & ſi per prætorem.§.fi.

m *Actionem.* ſ.neg geſt.ſi ſine mandato fecit: vt ſ.e.l.j.in fi.ſi autem cum mandato, habet mandati: niſi ſalarium fuerit ei pro hoc conſtitutū: vt ĵ.manda.idémque.§.idem Labeo.verſi.ſed & ſi ad vecturas.

n *Non debetur.* ſed quid ſi diſſoluatur vniuerſitas illa: nunquid quilibet de vniuerſitate poterit petere partem ſuam vt proprium & priuatum debitum? nam & hoc vides in illicitis collegiis: vt ĵ.de colle.illi.l.iij. hic ergo videtur multo magis. Sed quid ſi vniuerſitas aliqua habeat nemus commune: & quis eorum ſit aliàs non ſoluendo: nunquid creditores erūt mittendi in poſſeſsionem partis nemoris, quæ quaſi videtur ad eum ſpectare? non puto: quia nec nemus illud nec pars eius alicuius intelligitur: vt ĵ.de re.di.l. in tantum. §. j. Item quid ſi quilibet de vniuerſitate tibi intulit iniuriam, nunquid vniuerſitas dicetur hoc feciſſe, & poterit à te conueniri? Videtur quòd: non quia non vt vniuerſitas. ſ.concilio habito, & campana ſonata, vel aliàs eis conuocatis feciſſet, ſed quilibet ſuo motu. Econtra quòd ſic: quia vniuerſitas nil aliud eſt

non autem compellitur cauere de rato.[a] Sed interdū ſi de decreto dubitetur,[b] puto interponendam & de rato cautionem. Actor itaque iſte procuratoris partibus fungitur: [c] & iudicati actio ei ex edicto non datur,[d] niſi in rē ſuam[e] datus ſit: & conſtitui[f] ei poteſt. Ex iiſdem cauſis mutandi actoris poteſtas erit, ex quibus etiam procuratoris.[g] Actor etiam filiusfamilias dari poteſt.[h]

Sicut vniuerſitas poteſt agere: ita poteſt conueniri.

VII. VLPIANVS libro decimo ad Edictum.

SIcut municipū nomine actionem prætor dedit,[i] ita & aduerſus eos iuſtiſsimè edicendum[k] putauit. Sed & legato qui in negotium publicum[l] ſumptum fecit, puto dandam actionem[m] in municipes. Si quid vniuerſitati debetur, ſingulis non debetur:[n] nec quod debet vniuerſitas, ſinguli debent.

Licet perſonæ mutentur, vniuerſitas tamen eadem remanet. item ſi vnus ſolus remanet: ius & nomen vniuerſitatis conſeruatur in illo. l. d.

In decurionibus vel aliis A niſi ſinguli homines qui ibi ſunt: quod facit ad vſum nemoris habitum per beſtias hominum villæ.

o *Immutati ſint.* vt infra de iudic. proponebatur.

p *Nomen vniuerſitatis.* ſic extat rei memoria, nec tamen res: vt eſt argu. ĵ.de lega.j.ſi grege. §. j. licet ergo vnus non ſit vniuerſitas, nec vniuerſi nec nec vniuerſus: retinetur tamen per eū ius vniuerſitatis: licet per vnū ab initio conſtitui non poſsit vniuerſitas, ſed per tres: vt ĵ.de ver.ſing.l. Neratius. Nomen vero ideo dicitur retinere, quia adhuc dicetur ſchola ſancti Ambroſij ſuperſtite vno ſolo. Sed nunquid ſyndicū hic poterit vnus conſtituere, cum ſyndic' pluriū cauſam dicat? Vel quid ſi duo ſunt? videtur quòd ſic, vt hic. Item quid ſi null' omnino remanſit? Reſpon.Io. ſolutum eſſe collegiū: & res in nullius bonis ſunt, ſicut & hereditariæ: ſed tamen ſi poſtea auctoritate domini papæ, vel eius ad quem ſpectat cura eiuſdem collegij, inſtituatur aliquis in eodē collegio, iuris artifico fingitur iſti' fuiſſe: vt ſ.de re.di.l. j.§. id vero. & ĵ. de reg. iur. omnia fere. & l. omnis hereditas. licet quidam archiēpiſcop' Moyſes ipſos parietes poſsidere dixerit etiā durāte collegio: quod duriſsimum eſt dicere, & contra legem vi detur: vt ĵ. ſi quis in te.li.eſſe iuſſ.l.j.§. Scæuola. Verum tamen id eſſe videtur, vt nullo modo dicantur eſſe vllius. ſ.ab eo tempore quo ſolutū eſt collegium: ſed ipſo iure ſint fiſco vel papæ quæſita: vt ĵ. de pu.& vect.l.commiſſa.& de iure fiſ.l.j.§.an bona.& l.imperatores.& hoc quantum ad dominum: ſecus quantū ad poſſeſsionem: vt ĵ. de adqui. poſ.l. cum heres. poſſet tamen pro Moyſe allegari quòd plerunque dicitur Eccleſia ipſe locus parietibus circundatus,& etiam conſecratus: & aliàs dicitur Eccleſia ius habere,& poſsidere,& vindicare: vt C.de ſacroſan.Eccl.l.iubemus.§.ſcientes. & §.ſane.verſ. ſi quādo igitur. Vnde videtur quòd talis locus ſiue parietes poſsideant etiā durante collegio: & vindicent per prælatos tanquam quilibet priuatus per procuratorem vel colonum.

vniuerſitatibus nihil refert vtrum omnes iidem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati[o] ſint. Sed ſi vniuerſitas ad vnum redit: magis admittitur poſſe eū conuenire, & conueniri: cum ius omnium in vnum recidit †, & ſtet nomen vniuerſitatis[p].

Si non reperiuntur res mobiles & immobiles: pernenitur ad nomina debitorum. Bartolus.

VIII. IAVOLENVS libro quintodecimo ex Caſsio.

CIuitates † ſi per eos qui res earū adminiſtrant, nō defendūtur, nec quicquā eſt corporale reipublicæ q poſsidetur: per actiones debitorum ciuitatis, agentibus ſatisfieri oportet[q].

Contra ciuitatem vel municipium poteſt agi diuiſorio iudicio. Bald.

IX. POMPONIVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

SI tibi cū municipibus hereditas communis erit: ſa miliæ erciſcundæ iudicium inter vos redditur. Idémque dicendum eſt in finium regundorum, & aquæ pluuiæ arcendæ iudicio[r].

† *Facit ad hoc glo. ſup verb. pauciores. in ca. 2. extra de poſtu. prela. quæ gloſ. ad hoc alleg. hanc. l.*

† *An ciuitates. Flo. ſed obeliſco præfixo.*

C

D

q *Oportet.* ſic eſt & in priuatis debitoribus: vt infra de re iud. l. à diuo. §. in venditione.

r *Iudicio.* ſi in loco municipij opus fiat ex quo timeatur ne aqua pluuialis noceat: aliter dicitur de loco publico: vt ĵ. de aqua pluuia.arcen.l.ſi in publico. de his autem gratia exempli poſuit: quia magis dubitabatur: idem tamen in omnibus aliis caſibus.

Ciuitates.} CASVS. Vniuerſitas ſancti Proculi debuit mihi x. volui eam conuenire: nullus extat defenſor: nec aliqua habet vnde mihi in poſ. miſsio fieri poteſt. dicitur quòd ſi vniuerſitas habet nomina, quòd in poſ. nominum illorum fiet miſsio. Viuianus.

Si tibi.} CASVS. Habebam hereditatem communem cum aliquibus municipibus, vel cum aliqua ciuitate: quia ego & vniuerſitas inſtituti fuimus. poteſt celebrari inter nos iudicium fami. erciſc.

Conſtitui.} CASVS. Vicinus alicuius vniuerſitatis ædificauit: ex quo ædificio timebatur damnum illi vniuerſitati. poteſt ordinari actor ad noui operis nunciationem. Item ſi fuit relictum vniuerſitati in diem vel ſub conditione, poteſt actor ordinari ad interponendam cautionem vel ſtipulationem de legato præſtando aduenientе die vel conditione. Item ad ſtipulationem damni infecti vel iudi. ſol. ſed in omnibus iſtis caſibus ſi vniuerſitas vel curia habeat ſeruum, ille illas ſtipulationes interponere debet.

debet. Si vero ipse actor stipulatus est ciuitati vel vniuersitati, vtilem actionem ex illa stipulatione habebit ciuitas vel vniuersitas. Viuianus.

a *Seruo potius.* si præsens sit: vt ff. tit. j. Pomponius. §. j. & l. mutus. §. si procurator agat.

b *Actori.* qui desiit esse, vel est prohibitus vt etiam est.

c *Vtilis.* id est exercitium vtilis quæstæ ciuitati, vel ipsi administratori datur vtilis: ciuitas directam habet actionem.

DE NEGOTIIS gestis.

Dictum est supra de negotiis gestis singularis hominis, vel vniuersitatis ex mandate: nunc quando sine mandato.

Hoc edicti. Casvs. Iurisc. in prin. tractatum hûc commendat, dicens quod maximam continet vtilitatem tam absentium quàm præsentium. nisi enim aliqui essent qui absentium negotia gererẽt, multotiens sustinerẽt absentiæ iacturam, eo quòd remanerent indefensi: & ita res eorum ab aliquibus putà creditoribus possiderentur: aliquando etiam venderentur. Item inciderent in pœnam quam promiserunt, nisi aliquis eorum defenderetur: & etiam creditores venderent pignora. Viuianus.

x. Paulvs libro primo Manualium.

CONstitui potest actor etiã ad operis noui nuntiationem, & ad stipulationes interponendas: veluti legatorũ, dãni infecti, iudicatũ solui: quãuis seruo poti[a] ciuitatis caueri debeat. Sed & si actori[b] cautum fuerit, vtilis[c] actio administratori rerum ciuitatis dabitur.

DE NEGOTIIS gestis. TITVLVS V.

Lex ista ponit causas huius edicti. Bar.

i. Vlpianvs libro decimo ad Edictum.

Hoc edictum[d] necessariũ est: quoniam magna vtilitas absentium[e] versatur ne indefensi rerum possessionem,[f] aut venditionem patiantur, vel pignoris[g] distractionem, vel pœnæ committendæ actionem,[h] vel iniuria[i] rem suam amittant.

Inter gerentem, & eum cuius negotia geruntur, datur actio negotiorum gestorum vtrique. Bartolus.

ii. Gaivs libro tertio ad Edictum Prouinciale.

SI quis absentis negotia gesserit, licet ignorantis: tamen quidquid vtiliter in rem eius impenderit, vel etiam ipse se in rem absentis alicui obligauerit: habeat eo nomine actionem. Itaque eo casu vltro citróque[k] nascitur actio, quæ appellatur negotiorum gestorum. Et sane sicut æquum est, ipsum actus sui rationem reddere, & eo nomine condemnari, quidquid vel non vt oportuit gesserit, vel ex his negotiis retinet:[l] ita ex diuerso iustum est, si vtiliter gesserit, præstari ei quicquid eo nomine vel abest ei, vel abfuturum est.[m]

Istud dictum habet duo capita. Primò loquitur de eo qui gessit negotia viuentis. Secundò loquitur de eo qui gessit negotia morientis. Bartolus.

iii. Vlpianvs libro decimo ad Edictum.

d *Hoc edictum.* quod est ff. eo. l. iij. j. respon.

e *Absentium.* maximè. nam hæc causa fuit impulsiua: vt infra de act. & obli. l. ex maleficiis. §. si quis absentis. & instit de oblig. ex quasi contract. §. j. sed tamen & inter præsentes datur, vt inter curatorem datum in testamento, & adultum: vt C. e. l. curatoris. Item cuilibet etiam maiori præsenti si tamen ignoret quid agatur: aliàs scientia cum præsentia inducit tacitum mandatum, & agitur mand. vt infra man. si remunerandi. §. si passus. & l. ex mandato. §. j. & l. qui fidem.

f *Possessionem.* possessio datur ex illo ti. ff. qui. ex cau. in pos. ea. sed venditio sit ab alio qui sequitur de bo. aut. iu. pos. vt ex ordine eorum patet: vt dicunt quidam. quòd mihi non placet: imo vtrunque fit ex illo, qui. ex cau. in pos. ea primum. ff. de missione, fit per. l. ij. j. respon. secundũ C. de venditione, fit per aliud edictũ & est in eo ti. qui. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. j. at ille tit. de bo. aut. iu. pos. tractat de modo vendendi & administrandi huiusmodi bona sic pos. Et sic fit hæc venditio ita demum si latitauerit: vt d. l. Fulcinius. §. ij. & ff. ex qui. cau. ma. in inte. resti. l. item. §. hæc autem.

g *Pignoris.* scilicet conuentionalis, vt differat à præcedenti: & hæc venditio fit ex pacto vel ex lege: vt C. de iure do. impe. l. fi. §. j. & ij.

h *Actionem.* quam sola conuentione patiuntur.

i *Vel iniuria.* i. per sententiam iniuriosè latã per quam res absentis alicui daretur: & sic ad defendendum venit. Vel dic[a] etiam ad agendũ venit. & dices iniuria. i. vsucapione vel præscriptione, quæ est contra naturalem æquitatem, qua dicitur neminem cum alterius & c. vt ff. de cõdict. indebi. l. nam hoc natura. pro bono tamen publico est introducta: vt ff. de vsuc. l. j. vnde improprie dicitur iniuria: vt ff. de iniur. l. iniuriarum. §. j. Sed quomodo gestor sine mandato contra præscribentem agit? Respon. fuit de illis qui sine mandato admittũtur: vt ff. eo. si autem. Vel dic eum gestorem debere petere curatorem bonis qui vsucapiones interpellet: vt ff. de mu. & ho. l. j. §. illud. in fi. §. arg. contra. C. e. tutori. Alij dicunt quòd deberet dicere se habere mandatum. & sic re facta dubia satisdet, & dominus habebit ratum. & sic valet quod fit per eum: vt infra de iudi. licet.

[a] Bal. hic dicit istã glossẽ esse singu. ad hoc quod curator potest constitui loco absentis ad interrumpendũ præscriptionem: & istud probat gl. circa finem ibi, vel dic eum gestorum. Bolog.

SI *quis absentis,* ff. Casvs. Ego gessi negotia tua. si aliquid in tua negotia impendi, vel me alicui obligaui: licet hoc ignores, tamen habeo contra te negotiorum gest. actio. vt hoc mihi restituas: & ego tibi teneor si male gessi: quia hoc æquum est, & debeo reddere rationem.

k *Vltro vtróq;.* i. hinc inde: vt insti. de ob. ex quasi cõtract. §. j.

l *Retinet.* sic & in procuratore: vt supra tit. ij. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. & infra man. dolus.

m *Abfuturum est.* quia id abesse videtur ei: vt ff. eo. si quis mandato. & sibi prospiciendum est: vt hic, & ff. pro socio. l. pro socio arbiter. secus in fideiussore qui non potest aliquid petere antequam soluat: nisi in casibus: vt ff. man. Lucius. bene dico secus: quia ab initio videtur mandatũ recepisse de soluendo: vt ff. de condic. indeb. l. indebitum. Accursius.

Ait prætor. Casvs. Capita huius edicti sunt duo. siue enim quis gessit negotia alicuius absentis, dicit prætor se eo nomine daturum actionem: & istud est primum caput. siue gessit quis negotia alicuius hereditatis vacantis, habebit hanc actionẽ: & istud est secundum caput. {Haec verba.} Hic vult exponere illa tria verba, si quis negotia alterius. planum est. {Pvpillvs.} Pupillus gessit negotia alicuius. an ista act. teneatur? & dicitur quòd sic, in quantum est locupletior. nunquid si non est locupletior factus, locum habet compensatio: licet ratione naturalis obligationis conueniri non possit? & si in illo negotio aliqua de suo impendit: & illa petat pupillus: potero eum repellere per compensationem: dicendo, tu petis decem quæ dicis te in negotiis meis impendisse: hoc est, ex gestione illa. x. de bonis illis ad te peruenerunt, illa compenses pro illis quæ debes. hoc verum est etiam si pupillus non est locupletior. {Et si furiosi.} Aliquis negotia furiosi gessit: & ex hoc contra furiosum habet nego. gest. actio. Item curator si furiosi gessit negotia habet neg. gest. actio. aduersus furiosum. Vel dic vt in apparatu. Accursius. {Hae c verba.} Exponit Vlpianus secundum caput edicti prætoris, in quo dicit se actio. daturum si quis gessit negotia alicuius quæ fuerunt sua cum moreretur: & de illis negotiis fuit necesse edictum proponere: quia illa negotia quæ gesta sunt post mortem testatoris, ante tamen aditam hereditatem, neque sunt defuncti, neque heredis: & tamen si quis gesserit negotia hereditaria, ipse obligatur hereditati, & hereditas ipsi, si aliquid impendit in hereditate. Item fructus & fœtus, & ea quæ post mortem testatoris acceserunt, item quod serui adquisierunt, venit in actio. neg. gest. & datur his casibus actio neg. gest. ex interpretatione Vlpia. non ex verbis secundi capitis edicti. {Haec avtem actio.} Hic dicitur quòd act. neg. gest. datur heredi, & in heredem. {Si execvtor.} Egi contra te ad decẽ, & obtinui. iudex executorem dedit, qui misit me in possessionem rei quæ valebat minus, puta. v. & res petita. vj. valebat. agam contra executorem act. neg. gest. quia videtur dolo feciisse. {Interdvm.} Si tu gesseris mea negotia quæ nullus gerere volebat, hoc casu tantum mihi de dolo teneris. {Haec actione.} Si sponte negotia mea gessisti. habes neg. gest. act. Item si ex necessitate gessisti. Item si credebas teneri ex necessitate. & non tenebaris: tu habes nego. gest. act. istis omnibus tribus casibus: si quando proposuisti gerere negotia, dum pergeres, mandauit aliquis mihi vt ea gererem, & gessi. & dicit quòd contra eum cuius negotia gessi, & cuius erant indemnitates, id est contra eum qui geri mandauit, habeo actionem, scilicet mandati, & nego. gest. Item si proposui gerere: & aliquis fideiussit de indemnitate mihi præstanda si gererem, & gessi: duplicem habeo actionem.

An fide-

An fideiussor aliquam actionem habet? dicitur quod contra dominum habet. neg. gest. nisi animo donandi fideiusit. & hoc dicit cum l. seq. quæ continuatur cum ista. Viuianus.

a *Ait prætor.* ex hoc dicas quod hæc actio est prætoria: sed quidam contradicunt: vt ff. commo. l. in commodato. §. sicut. Sed ibi illa litera, ciui les præstationes &c. ad superiora refertur: non ad hanc actionem de qua ibi subiicit.

b *Alterius.* s. viuentis.

c *Gesserit.* post mortem, & ante aditam hereditatem: vt ff. ea. l. §. hæc verba. & sic duo dicit hoc edictum.

d *Siue quæ.* vt ff. de constit. pecu. l. j. §. j. & ff. de verb. signi. l. j.

e *Mulieres.* aliena negotia gerentes,

f *Non dubitatur.* s. pro his quæ gesta sunt ab eis extra iudicium, siue sine mandato, vt hic, & ff. eo. si filius. in fin. siue etiam cum mãdato: vt ff. de instit. actio. sed & si quis. §. parui. & ff. man. da. idemque. §. si cui. sed in iudicio non potest: vt ff. tit. ij. neque fœmina, nisi in casibus: vt in l. fœminis. ff. tit. ij.

g *Negotia.* id est hoc verbũ negotia, quod est de verbis prætoris. Et nbt. hic quod pluralis sermo reducitur ad singularem: vt infra de assig. lib. l. j. §. quamuis. & ff. de condi. & demon. falsa. §. fi. & infra vi bono. rapt. l. ij. §. quod ait prætor. & C. quando di. le. ce. l. cum vxori. Arg. contra infra de testi. l. vbi. in fi & ff. de pig. act. si necessarias. §. si annua. & facit pro prima parte, supra si quis cau. si seruus. §. si plurium.

h *Alterius, inquit.* scilicet prætor, id est dixit.

i *Pupillus.* tria fecit hic pupillus, scilicet quinquaginta de pecunia domini cuius negotia gerebat, in rem suam vertit: & alia quinquaginta sua culpa amisit: tertia quinquaginta de suo proprio creditori domini soluit. de primis. l. restituendis domino tenetur: de aliis. l. naturaliter tantum tenetur: & sic non potest conueniri. si tamen agat ad tertia. l. patitur compensationem illorum. l. naturaliter debitorum.

k *Locupletior.* idem & si quid dolo fecerit: cum hæc duo paria sint: vt ff. depositi. l. j. §. an in pupillum. & hæc sunt vera etiam si sine tutoris auctoritate gesit: cum ex re veniat hoc negotium: vt ff. de act. & oblig. l. furiosus.

l *Agendo.* id est si ipse agat contraria actione. Et sic no. arg. quod multa consequimur excipiendo, quæ non agendo. sic. ff. de compen. si cum filio. & infra de condict. inde. si in area.

m *Gesit.* scilicet male amittendo culpa sua.

n *Patitur.* quia naturaliter tenetur, licet conueniri non possit: vt ff. de noua. l. j. in fi. & ff. quando di. le. ce. cum illud. §. j. patitur ergo compensationem, vt quilibet maior, etiam ius in quo non est locupletior: vt ff. de compen. l. etiam quod naturaliter. & l. quæcunque. sed licet sit de iure communi, vt hic, tamen beneficio ætatis habet restitutionem vt ei compensatio non opponatur: vel vt repetat si soluit etiam debitum naturale: vt ff. de condict. inde. l. interdum. & C. si aduersus. l. indebito. Item hoc accipe in doli capace: aliàs nec naturaliter obligaretur si non esset locupletior: vt ff. de condict. inde. l. quod pupillus.

o *Et si furiosi.* quid si furiosus negotium gisit forte in conspectu inumbratæ quietis: non dico in dilucido interuallo: quia tunc omnia gerere potest: vt C. qui test. fa. pos. l. furiosũ? Respondent quidam non agi ex aliqua parte: vt ff. de re. iur. l. in negotiis. & ff. locati. qui ad certum. Tu dic contra: quia &

A quando alius agit eius negotia, & ipse agit & conuenitur: vt hic, & ff. e. l. proxi. §. & ff. de re. cre. l. & si a furioso. & sæpe extra id quod agitur, tacita nascitur obligatio: vt ff. e. at qui natura. §. si libero. & ff. commo. si is qui. §. si libero. Quod autem dicit dicta regula iuris, verum est in veris contractibus: hic autem quasi contract[p] est. Item illud vbi exigitur expressus cõsensus: hic autem tacitus. Sed arg. contra. ff. eo. si ex duobus. s. vt idẽ in hoc negotio debeat dici quod in veris cõtractibus. Alij dant actionẽ in factum in dicto casu. Agetur ergo contra eum in quantũ locupletior est. Acc.

Obligatio quãdoq; nascitur extra id quod agitur.

p *Aduersus eum.* s. furiosum. Vel dic gesto rem, vel gestri cem. & sic ponitur autẽ, p sed.

q *Hæc verba.* quę sunt in secundo verbo edicti.

r *Cum is moritur.* id est mortuus est: & sic determinat verbum gesserit. Vel dic proprie, vt determinet verbũ fuerint.

s *Negotia gesit.* vt pro tali negotio detur actio neg. gest. ex secũdo capite edicti. & sic est contra. ff. de reli. at si quis. §. Labeo. in eo quòd ibi dicit funerariam non habere locũ vbi alia datur: & iam videtur quod semper hæc locum habeat: ergo illa nũquam: & sic cadit in absurdũ. Solu. hic loquitur de eo negotio quod viuo testatore potuit geri: p quo detur hæc actio, ibi non. nã potest quis viuus funerari, & in eo impensa fieri. Vel dic clarius: hic tit. in tribus casibus locum habet: quando sunt negotia viuentis præsentialiter, vt in primo capite edicti. Item quando fuerunt viuentis, vel esse potuerunt: & tunc habet locum secundum. Item quando aliquid accesit dictis negotiis: vt partus & similia, vt adiicitur per Vlpianum. vt ff. proxi. paragrapho, sed si quid &c. quorum nullus potest funerariæ aptari: cum illud negotium sit tantum mortui. Sed contra, quia videtur fuisse viuentis: vt ff. de religiosis. l. j. quæ est similiter contraria huic legi. Sed illud quo ad separationem impetrandam, vt hereditarius creditor dicatur, non vt actio hæc locum habeat ex primo capite: quasi fuerit viuentis negotium.

t *Adiit.* hereditatem. imò videtur heredis: quia a tempore mortis videntur fuisse sua: vt ff. de stipu. ser. si ex re. §. fi. & ff. de reg. iur. l. omnis hereditas. Sed dic quòd hic veritatem, nõ fictionem iuris considerauit.

v *Post mortem.* ante aditam hereditatem tamen.

x *His verbis.* scilicet edicti in secundo capite: & dic, non continentur, scilicet expresse.

y *Accipi.* ex interpretatione. Accursius.

z *Ex negotio.* id est non ex delicto.

a *Et in heredem.* aliter tamen quandoque quàm in defunctũ: cum curator ex leui culpa teneatur: non heres eius: vt C. de here. tu. l. j. & C. arbi. tu. quidquid.

Curator de leui culpa tenetur.

b *Meo.* qui fui victor.

c *Actio.* s. de dolo. & sic non ob ff. de euict. si pignora. quæ est contra. sed secundum hoc quòd ad hunc titulum? Respõ. quia de neg. gest. datur. Vel dic, ibi datur de dolo. i. neg. gest. nomine doli. Vel verius hic victori datur hæc actio, cuius negotium gerere proposuit: ibi autem victo, cuius gerere non proposuit: vt aperte litera illius, l. dicit.

d *Negotiis te meis.* s. desertis quæ alius non erat gesturus: & distingue hic, quia gestor interdum de dolo tantum tenetur, vt hic. & supple, etiam lata culpa: quæ dolo comparatur: vt ff. depositi. l. quòd Nerua. quandoque de leui: vt communiter: vt C. eo. tutori. quandoq; de leuissima: vt quãdoque alius diligẽtissimus

Gestor negotiorum de quibus tenetur.

† *Si etex. sentire ad hoc alex. cp verba statu torum sunt vere & pro personam. dicunt autẽ sic sed non propter. Bal.*

Exceptio quandoque pro operatur quãdo actio.

tissimus erat gesturus: vt ff. c. si pupilli. §. videamus. & inst. de obli. ex quasi contractu. §. j. in fi. quandoque de casu: vt in casibus sex positis. ff. eo. si negotia.

a *Necessitate vrgente.* vt curator adulti: vt C. eo. tutori. & curator furiosi, & similium personarum: vt supra ea. l. §. curatori.

b *Vel necessitatis suspitione.* pone exemplum ff. eo. at qui natura. §. si libero homini. & ff. eo. cum pater. & etiã in eo qui credebat se procuratorem cũ non esset. Sed an in eo qui se tutorem credit? Ir. & Azo idem, vt habeat locum negotiorum gestorum actio: & est pro eo C. qui da. tu. pos. l. militiæ armatæ. sed potest dici contra secundum H. sicut enim vbi est actio mandati, cessat ista: vt inst. de oblig. quæ ex quasi contrac. §. j. & vbi est actio vera tutelæ, similiter & hęc cessat: ita & vbi est alia actio. sed in casu tuo est actio pro tutelæ: vt ff. de eo qui pro tut. l. j. ergo cessat ista. nec ob. d. l. militię. quia ibi non potest habere locum hæc actio protutelæ: vbi enim potest habere locum hæc actio protutelæ, vbi quis est habilis: vt hic, & ff. de eo qui pro tu. l. j. §. fi quis quasi. Accursius.

quę sentẽtia habet ęquitatẽ.

Hæc actio datur contra gestorem etiam ex necessitate vera vel putatiua. Bart.

Hac actione tenetur non solum is qui sponte & nulla necessitate cogente immiscuit se negotiis alienis, & ea gessit: verum & is qui aliqua necessitate vrgente [a] vel necessitatis suspicione [b] gessit.

Mandatum verum Titii vel putatiuum domini non impedit actionem negotiorum gestorum contra dominum oriri. h. d.

Apud Marcellũ libro secundo Digestorũ quæritur, si cum proposuissem [c] negotia Titij gerere, tu mihi mãdaueris vt gerã. an vtraque actione vti possim. Et ego puto vtramque [d] locum habere: quemadmodũ ipse Marcellus scribit, si fideiussorem [e] accepero negotia gesturus. nam & hic dicit aduersus vtrumque [f] esse actionem.

IIII. IDEM libro quadragensimo quinto ad Sabinum.

c *Si cum proposuissem.* sed quid si non proposuissem, tamen tu mihi mandaueras? Resp. distinguè secundum Io. aut sciui cuius essent negotia, & contemplatione domini gessi: & tunc ipse dominus tenetur mihi: vt ff. e. l. si pupilli. §. si quis ita. & C. e. si mandatum sollus. aliàs non. ideoque etsi mãdantis tantum putauit negotia, non agit contra dominum: & est ratio, quia mandans gessisse videtur, non gestor. ideoque gestor nõ agit contra dominum: vt ff. eo. l. mandasti. & arg. ff. de sol. qui hominem. §. j. & ff. e. nam & Seruius. §. vlt. & l. si quis mãdato. Sed contra dici posset. ar. ff. eo. l. item si cum. §. sed & si cum. & tantum debet facere veritas, quantum si eius contemplatione feciss̃em, vel etiam plus: vt ff. e. si pupilli. §. si Titij. & §. quid ergo, inquit Pedius. Et quod dicitur quòd ipse gessisse videtur, verum est in sui præiudicium, vt teneatur domino tanquam gesserit: non vt alij ob hoc debeat præiudicari quo minus agat. Nec obst. quod dicitur ff. manda. si mandauero tibi. §. si curator. & l. qui fide. quia ibi in §. si curator. in rem absentis nihil impenderat. Item in l. qui fide non prohibetur agi contra dominum neg. gest. preterea lex videtur expressa. ff. e. si pupilli. j. resp. & ff. eod. cum alicui. & ff. de admi. tu. l. Lucius. §. j. & C. quod cum eo qui in alie. po. l. ei qui seruo. in fin.

d *Vtranque.* scilicet nego. gest. & mandati.

e *Fideiussorem.* qui sine mandato de indemnitate mihi præstanda promisit: vt ff. de fideiuss. l. fideiubere. Accursius.

f *Aduersus vtrumque.* aduersus dominum negotiorum gestorum: & aduersus fideiussorem condictioni certi, si est certa promissio: aliàs ex stipulatu: vt inst. de verb. oblig. in prin. Accursius.

g SEd *videamus an fideiussor.* de quo modò diximus, qui sine mandato interces̃it.

ITem *si cum.* CASVS. Credebam te mihi mandasse vt negotia tua gererem: non tamen mandaueras: gessi. habeo neg. gest. actionem, non mandati. Idem est si cœpi negotia tua gerere, & credebam te mihi mandasse vt pro te fideiuberem: cũ non mandaueras. si fideiussi, habeo neg. gest. actio Sed pone: quædam erant negotia Sempronij: ego credens Titij, gessi, habeo contra Sempronium acti. neg. gest. Viuianus.

h *Negotia gessi.* quia sine mandato [a] fideiussit. sed nunquid etiam antequam soluat potest conuenire dominum, sicut si cum mandato interces̃isset in quatuor casibus, quos dic vt ff. man. Lucius? Respon. sic, si bene gessit: aliàs forte non. Et quòd subiicit hic, nisi donandi &c. supple, & nisi in rem suã, & nisi pro inuito fideiussit: vt ff. man. l. ex mandato. §. fideiussori. & l. si remunerandi. §. si passus.

i *Sed & si putaui.* recte hos coniungit: quia in vtroque casu plus valet veritas quàm falsa opinio.

k *Solus Sempronius.* nihil ad Titium cura & solicitudine vel alio modo pertineat: sic intelligitur. ff. e. l. liberto. §. inter negotia. secundum quosdam. Et no. hic contra Io. pro eo quod dixi. ff. l. iij. in fi. sed ipse respondet: si tamen istius domini contemplatione sit gestum hoc: aliàs nõ. vel ideo est, quia dominus neg. non habet actionem neg. gest. aduersus Titium: nec ei tenetur: quia nec ipse gessit per se, nec per alium: vnde est quod mihi gerenti debet tantùm teneri verus domin⁹, secundum Io. sed hoc non placet: vt ibidem diximus. Item no. ex tribus dictis huius legis, quòd plus valet quod est in veritate, quàm quòd in opinione. sic. ff. ad leg. Aquil. scientiam. §. pe. & infra de furt. l. vulgaris. §. sed & is qui. ver. si quis æs. & §. fe. in glo. fit furtum. & C. plus va. quod agitur. per totum. & ff. de seruo corru. l. doli. §. j. ar. contra. ff. de iniur. l. illud relatum. in fi. {ADDITIO} Aduerte hic quod in actione quæ oritur ex prouidentia legis, ficut est vbicunque extra id quod agitur, nascitur actio: plus veritas quàm opinio ponderatur: & hoc in actibus licitis: sed in delictis si quidem veritas excludit maleficium, ponderabitur veritas: vt l. fin. de crimine expila. here. & de furt. l. inter omnes. §. rectè. Si vero opinio probabilis excludit maleficium, tũc plus ponderatur opinio: vt in d. §. recte. si autem non excludit maleficium, sed attenuat vel restringit seu arctat, dic vt ff. de iniur. l. eum qui nocentem. §. si nupta. & l. fin. & C. ad l. Iuliam de vi. l. quoniàm multa facinora. secundum Cy. & Bal.

SI *pupilli.* CASVS. Gessisti negotia alicuius pupilli cuius eram tutor: & contemplatione mei aliquid egisti: quia nolebas vt tenerer act. tutelæ: vt quia incipi domum ædificare, & non perficerem: dicitur quod me habes obligatum neg. gest. act. nam & pupillus tenetur in id quo factus est locupletior. {ITEM SI.} Ad neg. procu. constituisti: & creditores tui infestabant procu. tuum nomine cuiusdam debiti, dicentes velle se distrahere pignora eis obligata nisi eis soluat. ego contẽplatione tui mutuo ei pecuniã dedi. mihi act. neg. obligaberis. procurator, si non stipulatus eram pecuniam mihi à procu. reddi, non erit obligatus mihi. {SI QVIS.} Pecuniã perferendã mihi, Titio tradidisti. aduersus eum habeo actio. neg. gest. vt mihi illam pecuniam det. Si vero aliquis ad negotia mea gerenda sui lucri causa & non mei commodi accesserit: habeo contra eum act. neg. gest. si vero aliqua impenderit, non repetet nisi quatenus fuerim factus locupletior. {SI QVIS ITA.} Titius credens gerere negotium meum gessit proprium. nec mihi aduersus eum, nec ei aduersus me cõpetit actio. Si vero credebat meum esse tantum, cum & meũ & suum erat pro illa parte quæ ad me spectat, dabitur mihi actio pro alia non contra me. vnde si habeam negotium commune cum Titio, & mandaui tibi vt illud gereres, tu tanquã meum esset gessisti sciens in parte esse Titij: pro alia parte quæ Titij erat, habebis eum obligatum act. neg. gest. {SI QVIS QVASI.} Liberum hominem bona fide possidebã, quem credebam esse seruum meum. negotia mea gessit tanquam seruus. dabitur quidem neg. gest. actio mihi contra eũ, & ei contra me. {SED SI EGO.} Si gessi negotia filii tui peculiaria vel serui: an tenear negot. gesto? Respon. quòd si gessi contemplatione tui. & tu mihi, & ego tibi teneor in solidum. si filij tui: habeo patrem obligatum de peculio: nec distinguit. crediderim eum sui iuris, necne: quia semper eadem distinctio seruanda erit: vt si nomine patris, teneatur in solidum: & si filij, de peculio, id est quatenus est in peculio, vnde si filij negotia gessi, & contemplatione filij, & pater habeat ratum:

a Bald. dicit istã gl. sing. ad hoc quod fideiubẽs sine mandato in casib⁹ no. in l. Lucius. ff. mandat. potest agere antequã soluat, vt pricipalis debitor eximat eum ab obligatione si iste bene gessit negotia principalis, sicut si cum mandato fideiussisset. Bolo.

ratum:nihil operatur ratihabitio:quia non tenetur nisi de peculio,id est quatenus locuples pater est vel dominus per peculium filij vel serui.si vero nihil sit in peculio, quia tantum debet domino vel patri:dicit quod tenebitur pater vel dominus quatenus peculium est locupletatum,id est quatenus factus est pater vel dominus locupletior ex parte serui vel filij interueniente gestione mea. {SED ET SI HOMINIS.} Omnia hæc plana sunt vsque ad. §. item quæritur. vbi dicit casum: quia liberum hominē possidebas aliquem qui bona duplicis generis habebat. nam habebat bona quæ ad eum pertinebant, & etiam quæ ad te. gessi bona quæ pertinebant ad te. cōtra te habeo act. Si vero quæ ad eum: cōtra eum habeo act. & hoc quando eum ef seseruum credebam. eadem distinctio seruatur si credebam eū liberum hominem. {ITEM QVAERITVR.} Gerens negotia tua petij à non debitore tuo,& exegi:quoniam credebam aliquid debere:nihil tamē debebat:postea ratum habuisti.an detur tibi neg.gest.act.contra me? Videtur quòd non: quia negotium tuum non erat:quia nihil tibi debebatur:rati tamen habitione negotium fit tuum:& ei qui soluit,datur repetitio aduersus te qui ratum habuisti: vnde æquum esse videtur dari act.contra me nego.gest. {IDEM AIT.} Titius decessit qui habebat vnum debitorem:& putabam te esse heredem Titij cum Seius esset verus heres.gessi negotia tua,& ab eo debitum exegi:tamē postea scisti, & ratum habuisti. Dicitur quod ego tibi, & tu mihi eris obligatus actio. neg. gest.nec ob.quia est aliàs negotium Seij:quia ratihabitio facit esse tuum negotium:verumtamen verus heres.s.Seius aget contra te pet.here. vt restituas debitū quod habuisti per tuā gestionem.Sed quid:Pone quòd fulsi insulam, credens te heredem,cum alius esset heres:nunquid si ratum habueris, me obligaueris neg.gest.act.quæritur. Et dicitur quod non:nec ego te:quia istud negotium tuum fieri non potest: quia alterius est ipso gestu: sed hoc casu verus heres obligatur mihi gestori. {VIDEAMVS.} Si ad negotia mea gerenda accessisti:& quædam gessisti,& quædam neglexisti:ac.neg.gest.mihi teneberis:& hoc est quia alius esset gesturus nisi tu gessisses.Itē si mihi.x.debebas,nec à te exegi: si debitum non fuit vsurarium,incipit esse vsurarium. veruntamen si tales essent debitores,à quibus exigere non potuisti,cum mandatū non suscepisti:ratione illius debiti quod debebas,current de cetero vsuræ,nisi fuerint remissę:cum tantum operetur mora cū officio iudicis in bonæ fi. iudi. quantum stipulatio in stricti iuris iudiciis.Si vero de coniunctis fuisti,vnde sine mandato experiri potuisti.nisi à debitoribus etiā extraneis exegeris, teneberis:quia de teipso nō est quæstio quin teipsū debebas conuenire.vnde si actio qua tenebaris, erat tempore peritu, ratideo venietad act.neg.gest.& sic fit perpetua. Itē si actio qua tenebaris,erat nō trāsitura:efficietur trānsitura,& sic tres pœnas patieris:quia teneris ad vsuras. Item quia actio tēporalis perpetuatur.Itē quia efficitur transitura quę non erat.Item gessi negotia alicuius priuati vel alicuius ciuitatis petē do fundum, vel ancillā. cōsecutus sum fructꝰ maiores quàm debebantur.totum ciuitati vel domino neg.gest.act.restituere debeo. {SI QVOCVNQVE.} Gessisti negotia mea,& male.vnde tenebaris mihi in decem. ex alio latere impendisti.x.in negotio meo.egi directa ac.ad.x. tu voluisti cōpensare.iudex cōpensationem non admisit, i. cognitioni supersedit:& ita de ea non cognouit:sed de principali,i.de neg.gest. act.cognouit,& te mihi condemnauit:nunquid poteris postea contrariam instituere? Dicitur quod sic.si vero de cōpensatione opponenda cognouit,& definiendo pronunciauit compensationi locum non esse.an potes contraria agere? Dicitur quod non.Hoc dicit vsque ad.l.si ex duobus. Viuianus.

a *Non mandatu tuo.* si enim mandasses, mandati actio locum haberet:vt C.eo.l.si mandatum.

b *Obligatum.*scilicet insolidum: quia tuum est negotium cura & solicitudine:& idem est si eras curator:idem & si procurator:cum in his sit eadem ratio:vt infra eo.l.mandasti. & ar. infra ad leg. Aquil.illud.

c *Modò.* id est ita demum.

d *Locupletior.* & sic patet quòd si quid de gestis perit etiam fortuito casu,quòd sit periculo gerentis,[a] sicut & in aliis casibus quos dicemus.ĵ.eod.si negotia.siue feci nomine tutoris tantum,vt hic.siue nomine pupilli,& cōtemplatione eius: vt C.eo.l.ij.& plene dic: quia aut impendit hic gestor in rem necessariam pupilli: & tunc tenetur in solidum pupillus, quemcunque exitum res habuerit, dummodo vtiliter sit cœptum: vt infra eo. sed an vltro. §. j. & ĵ. de solu. in pupillo. §. plane. & ĵ. de mino.l. verum. §. sciendum. versi. item non restituitur. an vtiliter: & tūc obtinet quod hic dicitur, & inspicitur tempus litis cōtest. vt ĵ. e. litis. in prin.& ĵ. de sol. l. in pupillo. in princ. si autem voluptuariæ, permittitur auferri:vt infra man.l. idemque.§. Item Labeo ait.non autem agit:vt infra eod.l.ex duobus.quæ autem sint necessariæ vel vtiles vel aliæ,habes ĵ.de verb.signific. l. impensæ.

[a] *Facit gl. in c. si cum prædecessore. sup vernobo,effectus. in fi. extra de renuncia tione.*

e *Item si procuratori.*& ita habebat mandatum:vt supra de procur.l.j.j.respon.

f *Contemplatione.*sed si sui,ipse certi condictione tenetur: vt C.si cer.peta.l.eum qui.

g *Liberet.*proprie quo ad pignus:improprie quo ad creditorem.sic & s.de offic.proconsul.l.ij.

h *Nullam.*quia nolui eum mihi obligari: vt arg. infra si cer. pet. l. non omnis. & arg. infra communi diui. l. in hoc iudicium.

i *Stipulatus sum.*post numerationem.

k *Quia ex abundanti.*in vitium sonat,vt non teneatur secundum quosdam:vt argu.s.de pact.l.iurisgentium. §.sed si fraudandi.sed tu dic contra secundum quosdam: vt arg. ĵ.de instit.act.l.in eum.in fi. j. respon. nam hic abundantia ponitur pro cautela:vt ĵ.de here.institu.l.j.§.qui neq;. & C. de testa. l.testamentum.in fi.Et vt plenè scias, dicas quòd qui accepit in vtilitatem alterius:aut habet mandatum à domino, aut nō habet.si habet:aut ad certum hominem,aut non.& si ad certum,aut vt nuntius, & tunc dominus tenetur ex eo contractu acsi ipse contraxisset:vt ĵ.quod iussu.l.fin. & ĵ. quod cū eo.l.fi.& ĵ.de consti.pecu.l. qui autem.§. fi. & C. quod cum eo. l. si ex contractu. aut vt procurator: vt vade ad illum, & accipe decem nomine meo. & tunc tenetur procurator ex contractu, & dominus contraria mandati: vt C. manda. l. si literas.si non ad certum hominem.: tunc aut qui mutauit, hoc fecit contemplatione domini tantum: & tunc ipse solus tenetur actione neg.gest.aut procuratoris & domini:& tunc vterque tenetur: vt hic, & in principio.§.& in fin. Item tenetur dominus vtili institoria:vt C.de instit.act.l.si mutuam. aut contemplatione procuratoris tantum: & tunc ipse solus: vt C.si cer. pet. l. eum qui. si vero non erat procurator, sed neg.gestor, aut qui dedit fecit contemplatione domini negotiorum, & tunc tenetur dominus si vtiliter cœptum fuit: quia pecunia erat necessaria, licet fuerit amissa: vt ĵ.eo. siue hereditaria. & l.sed an vltro. §. j. & etiam sic est in actione de in rem verso: quæ huic comparatur: vt infra de in rem ver.l.iij.§.j.& §.vnde.si contemplatione accipientis:tunc tenetur ipse tantum, non dominus: nisi ratum habeat, vel in rem suam vertat: vel cum in eo,id est in eam rem in quam accepit,procuratorem constituat:vt C. quod cum eo.l. ei qui. in fi.& ĵ.si cer.pet.l.eum.& C.si tu.vel cu.inter.l.pe.& de instit.l.si mutuam. si autem contemplatione vtriusque, tenetur vterque: vt dixi in eo qui habet mandatum: vt hic, & ĵ. e. liberto.j.respon. in casu tamen & si expressum non interueniat mandatum, datur institoria vtilis: vt ĵ. quod cum eo.l. fin.in rectore ciuitatis vel prælato Ecclesia vel tutore dic eos teneri tantum, nisi pecunia fuerit in vtilitatem ciuitatis vel Ecclesiæ vel minoris versa:vt ĵ.si cert.pet.ciuitas.& C.de sacrosanct.Eccle.authen.hoc ius.& C.quando ex fa.tu.vel cura.l.si in rem.

I *Competit.*hoc concedunt quidā si mei contēplatione fecit, id est rem

VI. IVLIANVS libro tertio Digestorum scribit.

SI pupilli tui negotia gessero non mandatu tuo[a], sed ne tutelæ iudicio tenearis, negotiorum gestorum te habebo obligatum[b]: sed & pupillum,modò[c] si locupletior[d] fuerit factus.

Ex mutuo contractu cum procuratore contemplatione domini dominus tantum obligatur. Item obligatio procuratoris non impedit actionem oriri cōtra dominum. hoc dicit. B

Item si procuratori[e] tuo mutuam pecuniam dedero tui contemplatione[f], vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet[g]:aduersus te negotiorum gestorum habebo actionem: aduersus eum cum quo contraxi,nullam.[h] Quid tamen si à procuratore tuo stipulatus sum? [i] potest dici superesse mihi aduersus te negotiorum gestorum actionem:quia ex abundanti [k] hanc stipulationem interposui.

Mandatum factum ab alio mei causa, mihi actionem negotiorum gestorum non tollit. Bartolus.

Si quis pecuniam vel aliam quandam rem ad me perferendam acceperit: quia meum negotium gessit, negotiorum gestorum mihi actio aduersus eum competit.[l] C

Qui gerit negotia animo deprædandi,

i. rem perferendam accepit. Sed potest dici quòd semper mei contemplatione fecisse videatur: cum causa commodi mei fecit: vt ff. proxi. §. si tamen id faciat sciens. alioquin contradicimus secundum. Io. vt in bona fide & mala fide ædificante datur etiam mihi actio furti: & furtiua condictio competeret si esset à me missus: vt ff. de fur. l. eum qui. §. si epistula. & illi qui misit, datur mandati: vt infra māda. si vero. §. si mihi. ver. dedi. & etiam furti: vt C. de fur. si is cui.

a *Non mei contemplatione.* i. commodo, vt statim dicit secundum Ioan.

b *Suum eum potius.* id est ad suam vtilitatem, secundum Ioan.

c *Actionem.* collige hic secundū M. quòd malæ fidei possessor etiam si suo nomine expensas fecit, habeat non solum retentionem: vt ff. de pe. here. plane. in fi. sed etiam actionem: vt hic, quia nemo debet locupletari &c. vt ff. de condict. inde. l. nam hoc natura. Ioan. contra. & B. & dicit interesse an nomine domini impēdit: vt tunc repetat: vt hic: an suo nomine, vt tunc non: vt ff. de condict. inde. si in area. in fin. & ff. de do. ma. excep. Paulus. & ff. ad l. Aquil. si seruus. ij. §. si oliuam. & arg. est ad hāc distinctionem. ff. cōmuni diui. l. in hoc iudiciū. §. diuersum. & ff. manda. creditor. & expone literam hic secundum Io. vt hic scripsi. & hoc quando in faciendo expendit nomine suo. si autem in reficiendo, iudicis officium imploratur, etiam si est malæ fidei pro necessariis tantū: pro vtilibus permittitur auferre: vt C. de rei vin. l. domum. Accursius.

d *Quasi meum.* s. sciens: vt congruat sequens exemplum secundum Ioan. tu contra, vt ibi dices. Accursius.

e *Ex vtroque.* i. ex nullo latere nascitur aliqua. nam in nullo casu nascitur actio ex vtroque latere.

f *Tenebitur.* act. neg. gest. & ego ei.

g *Sciens.* ergo si ignorans, nec tu sibi, nec ipse tibi tenetur, secundum Io. vt dixi §. eo. l. iij. in fin. sed secundum nos idem si ignorans. & hic subaudi maxime.

h *Negotiorum gestorum.* vt hic, & ff. e. liberto. §. inter. sed certe imò actio videtur esse in factum inter mandantem & te, etsi hoc deficiat: vt ff. manda. si mandauero. ij. §. si curator. quæ est contra. Sol. hic in rem ipsam quæ erat absentis, impendit: ibi non. Item hic erat negotium domini reipsa: ibi ratihabitione. Alij tamen diuinant quod ibi contemplatione tantū mandantis gesit: hic etiam gratia domini. & hoc videtur colligi ex l. contraria. Ar. tamen contra. C. eo. si mandatum.

i *Actio.* vt hic, & ff. eo. at qui natura. §. si libero. & l. si liber homo. & hoc casu de leui culpa non tenetur, vt puto arg. contra. ff. de adqui. re. domi. l. homo liber. §. j.

k *Sed si ego filii tui.* magis tamen possunt dici patris vel domini: vt infra de mino. l. denique. §. sed vtrum. ibi, nec comouetur. &c.

l *Tu mihi tenearis.* in solidum, & ego tibi.

m *Amicitia.* s. tam adepta quàm etiam adquirenda: vt subiicit: vel eorum contempla. &c. sed tali casu videtur quòd non repetatur quod impenditur: vt ff. eo. is qui amicitia. quæ est contra. Sed ibi est amicitia charitatiua, vt patris ad filium: vbi non repetit. hic autem vt amici qui non vult negotia alteri deperire: vt ff. e. l. j. & facit ad hunc. §. ff. de in rem ver. l. seruus. §. cum Sticho. & ff. ad Vell. si fideiussores.

actione neg. gest. tenetur: ipse tamen agere non potest, nisi quatenus dominus locupletior factus est. Bartolus.

Sed & si quis negotia mea gesit non mei contemplatione, a sed sui lucri causa: Labeo scripsit suum eum potius b quàm meum negotium gesisse. Qui enim deprædandi causa accedit: suo lucro, non meo commodo studet. sed nihilominus immo magis & is tenebitur negotiorum gestorum actione. Ipse tamen si circa res meas aliquid impenderit: non in id quod ei abest, qua improbe ad negotia mea accesit, sed in quod ego locupletior factus sum, habet contra me actionem. c

Quatenus negotium spectat ad gerentem, actio ista non oritur: sed inquantum spectat ad alium, oritur.

Si quis ita simpliciter versatus est, vt suum negotium in suis bonis quasi meum d gesserit, nulla ex vtroque e latere nascitur actio: quia nec fides bona hoc patiatur. Quòd si & suum & meum quasi meum gesserit, in meū tenebitur. f Nam & si cui mā dauero vt meum negotium gerat, quod mihi tecum erat commune: dicendum esse Labeo ait, si & tuum gesit sciens, g negotiorum gestorum h eum tibi teneri.

Error in persona gestoris non impedit nasci actionem negotiorum gestorum. Bartolus.

Si quis quasi seruus meus negotium meum gesserit, cum esset vel libertus, vel ingenuus: dabitur negotiorum gestorum actio i.

Si negotium potest pertinere ad eū cuius cōtemplatione geritur quoquo modo reipsa contra eum cuius vere est, non agitur, etiā si ratum habeat: & non potest habere ratum quod suo nomine non est gestum. h. d.

Sed si ego filij tui k negotia gessero, vel serui: videamus an tecum negotiorum gestorum habeam actionē. & mihi videtur verū (quod Labeo distinguit, & Pomponius libro vicensimo sexto probat) vt si quidem contemplatione tui negotia gessi peculiaria, tu mihi tenearis l. Quòd si amicitia m filij tui vel serui, vel eorum contemplatione: aduersus patrē vel dominū de peculio duntaxat n dandam actionem. Idemque o est & si sui iuris esse eos putaui. nam & si p seruum non necessarium emero filio tuo q, & tu ratum habueris: nihil agitur r ratihabitione. Eodem loco Pomponius s scribit: hoc adiecto, quòd putat & si nihil sit in peculio, quoniam plus patri

n *Duntaxat.* quomodo est hoc negotium patris vel domini? Resp. re ipsa. cur ergo non insolidum tenetur: vt ff. e. item si. §. fi. in fi? & potest dici secundū Io. quòd hic non loquitur de negotio peculiari quod reipsa domino quæritur. sed extrinsecus: puta emit res à seruo. Alij dicunt quòd ff. in. l. item. loquitur quando nullo modo spectant ad eū cuius cōtemplatione geruntur. sed hic aliquo modo spectant ad filium vel seruum. Tu dic aperti p: vbi aliquo modo possum habere obligatum eum cuius nomine gero: eum cuius res est, suo nomine non conuenio a: vt a dixi ff. ea. l. §. si Titij. sed filium vel seruum insolidum naturaliter mihi obligo: & eadē obligatione patrē de peculio nomine filij, non suo: & idem est in domino & seruo. sed vbi nullo modo possum obligare eum cuius nomine gero, quia nullo modo spectat ad eum: dominū rei conuenio: vt in d. l. supra eodem. item si. §. fin.

o *Idémque.* s. vt detur act. neg. gest. de peculio, si eorum contemplatione gesi.

SI quis negotia aliena gerens, indebitum exegerit: restituere cogitur[o]. De eo autem quod indebitum soluit[p], magis est vt sibi imputare[q] debeat.

gest. at modo, id est in casu huius. l. contra ipsum cui solutum est: vt s. eo. si pupilli. §. item quæritur. Alij dicunt quod quando soluitur gestori, quòd dominus ratum habere cõpellitur: sed non quãdo ipse gestor soluit: vt ar. supra eo. Pomponius. & in hoc faciunt huius legis differentiam.

Per solutionem factam gestori nõ liberatur soluens, nec dominium adquiretur creditori, nisi ratihabitione secuta. Bartolus.

XXIIII. IDEM libro vicensimo quarto ad Edictum.

SI ego hac mẽte pecuniam procuratori[a] dẽ, vt ea ipsa creditoris fieret: proprietas quidem per procuratorẽ non adquiritur:[b] potest tamẽ creditor etiam inuito me ratum habendo pecuniam suam facere:[c] quia procurator in accipiendo creditoris dumtaxat negotium gessit: & ideo creditoris ratihabitione liberor.[d]

XXV. IDEM libro vicensimo septimo ad Edictum.

SI quis negotia aliena gerens, plus quàm oportet impenderit: recuperaturum eum id quod præstari debuerit.[e]

Officialis publici licet respectu reipubl. alter pro altero teneatur, non tamen respectu priuati ad quem negotium in veritate spectat. Bartolus.

XXVI. MODESTINVS libro primo Responsorum.

CVm alicui ciuitati[f] per fideicõmissum restitui iussa esset hereditas, magistratus actores horum bonorum Titium & Seium & Gaium idoneos creauerunt. postmodum hi actores inter se diuiserunt administrationem bonorum: idque egerunt[g] sine auctoritate & sine consensu magistratuum. post aliquod tempus testamentum per quod restitui ciuitati hereditas fideicommissa esset, irritum probatum est pro tribunali;[h] atq; ita ab intestato Sempronius legitimus heres defuncti extitit. sed ex his actoribus vnus nõ soluendo[i] decessit: & nemo heres eius extitit. quæro, si Sẽpronius conueniat actores horum bonorum, periculum inopis defuncti ad quos pertinet? Herẽnius Modestinus respondit, quod ab vno ex actoribus ob ea quæ solus gessit,[k] negotiorum gestorum actione seruari non potest: ad damnum eius cui legitima hereditas quæsita est, pertinere.[l]

Gestor expensas voluptarias non repetit. Bartolus.

XXVII. IDEM libro secundo Responsorum.

EX duobus[*] fratribus vno quidẽ fuę ætatis, alio verò minore annis, cum haberent cõmunia prædia rustica, maior frater in saltu cõmuni habente[m] habitationes paternas,[n] ampla ædificia ædificauerat: cumq; eundem saltum cum fratre diuideret, sumptus sibi quasi re meliore ab eo facta desiderabat fratre minore iam legitimæ[o] ætatis constituto. Herennius

[a] *Procuratori.* scilicet debitoris, vt dicũt: vt argu. infra de do. inter virum & vxo. si sponsus. in prin. Alij dicunt creditoris. Tu dic secundũ Azo. quòd hic erat gestor negotiorum creditoris. & sic improprie procurator dicitur: vt s. de procu. l. Plautius. non autem erat procurator negotiorum debitoris. accipiebat enim hic gestor pecuniam vt potius exequeretur officium quod gratis & sine mandato gerendum acceperat: quàm vt debitoris vellet susc ipere mandatum. alioquin debitor mandatum suũ re integra reuocaret: quod hic negatur: vt instit. de man. §. recte. integra dico, vel quia non tradidisset, vel quia de tradendo se non obligasset: vt infra man. l. Quintus. & infra de constit. pecu. l. vtrum præsente. §. vnde falsam. præterea quomodo creditor ratum haberet si non est suo nomine gestum: vt supra eo. si pupilli. §. sed si ego.

Bal. dicit istam glossam fore singularem, ad quã aduerte vt hic interpreta. Bolog.

[b] *Non adquiritur.* immo videtur quòd sic adquiratur: vt ff. de adqui. re. do. si procurator. quæ est contra. Solu. hic non erat procurator, sed gestor: & sic ratihabitio expectatur: sed in procuratore non, secundum Azo. vt ar. ff. de condi. inde. l. indebitam. & ff. de adqui. pos. communis seruus. §. j. Alij dicunt quòd ibi erat specialiter ad hoc constitutus: hic erat generalis, vel ad alia cõstitutus à creditore: vt primo casu etiam sine ratihabitione quæratur dominium, secundo non. & secundum hanc proprie ponitur hic procurator.

[c] *Suam facere.* sed an eo ipso quòd ratum habeat, statim quæritur sibi dominium, vel possessio, vel vsucapiendi conditio? Respon. ita, vt hic aperte dicit: & quia ratihabitio retrotrahitur: vt C. ad Maced. l. fin. & quia talia per procuratorem quæruntur. vt C. per quas perso. no. adquir. l. j. & ff. de adquir. pos. l. j. §. per procuratorem. & l. possessio quoque. §. & si possessio. & de regu. iur. hoc iure. §. deiecit. Item cuius interim est? Respon. debitoris forte: vt argu. infra de vi & vi arma. l. cum fundum. & infra de fur. l. falsus. §. j. Sed quomodo ergo postea transit ad creditorem? Respon. ratihabitione, quæ retrotrahitur ac si à principio fuisset adquisita. arg. tamen contrà infra rem ra. ha. l. pe. Cui respond. quia ibi videtur possessionem bonorum repudiasse: quia tacuit per totum tempus quo potuit peti: vnde non trahitur ille casus retro. Vel forte nullius est interim.

[d] *Liberor.* vt hic, & infra de sol. qui hominem. §. si gener.

SI *quis.*} CASVS. Gessisti negotia mea: & plusquã deberes impendisti: puta debebas x. impẽdere: & tu xx. impendisti. Dicitur hic q̃ tu recuperabis id quod tu debebas impendere, nõ vltra: id est cõsequeris x. tãtum, & non vltra. Viuianus.

[e] *Debuerit.* & nõ vltra, vt hic, & s. de procu. l. qui proprio. §. procurator vt in ceteris. & ff. man. diligenter. & l. idemq; §. idẽ Labeo. & ff. eo. l. quæ vtiliter. in princ. & ff. ad Maced. l. sed Iulianus. §. proinde. versi. quod dicitur.

CVm alicui.} CASVS. Paterfamil. decessit me instituto herede: & rogauit me vt hereditatem ciuitati alicui restituerem. hereditatem restitui, ciuitas tres administratores creauit qui bona hereditaria administrauerunt: scilicet Gaium, Seium, & Titium. isti administrationem diuiserunt: & quilibet pro portione sua gessit: postea apparuit quidam qui dicebat se heredem illius: & dicebat id testamentum nullius momenti in quo fuerat hereditas ciuitati restituta: vnde bona hereditaria petiit & obtinuit: & incœpit exigere istorum administrationes. demum alter ex administratoribus factus est non soluẽdo, puta Titius: & decessit nullo herede relicto. quæritur an alij duo administratores sint conueniendi in eo in quo iste qui factus fuit non soluendo, tenebatur? Et dicitur quod nõ, sed damnum hereditatis ad legitimum spectat heredem: non ad alios administratores. tantum recuperat ab aliis administratoribus.

[f] *Cum alicui ciuitati,* quæ sit sub imperio populi Romani: vt infra ad Tre. l. omnibus. Azo.

[g] *Egerunt.* aduersus debitores hereditarios.

[h] *Pro tribunali.* scilicet iudice cognoscente. & hoc quia testator fuit capite minutus forte: vt insti. qui. mo. testa. infir. §. alio.

[i] *Non soluendo.* scilicet factus post depositam administrationem, secundum H. vt statim dices.

[k] *Solus gessit.* siqua enim negligentia communi perierunt, æqualiter ad omnes spectat periculum: vt ff. de admi. tut. l. tutores qui. §. in eum. & l. tres tutores.

[l] *Pertinere.* imò ad magistratum: vt ff. de admi. tu. l. Lucius. §. Sempronij. quæ est contra. So. hic factus est nõ soluẽdo postquam legitimus heres obtinuit: ibi ante. secundũ Azo. & H. vel aliter, ibi possidebat respu. occasione debiti: hic autẽ pro suo. vnde cum tanquam in re propria constituit curatores: nõ est ita imputandũ magistratibus sicut ibi: arg. ff. sol. ma. l. etiã. §. j. Vel illud fauore pupillorum. vel hic subito lapsus fuit: ibi non: arg. ff. eo. tit. l. si rem. Sed quare etiam alij duo non tenentur pro eo qui non est soluendo: nam sic ciuitati tenebantur in solidum? Respon. non, secundum Irn. quia ciuitati quidem ex officio tenebantur etiam antequam gereret: heredi autem ex sola gestione teneri cœperunt.

EX *duobus.*} CASVS. Duo fratres Titius & Seius habebant prædiũ commune: Titius erat maior xxv. Sei[9] minor. Titius magnas ædes & amplas in area hereditaria fecit: postea cum istud prædium & alias res paternas deberent diuidere: petebat iste frater qui ædificauit, sumptus quos fecerat in ædificando: an posset, quæritur. Et respon. quòd si fuerunt necessarij, illos repetit: si voluptarij, non repetit: sicut hic. {TITIVM.} Si filiam sororis meæ aliqua pietate ductus nutriui hoc nomine non habeo act. vt repetam sumptus.

[m] *Habente.* id est continente.

[n] *Paternas.* id est à patre factas.

[o] *Legitimæ.* scilicet xxv. an. vt C. de his qui ve. æta impe. l. si, alias

aliàs ad diuisionem prouocare nõ posset: licet posset prouocari: vt hic, & ĩ. de re. eorum. si pupillorum.

Expensas voluptuarias non repetit negotiorum gestor.

a *Non habere.* quia scilicet voluptarij fuerunt: vt hic, & infra de pig. act. l. si seruos. sed abrasio conceditur: vt no. supra. eo. l. si pupilli. in princi. item hoc si non fuerit promercalis, id est venalis res in qua factæ sunt expensæ: vt infra de impen. quod si. & ĩ. de rei vindi. l. in fundo.

b *Pietatis.* vel amicitiæ: vt ĩ. eo. is qui.

c *Habere.* nisi in casu: vt C. de nup. patrẽ. Et no. hic ℘ ex personarũ qualitate & sumptibus factis præsumitur pietas: vt plene dices infra de do. inter vi. & vxor. vtrum. Accursius.

Modestinus respondit, ob sumptus nulla re vrgente sed voluptatis causa factos, eum de quo quæritur, actionem non habere.[a]

Expensæ factæ causa pietatis non repetuntur. Bartolus.

Titium, si pietatis[b] respectu fororis aluit filiam: actionem hoc nomine contra eam non habere[c] respondi.

Pro eo pro quo quis obligatus est, agit hac actione antequam soluat. Bartolus. B

XXVIII. IAVOLENVS libro octauo ex Cassio.

SI quis mandatu Titij negotia Seij gesit, Titio mandati[d] tenetur: lisq; æstimari debet quãto Seij & Titij interest. Titij autẽ interest, quantum is[e] Seio præstare debet, cui vel mãdati, vel negotiorum gestorum[f] nomine obligatus est. Titio autem actio cõpetit cum eo cui mandauit aliena negotia gerenda, & antequã ipse quicquam domino præstet, quia id ei abesse videtur, g in quo C obligatus est.

Gestum nomine ventris deuoluitur in actione tutelæ postumo nato: vel in actione negotiorum gestorum. hoc dicit. Rationem huius legis in primo casu videre est facile: in secundo est ratio, quia postumus habetur pro nato dum tractatur de statu & commodo suo: vt supra de sta. hom. l. qui in vtero. Bartolus.

XXIX. CALLISTRATVS libro tertio Edicti monitorij.

CVm pater testamento postumo tutorem dederit, h isq; tutelam interim administrauerit, i nec postumus natus fuerit: k cum eo nõ tutelæ, sed negotiorum gestorum erit agendum. l quòd si natus fuerit postumus, m tutelæ erit actio: & in eam vtrunque tempus veniet: & quo antequam nasceretur infans gesit, n & quo postea quàm natus sit.

Sicut inter collegas coæqualis potestatis est actio negotiorum gestorum: ita si sunt potestatis inæqualis. Bart.

XXX. IVLIANVS libro tertio Digestorum.

EX facto o quærebatur: quendam ad siliginem emendam curatorem decreto p ordinis constitutum: eidem q alium subcuratorem constitutum siliginem miscendo corrupisse: r atque ita pretium siliginis quæ in publicum empta erat, curatori adflictum *[s] esse: quaque actione [t] curator cum subcuratore experiri possit, & vterque consentiens fuerit.

*inflictum.

A

a Solue secunda Bar. & dic quòd sic erat obligatus sub conditione, hic pure.

D

Procedendũ est de similibus ad similia.

m *Quòd si natus fuerit postumus.* & viuus.

n *Gesit.* quia iam pro nato habetur: vt supra de sta. hom. l. qui in vtero. Patet ergo quòd ex post facto declaratur hanc actionem non competisse, & tutelæ actionem dari: vel econtra hanc competisse. sic infra de reb. dub. l. quædam. interim ergo potest dici dubiũ: quia contingẽs est de futuro. est tamen certum præsenti veritate inspecta, scilicet quòd detur actio negotiorũ gestorum, vt infra de testa. tute. l. si nemo. ij. §. testamento. sicut dicimus in captis ab hostibus: vt iustit. qui. mo. ius patriæ pot. sol. §. si ab hostibus. Accursius.

EX *facto.* CASVS. Potestas Bon. ordinauit aliquem qui præesset frumento cõmunitatis: & ei dederat subcuratorem: qui subcurator immisit arenam vel ioliũ: & surripuit tantũ frumenti propter quod curator male vendidit frumentum: & dãnificata est ciuitas: quod damnum cõpellitur curator resarcire: sed habebit regressum aduersus subcuratorem per act. nego. gest. & hoc ad similitudinem tutoris pro contutore soluentis. nam recuperat à contutore pro quo soluit q. d. subcurator tenetur nego. gest. curatori soluenti. Idem dicit in duobus magistratibus si alter pro altero soluere cogatur. habebit ergo alter aduersus alium act. nisi

o *Ex facto quærebatur.* scilicet tali quòd dicebatur, quendam, &c. Accursius.

p *Decreto.* Decurionum.

q *Eidem.* sup. quendam eidem, &c.

r *Corrupisse.* scilicet subcuratorem: qui ideo subcurator dicebatur, quia minorem habebat potestatem quàm alius: & ei obedire necesse habebat, non autem vt sit eius curator: & qui est in cura alterius curator esse non potest: vt C. de leg. tu. l. fi. quæ est contra.

s *Adflictum.* i. damnum pretij quod totũ consequi nõ potuit. Azo. fuit enim conuentus curator ab ordine: cui restituit iste curator de sua burſa iustum pretium corruptæ siliginis.

t *Qua actione* ecce quod quærebatur. Respõ. altius exorditur quàm incœpit: quia quærit de subcuratore: & respõdet de tutore & magistratu, & de subcuratore. Dic ergo in plurib⁹ tutoribus si vnus soluit pupillo id in quo alter deliquit (quia & ipse tenetur, vt infra de tute. & ra. distra. l. j. §. nunc tractemus) repetit per actionem vtilẽ neg. gest. vt hic, & C. de in lit. dan. tu. l. ad litem. & C. de contrario iu. tu. l. ij. in magistratu dicas ℘ si vnus soluit reipu. damnum quod collega intulit, repetit per vtilẽ actionem neg. gest. cũ & ipse conueniri pro hoc possit: vt hic subiicit, & ĩ. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. ius reipublicæ. vtroq; enim istorum casuum facit alterius negotium ipso gestu: vt ĩ. eo. soluendo. idem ergo fit in subcuratore: vt subiicit. Et sic not. quòd procedendum est de similibus ad similia: vt supra de legi. & senatusco. l. nam vt ait. & l. non possunt. Sed si ita est in prædictis tribus casibus: cur non eodem modo fideiussori contra fideiussorem datur actio: vt ĩ. de fideiu. l. vt fideiussor? Respon. quia ex proprio arbitrio & mera voluntate obligatur: sed tutor ex necessitate, & magistratus. Item fideiussor liberat confideiussorẽ non officio gestionis, sed natura obligationis. Item fideiussor habet actionem contra eum pro quo intercessit: vt infra manda. l. ex mandato. ADDITIO. Istam secundum rationem gloss. approbat Paul. hic, quòd fideiussor soluendo liberat alterum non officio gestionis:

b *Pietatis.* vel amicitiæ: vt ĩ. eo. is qui.

c *Habere.* nisi in casu: vt C. de nup. patrẽ. Et no. hic ℘ ex personarũ qualitate & sumptibus factis præsumitur pietas: vt plene dices infra de do. inter vi. & vxor. vtrum. Accursius.

d *Mandati.* si Titio mandasset: vt ĩ. mãda. si procuratorẽ. §. si tutores. in fi. §. & C. eo. si mandatum.

e *Is.* scilicet Titius.

f *Negotiorũ gestorum.* cum non fuerit mandatum.

g *Videtur.* Not. illud abesse, in quo quis est obligatus: vt hic, & ĩ. ad l. Falc. quod de bonis. §. ex donationibus. & instit. de ob. ex quasi contra. §. tutores. etiam si sub condict. debetur: vt ĩ. de leg. j. l. plane. j. §. quòd si rem. in fi. Sed arg contra infra. solu. ma. l. facere. [a] Vnde bona deducto demum ære alieno intelliguntur: vt ĩ. de verb. signifi. l. sub signatum. §. j. Sed an aget statim hic mandator ex quo competit? Respon. non, nisi condẽnetur secundum Alber. ad instar fideiussoris: vt ĩ. man. l. Lucius. Tu dic statim etiam antequam soluat vel condemnetur. Quare ergo aliud in fideiussore, vt d. l. Lucius. & C. mã. si pro ea? Respõ. quia fideiussor officium gratis suscepit de se obligando, & soluendo pecuniam: vt ĩ. de condic. inde. indebitã. quod intempestiuè, id est antequam soluat vel condemnetur, reuocare non potest: quia iuuari nos, non decipi &c. vt infra commo. l. in commodato. §. sicut. At hic hoc ipso quòd mandat alij, vel ipse gerit. perficit mandatum: vt infra manda. si mandato meo. in prin. Item ad quid aget antequam soluatur? Respon. vt liberetur: vt infra man. si mandato meo. §. quotiés. Item hæc sententia quomodo mandaretur executioni? Respon. captis pignoribus: vt arg. infra de admi. tu. l. j. in prin. & insti. de satisda. tuto. & cura. §. sciendum. versi. quibus constitutionibus.

CVm *paterfamilias.* CASVS. Decedens videns ventrẽ vxoris grossum multum: quia forte credebat esse pragnantem: ei infanti quem in ventre esse credebat, tutorem dedit. tutor interim administrauit: & ex vẽtre nullus nascitur. Dicitur hic quòd nulla erit actio tutelæ: sed habebit act. neg. gest. aduersus eum qui successit, & ea conuenitur. si natus fuerit, erit actioni tutelæ locus.

h *Dederit.* quod potest facere: vt insti. de tu. §. cum autem.

i *Administrauerit.* scilicet de facto.

k *Fuerit,* vel natus, sed non viuus: vt infra de verb. signi. l. qui mortui.

l *Agendum.* scilicet vtili: vt ĩ. de tu. & ra. distra. l. postumo. & infra de test. tute. si nemo. ij. §. fi. & ĩ. eo. l. iij. §. hac actione. Et aget ille qui successit in locum postumi, forte substitutus vel alius legitimus heres: vt infra de testa. tu. l. si nemo tutorum. §. testamento.

gestionis: quia non soluit contẽplatione alterius fideiussoris, nec vt illum liberet: sed cõtemplatione principalis debitoris, vt illum liberet, & etiã se liberet. ergo liberato principali sequitur etiam liberatio alterius fideiussoris: quia nõ potest accessoria remanere sine principali sublata principali: & hoc non est de officio gestionis & habet producere hanc actionem: sed est ratione cuiusdam consequentiæ: vt patet infra de dolo. l. si fideiussor. in fi. vbi est bonus tex.

Conscius fraudis non agit.

a *Conscius fraudis.* non agit conscius fraudis: vt hic, & j. de dolo. si duo. & infra de instit. ac. sed & si pupillus. §. de quo. in fin. versi. sed si ipse. & de tute. & ratiocinat. l. j. §. nunc tractemus. & supra de eo per quem fac. est. l. fin. §. j. & C. de lib. cau. l. si filium.

consequi id vt ei saluũ esset, quod causa eius damnum capisset. Valerius Seuerus respondit aduersus cõtutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam. Idem respondit vt magistratui aduersus magistratum eadem actio detur: ita tamen, si non sit conscius fraudis. [a] secundum quæ etiam in subcuratore idem dicendum est.

Ex facto procuratoris datur vtilis institoria contra dominum. Bart.

XXXI. PAPINIANVS libro secundo Responsorum.

†Vide omnino quæ not. Inno. extra de fideiuss. c. q. si quibusdã. & quod idem Inno. in ca. causam quæ. ad fi. extra qui fi. sint legi.

Liberto.} CASVS. Titius mandauit mihi quòd mutuã pecuniam acciperem, nõ tamen à quo: & à quodam pecuniam mutuã accepi, puta à Seio: & ostendi forte ei literas quas mihi Titius miserat de pecunia mutua accipienda. Dixit Seius quòd contemplatione Titij mutuaret: & pecuniam numerauit, fideiussoribus acceptis: qui contemplatione Titij intercesserunt similiter: & eã in vsus proprios conuerti. tam creditor quàm fideiussor habebit act. neg. gest. aduersus Titium. {INTER NEGOTIA.} Fuisti curator vel procurator Titij: accessi ad negotia tua gerenda. dum ea gererem: gessi & Titij propria negotia adulti tui. teneor tibi ac. neg. gest. non solum nomine propriorum negotiorum tuorum, sed adulti. vnde cauere debes de præstando me indemnem si forte adultus me conueniat. Idem est si eras tutor Titij, & gessi tua, & sua negotia propria. {LITEM.} Conueni Titium in iudicio: & litem sum contesta. Titius se fraudatorie absentauit. vnde cum pluries fuisset citatus, nec comparuisset: voluit eum iudex cõdemnare. quidam eius amicus pro eo verba faciebat: & petiit vt nõ condemnaretur, sed expectaretur. iudex eum tandem condemnauit. nec amicus pro eo appellauit. dictus Titius reuersus vult eum conuenire act. neg. gest. dicitur quòd non potest: quia ille amicus appellare non tenebatur pro eo. sed pone quòd amicus iste plenam subiit defensionem: vt fuit condemnatus. dicitur quòd appellare debuit.

b *Mandauit.* scilicet aliquis per literas.

c *Mutuam.* scilicet à quocunque.

d *Cuius literas.* scilicet mandantis. q.d. contemplatione eius, scilicet qui misit literas liberto vel amico, mutuauit creditor. sed si creditori essent missæ, tunc mandati contraria: vt C. man. l. si literas.

e *Eius.* scilicet mandantis.

f *In eum.* scilicet mandantem.

g *Fideiussori.* si soluerit.

h *Ad exemplum institoriæ.* institoria enim proprie locũ non habet: quia non negotiationi, scilicet pecuniis dandis & accipiendis: sed tantùm vni pecuniæ, & tantum ad accipiendum fuit iste prepositus: vt infra de instit. l. cuicunq;. §. j. & l. in eum. & ideo dicit ad exemplum. Vel dic ideo quia non fuit præpositus cum ea solennitate qua olim: vnde ad exemplum antiquæ solennitatis, & secundum hoc vera institoria datur. vel refertur ad fideiussorem tantum vt agat hac actione ad exemplum institoriæ: cum illa fideiussio sit sequela: vt infra de instit. l. quicunque. §. si ei quem. in fi. §. principalis vero creditor vera institoria. Et vt plene videas, dic vt diximus supra eo. si pupilli. §. item si procurator.

i *Inter negotia.* Casus iste secundũ antiquos ponitur in eo qui negotia mea cũ mandato gerebat: & alia alterius cũ eis coniuncta mei contemplatione gessit. de vtrisq; mihi, & ego sibi

A tenemur mandati actione. sed cõtra supra eo. item. §. j. Sed ibi loquitur de act. neg. gest. hic de actione mandati. Item ibi omnia negotia erant alterius, hic non, sed mandantis, cuius contemplatione gerebat: & erant sua propter coniunctionem. & sic non est contra. Itẽ contra supra eod. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. in fin. §. in eo & ibi dicit, sciens: hic, ignorans. & tamẽ hic subiicit Titio dari act. nego. gesto. sed subaudi, maxime. & quod hic subiicit, idẽ in tuto. & cura. subaudi, qui gerendo negotia pupilli, & alterius negotia cum illis iuncta gessit. Tu aliter pone casum primum in procuratore vel curatore, hoc modo: quia aliquis gessit negotia Sempronij, quiscilicet Sempronius erat curator vel procurator Titij: & interea etiam Titij. & quod sequitur, idem in tu. &c. eodem modo dicas: quia gerendo negotia tutoris, gessit etiam pupilli. & secundum hãc positionem expone literam.

Qui allegat causas absentiæ non condemnatur, nec appellare tenetur: secus in eo qui venit ad plenam defensionem, licet post litẽ contest. hoc dicit. quem. §. no. Bart.

B

Litem in iudicium deductam, [r] & à reo desertam, fru stratoris [s] amicus vltro egit, [t] causas absentiæ eius allegans iudici. [u] culpam contraxisse non videbitur quòd sententia [x] contra absentem dicta ipse non prouocauit. Vlpianus notat hoc verum esse: quia frustrator [y] condemnatus est. Ceterùm [z] si amicus cum absentem defenderet, condemnatus negotiorum gestorum aget: [a] pote-

C

k *Gerebat.* aliquis cũ mandato vel sine.

l *Gessit.* & totũ male.

m *Sempronio tenebitur.* cum eius interfit: quia ad eum pertinet cura & solicitudine. & sic non est contra supra eo. item. §. j. nec minus tamen & Titio tenetur cuius in veritate erãt: vt supra eo. si pupilli. in prin. & hic subiicit, aduersus Titium, &c. Accursius.

n *Sed ei.* scilicet Sempronio, secundum Ioan. sed tu dic verius, id est gestori quem dictum est teneri Sempronio, secundum Azo.

o *Præberi.* à Sempronio, secũdum secundã casus positionem.

p *Actio.* s. neg. gest. secundum primum casum. Sed est contra infra man. l. si mandauero. ij. §. si curator. in fi. §. vbi dicit dari in factum, & denegari actionem istam. Solu. quidã dicunt intelligi de actione ad exhibi. & l. A quil. & de aliis similibus, nõ neg. gest. Sed tu dic quòd hic in rẽ ipsam cuius negotia suor, est impensum: ibi autem erat suum ratihabitione. & hoc plene dixi. s. eo. si pupilli. §. si quis ita simpliciter. Alij dixerũt quòd licet hic nesciret cuius essent, sciebat tamen quòd non erant Sempronij. vnde hic error in personam nõ tollit hanc actionem. secus si crederet esse tantùm Sempronij: vt in contraria. l. sed media solu. verior est.

q *Idem in tutore.* scilicet quod diximus quando est curator: vt si hic Sempronius fuit tutor Titij. Accursius.

D

r *Litem in iudicium deductam.* id est contestatam.

s *Fruſtratoris.* i. eius qui per fruſtrationem aberat. Accursius.

t *Egit.* primus est casus in eo qui tantũ absentiæ causam dicit: quod potest quilibet: vt supra de procura. seruum. §. publicè. & l. absens. & hic secundus quando plene defendere vult: quo casu ipse condemnatur, vt hic dicit, nomine scilicet domini. dic ergo, litem &c. quo secundo casu si non appellauit gestor, sibi imputatur. Accursius.

t *Egit.* large ponitur pro eo qui defendit: vt supra de eden. l. j. in princip.

u *Iudici.* non autem volebat plene defendere.

x *Sententia.* id est à sententia. & sic supple. Accursius.

y *Fruſtrator.* non autem amicus: quia solùm absentiã fruſtratoris excusabat. Ioan.

z *Ceterum.* hunc casum secundum ponit M. quando à princ. cum hoc defensore fuit lis contesta. alias non deberet damnari: vt C. de senten. & inter. om. iudi. l. j. Sed tu dic secundum Ioan. retento eodem casu, quando scilicet interuenit lite deducta in iudicium, id est lite contestata: & tamen condemnatur, vt statim dices: & non solum excusabat, sed etiam principaliter defendebat.

a *Aget.* ad condẽnationem, & ad sumptus: & hoc cum habuit mandatũ. aliàs ad sumptus non agit: sed ad id quod condẽnatus fuit.

tus fuit, si soluit: vt ff. iud. sol. iam tamen. §. in hac. & C. man. l. enam. & sic non ex hac l. quòd etiam is qui defendit sine mandato, licet post lit. contest. interueniat, tamen debet condemnari, non is quem defendit: quod in vero procuratore (licet quidam dicant contra) omnino admitto. fit enim contra dominū executio: sed in defensore, siue à principio, siue post lit. contest. interueniat. nam vtrobique inuitum sic liberat etiam nolente creditore actore: si tamen iudi. sol. promittat: quia & ipsum iurare de calū. dico secundum Azo. & fit quædam nouatio: vt dixi C. de iur. prop. calum. dan. l. ij. §. finautem. dico enim eum damnandum, vt pleræq; leges velle videntur; vt §. de proc. l. minor. §. quoniam. & j. de re iudi. si cum procuratore. & ff. de iudi. l. de qua re. §. j. & ff. de sol. l. solutionē. & inst. de satisf. §. si vero reus. si autem certū esset actori competere actionem, non tollitur ipso inuito per alium stipulantē: vt j. de nou. ii Stichū. §. fin. ad. l. autem. C. de sen. l. j. relpōdeas iudicio, id est sententiæ.

a *Posset.* & deberet: vt quia bonā causam habebat: vt ff. de admi. tut. l. quotiens. §. sicut. Et nō. hic quem debere appellare. sic & ff. man. si procuratorem. §. si ignorantes. & C. de procu. l. inuitus. Sed argu. contra ff. ad Silanū. l. propter veneni. §. fi.

rit ei imputari, si cū posset[a], non appellasset.

Compensatio quantum ad cursum vsurarum fit ipso iure. Paulus.

Qui aliena negotia gerit, vsuras præstare cogitur, eius scilicet pecuniæ quæ purgatis [b] necessariis [c] sumptibus superest.[d]

Qui expendit vltra quàm est ei iniunctum, non repetit.

Libertos † certā pecuniam accipere testator ad sumptū monumenti voluit. si quid amplius fuerit erogatum[e], iudicio negotiorum gestorum ab herede non rectè petetur[f] de iure fideicommissi: cum voluntas [g] finem erogationis fecerit.

Pupillus non tenetur ad perficienda negotia etiam cœpta. Bart.

Tutoris[h] heres impubes filius ob ea quæ tutor ei[i] in rebus pupillę paternę gessit, nō tenetur: sed tutor proprio nomine iudicio negotiorum gestorum conuenietur.

Qui aliena. CASVS. Gessisti negotia mea: & ex negotiis pecuniam redegisti. si illam in vsus tuos conuerteris: nec in mora fueris: vel alij eam fœneraris, vel si pecuniam fœnerare solitus fui. superexistentis pecuniæ vsuras præstare tenebaris, deductis necessariis impensis quas tibi compensabis. {LIBERTOS.} Decessi, & præcepi heredibus meis vt liberto meo centum darent, vt mihi faceret monumentū: ipse libertus impendit centum & l. Dicitur hic quòd non consequitur iste libertus ab heredibus meis nisi centum. {TVTORIS.} Tutor meus gessit tutelam meam: & decedens filio suo impubere herede instituto sibi, filio tutorem dedit: tutor ille immiscuit se negotiis meis gerendis. non agam tutelæ, sed nego. gest. contra tutorem. filius enim impubes tutoris mei non tenebitur pro administratione quam fecit iste tutor post mortem patris sui: sed tenebitur pro eo quod pater eius malè administrauit. {QVANQVAM.} Paterfamilias reliquit vxorem, & filiam ex ea, & decessit: & istum filium matri commendauit: postea perpendit mater quòd filius multas habuit actiones alias, vnde actores quosdam ad act. illas voluit ordinare ista mater. Dicitur quòd non potest: quia ipsa agere non potest. Item res filij alienare nō potest: nec debitores filij matri soluendo liberantur. {VNO.} Habebam prædium cui debebam seruitutem aquæ ducendæ à prædio quod erat tibi & Titio commune, deberi: vnde proposui confessoriam: Titius negauit seruitutem deberi, opponendo negatoriam, quæritur an Titius qui communem causam defendit, habeat act. aduersus te nomine expensarum in causa factarum? Dicitur quòd habet act. neg. gest. Vel pone quòd Titius egit aduersus alium confessoria, dicens seruitutem prædio communi deberi à prædio Mœuij. ille actor quod in litem expendit, repetet à te per act. neg. gest.

b *Fungatur.* per compensationem. nam vsque ad concurrentes quantitates cessat vsura: vt ff. de compen. l. cum alter. & l. idem. Item quòd dicit vsuras superexistentis pecuniæ præstari, intellige si dominus consueuit fœnerare, non alias: vt ff. de vsu. l. qui semisses. §. j. vel vertit in vsus suos: vel alij eam fœnerauerit: vel fuit in mora. ff. eo. at quia natura. §. non tantum. & C. de vsu. l. si mater.

c *Necessariis.* & vtilibus: vt ff. e. sed an. §. is autem qui. & ff. eo. l. fi. §. fi. secus in voluptariis: vt ff. eo. ex duobus. j. respon.

d *Superest.* apud gestorem. Accursius.

e *Erogatum.* etiam vtiliter: vt ff. de pecu. l. si creditor. §. j. & ar. ff. de re mil. l. iij. §. in bello. sed quod secundum voluntatem soluit, repetit: vt hic, & ff. de pet. her. l. hereditas etiam. §. j. ad fin. tit. quod vero vltra, non: vt dixi, duplici ratione. prima, quia prohibitio impedit hanc repetitionem: vt C. eo. l. fi. alia, quia donasse videtur: vt ff. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si oliuam. Et sic est arg. ad quæstionem qua quæritur si mandauit vt emeres rem pro x. & dedisti plus: an repetas. Mar. sic. Ioan. cōtra: vt hic, & not. C. eo. l. fin. Accursius.

f *Petetur.* id est liberti ab herede non recte petent. Sed quid si minus? Respond. repetit quatenus expendit: vt infra de leg. ij. l. antepen. §. à te. & est ratio: quia vt ministri fuerunt electi isti liberti: vt ff. de lega. ij. si quis Titio. x.

g *Voluntas.* scilicet defuncti. sed certe etiam vltra voluntatem potest impendere: vt infra de verbo. significat. l. cum in testamento. quæ est contra. Solu. potest plus expendere, vt ibi: sed nō repetit, vt hic. Vel hic sufficiens erat quod testator dixerat: ibi non: arg. ff. de relig. at si quis. §. æquum autem. & §. fi. Vel verius ibi præcepit heredibus, & in eorum fauorem noluit nisi certum quid expendi. Si ergo volunt plus, possunt: quia non faciunt alij præiudicium: sed hic aliis præcepit, qui si plus expenderent, facerent aliis (scilicet heredibus) præiudicium.

h *Tutoris.* cum pater meus tutor cuiusdam pupilli fuisset, me filio pupillo herede relicto decessit: qui & mihi tutorem dedit: qui meus tutor de tutela quam pater meus gesserat, intromisit se. non ego, sed ipse tenetur act. neg. gest. non autem tutelæ, vt hic: quia non successi ego pupillus patri meo in tutela: licet deberem inchoata ab eo perficere, si essem legitimæ ætatis: vt §. de his qui not. infa. furti. §. pen. & C. de here. tut. l. j. *Casum ponit.*

i *Voluntatem.* quam in testamento expressit, dicendo: Relinquo filium in custodia matris suæ.

k *Ius actoris.* qui agit nomine filij, tutores autem hoc possunt facere: vt C. de procur. l. neque. & instit. de cu. §. fin. Sed oppo. hæc fuit tutrix: nam & data fuit, & esse potuit: vt C. quando mu. tu. offic. fun. po. l. ij. & fin. quæ sunt contra. ergo potest actorem constituere. Solu. dicunt quidam quod hæc corrigitur per illas. Azo dicit quòd hic fuit data tutrix: sed adhuc non fuit confirmata: quod est necesse: vt in legibus contrariis. Tu dic quòd non fuit data tutrix, licet pater de filiis eam rogauerat: & ipsa vt mater non vt tutrix se intromittebat: vt hic dicit.

l *Quia nec ipsa.* vt hic, & C. de procur. l. alienam. & ff. de reg. iur. l. fœminæ. Et no. bonam rationem: quia si non possum per me, nec per alium potero: vt hic, & C. de hæreti. & Ma. l. ij. ibi, & ministros, &c. vt ff. ad Maced. l. filium. in fi. in glo. fi.

m *Liberat.* immo liberat: vt ff. de sol. l. filiæ. quæ est contra. Sol. hic sciuit: ibi ignorauit debitor. Vel hic soluit ex anteriore causa: ibi ex posteriore. Tu dic quia ibi soluit ex obligatione quam fecerat ipsi matri: hic autem vel patri pupilli, vel ipsi pupillo erat obligatus.

n *Communis aquæ.* vt quia negatoria contra plures agebatur.

o *Prædio.* i. ad vtilitatem prædij, vel econtra: vtpote cum seruitus esset prædij, & prædio accederet, & prædio deberi dicatur: vt ff. de ser. l. j. & l. seruitutes prædiorū. & de ser. rust. prædio. via. §. fi fundus. & §. quæcunq;. Sed quæ erat dubitatio de sumptibus? Respon. quia cum seruitus sit res indiuidua, videbatur ratione indiuiduitatis suum negotium gessisse: argu. ff. qui po. in pig. ha. l. si prior. §. sciendū. sed secus est: quia sententia datur prædio, non personæ. & ideo alij etiā prodest & nocet: nisi agentis culpa interueniat vel collusio: vt hic, & ff. si serui. vind. l. loci. §. si fundus. & l. si de communi. & argu. C. si vnus ex plu. app. l. j. & fin. & ideo sumptus repetentur vt hic subiicit

subiicit. & Infra fa. ercis. ex parte. in princ. & infra communi diui. l. si quis putans. §. fine autem. in prin. §.

a *Negotiorum gestorum.* sed cum causa sit indiuidua, cur nō habet locum communi diui. vt j. communi di. si quis putans. §. hoc autem? Respon. quia nil in re cōmuni fecerunt: licet propter rem communem forte: vt infra communi diui. l. arbor. §. si per eundem. Vel dic quòd desierat res esse communis: vt quia fundus cui seruitus debebatur, fuit diuisus: vt j. communi diui. l. j. & C. communia vtriusque iudi. l. familiæ. Accursius.

gotiorum gestorum [a] actionem habet.

Quod quis facit contemplatione mandati per errorem, non venit in illa actione, sed in actione negotiorum gestorum: & qui ius vendit suum, pigneratitia tenetur. hoc dicit. quem casum not. & bene not. verbum creditoris. Bartolus.

XXXII. IDEM libro tertio Responsorum.

FIdeiussor[b] † imperitia[c] lapsus, alterius[d] quoq; contractus qui personam eius nō contingebat, pignora vel hypothecas suscepit[e]: & vtramque pecuniam creditori soluit existimans[f] indemnitati suæ confusis prædiis & consuli posse. ob eas res iudicio mādati frustra conuenietur[h]: & ipse debitorem frustra conueniet. Negotiorum autem gestorum actio vtrique necessaria[i] erit in qua lite culpam æstimari satis est, non etiam casum: quia prædo fideiussor non videtur[k]. creditor ob id factū ad restituendū[l], iudicio quod de pignore dato[m] redditur, cum videatur[n] ius suum[o] vendidisse, non tenebitur.

† *Ex præsentis. l. colligere not. secūdum Bald. hic & libellus dicitur frustratorius quādo actio inepte est proposita: & iste tex. hoc optime probat: & ex tali libello non rite cōcepto debet sequi sententia absolutoria. Bol. ad de pro isto bene facere te. in l. 3. de interdi. C. ibi dū dicit cōpetentib' actionibus. & ista faciūt pro gl. in prin. inst. de oblig. in verbo, secūdum. quæ vult sententiā ex inepto libello tam nullam esse ipso iure. vt ibi per scriben.*

FIdeiussor.} CASVS. Accepi à Titio x. mutuo: & fideiussorē dedi & pignora. deinde pro aliis x. eadem pignora obligaui: tamen in isto vltimo cōtractu fideiussor non intercessit: postea fideiussor creditori satisfecit: & in vno debito & in alio in meo in quo se obligauit: & pignora acceperat debitor. fideiussor non habet mandati, sed neg. gest. act. Dicitur etiam quòd fideiussor iste de culpa tenebitur, scilicet si culpa pignora perierunt, vel deteriora facta fuerunt. non autem tenebitur de casu fortuito: nec poterit creditor à debitore conueniri pigne. act. quia scilicet alij ius suum vendidisse videbitur. {IONORANTE.} Contraxi sponsalia cū quadam: volui ei dare annulum: ob verecundiam accipere noluit: mater puellæ filia nesciente annulum accepit: per quam act. petit filia annulum à matre? Respon. per act. neg. gest. repetit filia à matre.

b *Fideiussor.* Pone casum in fideiussore vnius contractus in quo etiam erāt pignora obligata: quæ pignora etiam ob aliud debitum tenebantur, & totum soluit: vt hic, & C. de fideiuss. l. ij. vel pone quòd alia erant pignora: & pro alio contractu: idē tamen est semper debitor. & tunc minor est dubitatio an act. neg. gest. teneatur.

c *Imperitia.* facti vel iuris.

d *Alterius.* sed tamen eiusdem est debitoris.

e *Suscepit.* accipiendo etiam cessionem vnius creditoris. vel dic etiam sine cessione.

f *Existimans.* & bene secundum vtranq; positionem eum cessione, vel sine. vel quòd essent eadē vel alia pignora: maxime cum iure cessio facta fuerit: vt in fine hic dicit.

g *Confusis prædiis.* id est confusa siue mixta obligatione prædiorum: quæ prædia fuerunt simul concessa fideiussori in vtriusq; contractus pecuniam facta super hoc cessione. vel dic confusis, id est extinctis obligationibus prædiorum, quia fideiussor simpliciter soluit illa debita: sed pignora accepit vt retentione sibi consuleret: vt infra qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. j. in prin.

h *Conuenietur.* immo non frustra: vt j. man. l. si mandato. ij. §. Paulus. quæ est contra. Sol. hic nō emit: sed fecit cedi sibi ius pignoris: & ideo vicem obtinet creditoris. & hoc potuit de iure facere: vnde etiam man. non tenetur: vt C. de fideiuss. l. ij. ibi autem emit: quod non licet: vnde mandati tenetur. hæc nō placet. Si ergo aliquos sumptus hic fecit, act. neg. gest. aget: & eadem conuenietur si quid culpa fecit. Vel dic melius: quia hic dicit cessare mandati, & habere act. nego. gest. pro rebus scilicet alterius contractus, sed pro rebus eiusdem agit mandati: & agetur hoc nostro casu ad sumptus neg. gest. & ad pecuniam: vt j. man. l. ex mandato. §. fideiussori. nisi fuisset facta cessio, sicut hic fuit. vnde hoc casu iure cesso agetur ad pecuniam: hoc est eo iure quod creditori competiit. sed nihil prohibet vtranque competere.

i *Necessaria.* pro sumptibus factis in re: & vt culpæ commissæ nomine teneatur, & hoc pro rebus alterius contractus: at pro rebus eiusdem agit mandati, vt modo diximus.

k *Non videtur.* quia habuit ab eo qui habet ius tradendi. vt infra de verbo. signi. l. bonæ fidei.

l *Restituendum.* rem pigneratam.

m *Dato.* scilicet actione pigneratitia.

Qui ab alio donum recipit meo nomine, neg. gest. act. mihi tenetur. Bartolus.

Ignorante[p] virgine mater à sponso filiæ res donatas suscepit: [q] quia mandati vel depositi cessat[r] actio, negotiorum gestorum agitur.[s]

Heredi viri contra vxorem defuncti datur hæc actio de gestis constante matrimonio. hoc dicit. quam. l. no. quia faciet tibi honorem: & dabit tibi vtilitatem. Bartolus.

XXXIII. IDEM libro decimo Responsorum.

HEres viri defuncti vxorem, quæ res viri tempore nuptiarum in sua potestate habuit, compilatæ hereditatis postulare[t] non debet. prudentius[u] itaque faciet, si ad exhibendum & negotiorum gestorū, si negotia quoque viri gesit, cum ea fuerit expertus.

Si per ascendentem gerantur negotia descendētis, vel fiat protestatio vt onus alimentandi ad defendētem non pertineat, expensæ alimentorum repetuntur. h. d. l. ista, quam no. & primò ponit exemplā Nesennij continentia quæstionem & allegationē pro vtraque parte, & opinionem quorundam. secundo ponitur responsio Paul. secunda ibi, respon. hæc disceptatio. Bartolus.

n *Videatur.* & est verum. vel dic habere pro eo ac si cesserit, vt nō teneatur creditor. Accursius.

o *Ius suum.* quod in pignore habebat.

p *Ignorante.* secus si sciente: quia tunc habet locū depositi: vel depo. l. die sponsalium. quæ est contra.

q *Suscepit.* nomine filiæ.

r *Cessat.* mala ratio, nam secūdum hoc ad quamlibet rem petendam vbi prædictæ cessant, haberet istam: quod falsum est. dic ergo quòd nulla melius potest adaptari actio à filia contra matrem.

s *Agetur.* s. si habuit ratum. aliàs sponsio datur repetitio. Ac.

HEres.} CASVS. Si res vxor viro surripiat ante mortem vel post, heres viri nō agit aduersus eam crimine expilatæ hereditatis. aget tamen ad exhibendum, vel nego. gest. act. si negotium viri vel hereditarium gesit.

t *Postulare.* id est accusare non debet: cum fuisset socia diuinæ domus & humanæ: vt hic, & C. de cri. expila. here. l. aduersus vxorem.

u *Prudentius.* id est prudenter. nam si hoc faceret, prudenter non faceret. hic enim cessat crimen expilatæ hereditatis: vt hic, & C. de fur. l. quanuis. & j. de cri. expi. he. l. vxor. non est ergo hic participatio positiui, id est non ponitur comparative secundum Ioan. sic & C. de fur. l. ij. Sed quid si hereditatē alii heredi viri delatam expilasset? Respon. secundum H. haberet locum hæc actio: vt C. de cri. expila. here. si aui. Accursius.

NEsennius.} CASVS. Quidam iurisperitus fuit iudex cum fuit proposita materia super tali quæstione, quæ talis est, Auia gesit negotia nepotis sui: & penes eam remanserunt x. de bonis illius nepotis. mortua auia & nepote, agunt heredes nepotis aduersus heredes auiæ pro x. excipiunt heredes auiæ quòd illa x. impendit auia in alimentis nepotis. replicāt heredes nepotis quòd auia subministrauit alimenta nepoti officio pietatis. & hoc nituntur probare duabus rationibus. Prima est talis, quia auia non petiit vt ei alimenta decernerentur, vel si petita fuerant, non erant decreta. vnde præsumitur quòd de suo eum aluerit. Alia est, pone quòd mater aluisset filium: præsumitur quòd ex officio pietatis aluisset: vnde repetere non posset: nec auia ergo repeteret. isti duplicāt quòd tunc demum præsumitur mater filium aluisse officio pietatis, cum ex propria substantia hoc fecerit. sed hoc non fuit hoc casu: quia auia aluit nepotem non de bonis suis propriis, sed nepotis. Quidam dicebant quòd alimenta pro parte agnosci debeant ab heredibus auiæ, & pro parte ab heredibus nepotis. quid iuris, quæritur. Dicitur quòd hæc quæstio facti est, & sic super incerto interserit quoddam dictum scilicet tale, hoc quòd dixerunt heredes nepotis, scilicet quòd quando mater alit filium, quòd præsumitur ex officio pietatis hoc fecisse, multotiens fallit, scilicet cum mater in contrariū fuit protestata, scilicet quòd vellet repetere, vel forte pater abfuit, & mater interim filium aluit: sine dubio in casibus istis repetet mater cum protestata fuit: nec præsumitur mater donare istis duobus casibus. Vnde dicit quòd heredes auiæ sunt audiendi, & absoluendi: quia de bonis nepotis ipsum aluit, vel in dubio præsumitur aluisse. & sic non dicit quòd alimenta sunt partim ab heredibus nepotis præstanda: quia præsumitur semper quòd auia aluit nepotem de bonis propriis nepotis.

Nesennius.

a *Nesennius.* casus est planus, & de facto colligitur optimus allegandi modus ex hac lege.
b *Salutem,* & quæstionem talem, auia, &c.
c *Vtrinsque.* scilicet auia & nepote.
d *Actione.* scilicet directa pro quibusdam rebus quas habuerat auia. heredes vero auiæ dicebant quòd auia expenderat eas in alimenta pupilli nepotis: & hoc est quod dicit, reputabant, alibi autem ponitur pro cõpensare: vt infra de minor. l. minor. xxv. annis, cui. §. prædia.
e *Respondebatur.* ab heredibus nepotis. & hæc replicatio est, vt infra de excep. l. ij. §. j. Accursius.
f *Decernerentur.* à iudice, non tamen est hæc bona allegatio: nam quandoque expedit non sic factum pupilli publicari coram prætore: & non erit ferendum si dicat, &c. vt C. de alimen. præ. l. fi.
g *Aut decreta.* licet forte petita.
h *Pietate cogente.* quæ pietas præsumitur: vt C. e. titu. alimenta. & ibi est hoc cõstitutum quod hic dicit. item est in l. si paterno. C. eod. tit. & quia ita erat constitutum in matre, idem in auia videbatur: vt argu. C. quando mu. tu. off. fun. pos. authenti. matri. Sed tamen est contra: vt hic dicit. & erat hæc allegatio heredũ nepotis.
i *Ex contrario dicebatur.* scilicet ab heredibus auiæ. nam hæc allegatio pro heredibus auiæ facit. heredes enim nepotis petebant pecuniam quã pupilli nomine auia habuerat. heredes autem auiæ respondebant, non potestis petere, quia expendit eam auia in alimenta nepotis. & hoc est verisimile: quia non facile mulier donare videtur: quia mulierum genus est auarissimum: vt argum. de do. inter vi. & vxo. si stipulata. in fi. Azo. & C. de do. ante nup. l. cum veterum. dicant ergo hi heredes auiæ, tunc hoc rectè, &c. scilicet causa pietatis facta alimenta esse: & ideo non repeti. potest etiam distingui misericordiæ motus: vt infra de relig. at si quis. §. sed interdum.
k *Aluisse.* quod verum est, sicut j. respondet. Dicunt enim heredes auiæ posse ea quæ repetuntur ab eis, reputare, id est dicere ne eorum nomine condemnentur: quia in pupillum nepotem expensa fuerunt. Azo.
l *Videatur.* rescribe mihi subaudi.
m *In factum.* i. in certitudinẽ facti, quia nescimus vtrũ eandẽ pecuniam pupilli nepotis expendit, vel non: sed etiam in iure est: vt puta quæ sit præsumptio in tali dubio. nam, &c.
n *Perpetuo.* id est generaliter. nam fallit quandoq; vt subiicit in duobus casibus.
o *Consuuisset.* sed nec quod dicit hic de protestatione, est verum in omni casu. quid enim si mater necesse habeat alere: vt quia filius est inops, & pater inops? Item quid si modica repetit: certe non audietur. Idem in auia dico: vt j. de libe. agn. l. pe. & l. si quis à liberis. j. respon. vsq; ad §. fi vel. & §. si mater. & §. alimenta autem. & §. vtrum. & infra commo. l. in rebus. §. post fun. Azo.
p *Obuisse.* si habes obiisse, dic quòd mater iuit cum patre: & dum reuertitur scilicet mater, alit filium. vel dic etiam dum reuertitur pater qui obiit. i. reuerti speratur. & sic etiam dices matrem domi remansisse. & hæc bona: quia putabat patrem viuere. Si habeas abiisse, dicas quòd mater nõ iuit: & dic dum reuertitur. s. pater.
q *Exhibuisse.* s. de suo proprio matris: & supple eã protestatam fuisse: vt §. proxi. respon. secundum primum intellectũ de tribus super verbo, obiisse: aliás abiisse. secundũ alios duos non est necessaria protestatio. credebat enim patrem viuere. Et ita no. ꝙ ad aliquid valet protestatio: vt C. de epis. & cle. authen. si captiui. licet si arg. contra. C. de proba. instrumenta. si enim non fuisset protestata quòd vellet repetere, non audiretur: quia auia causa pietatis fecisse præsumitur: vt C. eo. l. alimenta. & hoc fauore alimentorum. sic & alias. j. de cõdict. inde. cũ is. §. si mulier. & j. man. l. si vero non remunerandi. §. idem Papinian⁹. & C. de do. pro. & nuda pol. l. fi. §. j. idem & in auia dico: cum ratio diuersitatis reddi non possit: & vtraq; cogatur alere ex causa: vt §. dixi. & ita concesserũt etiam aduocati heredum auiæ, si tamen cõstaret auiã de suo præstitisse alimenta: vt §. ibi, econtrario &c. si vero dubitetur, de suo, an de bonis nepotum: præsumam quòd de bonis nepotum. & idẽ in matre dicam. sicq; reputabant agẽti pecuniã, licet repetere suã expensam nõ possint. secus in aliis causis quã alimẽtorum, etiam in matre & in patre dico, nisi coniectura sit ꝙ voluit donare: vt C. ta. erci. l. filiæ. & j. fa. erci. quæ pater. de leg. iij. cum quis decedẽs. §. nuptura. arg. tamen duo in matre videntur quòd videatur donare si impenderit in negotia filiorum, vt C. eod. l. j. & l. alimenta. §. si quid. secundum Azo.
r *Iure facti.* id est in quæstione facta vel prospecta.
s *In ratione.* id est in codicem rationum.
t *Ea.* alimenta.
u *Videantur.* Not. contra vulgarẽ rusticorum opinionẽ, qui quæstiones per mediũ diuidũt: vt si petã. x. dicũt se velle concordare: & dicunt ꝙ quinq; det. sic C. de prohi. se. pe. l. j. & j. de in rẽ ver. si ꝑ patre. §. si domini. ver. idẽq;. & j. de fun. instr. quæsitũ. §. si quis eo. in gl. diuidim⁹. Sed ar cõtra. j. ad Trebel. l. Titius rogatus. & inst. qui. ex cau. ma. non li. §. cũ ergo. & j. de pet. her. sed & si. §. quod autẽ quis. & §. adeo. Itẽ not. hac. l. casus in quibus cessat repetitio. primus, ratiõe pietatis: vt hac l. & C. e. l. j. & l. alimẽta. secũdus si paterna affectione: vt C. e. si paterno. & j. e. is qui. tertiⁿ, quãdo domestica affectione: vt C. e. quod in vxorem. quartus ratione obsequij: vt C. e. l. officio. quintus, ratione prohibitionis: vt C. e. l. fi. sed hoc casu M. dabat vtilẽ æquitate: ar. j. de cõdict. inde. nã hoc natura. in casu etiam secundum nos non nocet prohibitio: vt ar. j. de religio. l. at si quis. § idem Labeo ait, si prohibente.
x *Diuortio.* Tres casus ponit: cũ soluendo fuit & est. cũ solvendo fuit, & nunc non est. & hic subdistinguitur: vt si non statim postquã cœpit gerere, desiit esse soluẽdo: sit idem iuris quod in primo. vt in vtroq; imputetur si à se nõ exigat. sed si statim cũ cœpit administrare, desiit esse soluendo, non imputatur, sicut in hoc casu. tertio cum nec fuit, nec est soluendo. & sic possunt notari quatuor casus. Et quod dicit diuortio, &c. dic secundũ leges esse diuortiũ: sed secundum canonon fit nisi ex causa cõsanguinitatis: & tunc nõ dirimitur matrimoniũ, sed magis nullum declaratur. Item propter adulterium, sed tunc non fit diuortium: quia aliam accipere non potest, licet debitum reddere non teneatur.
y *Vxoris.* scilicet quondam.
z *Seruari.* id est repeti.
a *Hæc ita.* s. habent se, vt maritus nõ solum dotis actionis, sed etiam neg. gest. possit conueniri, si nego. gest. &c. id est dum gerit negotia à capite gestionis vsque ad fi.

Qui non obseruat pactum ad quod naturaliter nõ ciuiliter est obligatus: tenetur læso actione de dolo. si aliud remedium defuit. h. d. & est difficilis §. primo ponit dictum Pompo. secundo ponit vnam rationẽ contra Pompo. aliam pro eo. tertio ponit solutionem prædictæ. secunda ibi: Ego moueor. tertia ibi, Atquin. Bartolus.

Seruus pactionis[i] ꝓ libertate reũ domino dedit[k] ea cõditione, vt post libertatẽ trãsferatur in eũ obligatio. manumissus nõ patitur in se obligationẽ transferri. Pomponius scribit[l] locum habere de dolo actionem. [m] sed si per patronũ stabit quò minus obligatio trãsferatur: dicendum [n] ait patronũ exceptione à reo summouendum. [o] Ego [p] moueor quẽadmodum de dolo actio dabitur, [q] cum sit alia actio. [r] *

B Nisi forte quis [s] dicat, quoniã exceptioe patronus summoueri potest si agat cum reo, debere dici, quasi nulla actio sit quæ exceptione repellitur, de dolo decernẽdã. Atquin [t] patronus tunc summouetur, si nolit expromissorem ipsum manumissum accipere. Expromissori planè aduersus manumissum dari debebit de dolo: aut si non sit soluendo expromissor, domino dabitur.

Si dolo malo procuratoris reus sit absolutus, nisi reus sit paratus iudicium recipere, tenetur de dolo si procurator non est soluendo. hoc dicit iste §. qui etiam difficilis est. Bartolus.

C Si dolo malo procurator[u] passus sit vincere aduersarium meum, vt absolueretur: an de dolo mihi actio aduersus eum qui vicit competat, potest quæri. Et puto non competere, si paratus sit reus transferre iudicium[x] sub exceptione hac [y] *si collusum*[z] est. alioquin[a] de dolo actio erit danda, [b] scilicet si

h *In factũ actionẽ* nõ furti: quia dolo nõ fecisti: nec ex aliquo cõtractu, cũ mecum in hoc nõ cõtraxeris. aliàs ex eo cõtractu agã, vt depositi: vt ĵ. depo. l. si hominem. sed dic in factũ agitur, scilicet subsidiaria vel Aqui. vt hic, & inst. de leg. Aqui. §. fi. & hoc quando fugit post. aliàs non datur, cum damnum non habeas: vt ĵ. ad leg. Aquil. si seruũ. in fi. j. respon.

i *Seruus pactionis.* i. in pactione.

k *Dedit.* nõ obligãdo se seruus. aliàs ipse factus liber hoc casu teneretur: vt C. an ser. ex suo facto. l. promisisse.

l *Pomponius scribit.* & malè in primo dicto: bene in secundo.

m *De dolo actionẽ.* patrono contra libertũ.

n *Dicendum ait.* Pomponius, & bene.

o *Summouendum.* intellige dominum hic actionem pactum cum reo vt seruum manumissum reũ acciperet. aliàs iniquũ esset eum repelli exceptione si non seruũ sed reũ cõuenire vellet: cum inuitus alieni debitoris nomen in se lucrum accipere nemo cogatur: vt C. de sol. l. eum à quo.

p *Ego.* loquitur auctor legis.

q *Actio dabitur.* scilicet patrono.

r *Alia actio.* scilicet cõtra reum.

s *Quis.* scilicet ipse piens volens excusare Pomponium.

t *Atquin.* pro sed. Et nota ꝓ prædicta corriguntur hic: & tres casus hic decidunturi quos notaui in litera.

u *Procurator.* mei actoris.

x *Iudicium.* ſ. primum. i. primam litem in qua fuerat absolutus.

y *Sub exceptione hac.* id est replicatione. q. d. reus, si probaueris tu actor esse collusum: volo subire iudicũ nõ opponendo tibi exceptionem rei iudicatæ. Sed nónne litem perdidit? Videtur ꝓ sic: vt C. de pœna iudic. l. j. & etiam hic innuitur. Videtur enim quòd si probem collusionem, omino causam perdat. Sed dic ꝓ non perdit: quia illud quod de perdenda lite dicitur, obtinet quando actor corrupit aduersarij procuratorem. secus si reus aduersariũ: vt hic, & ĵ. manda. si procuratorem. §. j. vel non perdit propter spontaneam D obligationẽ: vt C. de pœn. iu. auth. nouo iure. & ĵ. de iur. fisc. l. edicto. & l. senatus. & ĵ. de alie. iud. l. iij. §. fin.

z *Collusum.* no. verba replicationis. & supple: non prosit. ſ. sententia.

a *Alioqui.* id est si non est paratus transferre.

b *De dolo actio erit danda.* Sed videtur quòd primam actionẽ intendere debeam: & si excipiat, replicem: & sic de dolo cessset: vt infra eo. cum ad te. quæ est contra. Sol. aut rem offers: & tunc sola prima actione conueniris. & nunquam de dolo, vt hic, etiam ad expensas: cum non sit verisimile fieri expensas, cum sponte litiges: vt hic. aut non offers, & tunc ad rem principalem agitur prima: vt d. l. cum à te. ad damna verò & expensas actione de dolo: vt hic, & infra eod. cum quis. Alij dicunt quòd hic procurator dolo malo & sine pecunia collusit: vnde tenet sententia. Alij quòd hic non constabat de actione: vt infra eod. seruus §. fina. Vel dic quartò quòd hic collusum fuit à procuratore actoris cum procuratore rei, & quod dicit aduersarium, id est procuratorem eius. & quod dicit aduersus eum, scilicet procuratorem rei. Sed huic lecturæ ob. infra de doli mali excep. l. apud. §. item quæritur. vers. quæsi-

quæsitum.& l.si procurator. Sed dic quòd ibi erat procurator rei:hic verò actoris,qui non poterat excipere,cum in eũ actio non daretur.prima verior est.

a *Soluendo.* si ergo à principio fuit soluendo, cessat de dolo. si desinat,postea incipit habere locum : & iterum si incipiat esse soluendo,nõne cessat? Respon.non cessat: immo cum alia datur : sed exceptio ei obijcitur : vt argu. C. de cura. fur.l. cum alijs.

b *Et euidenti.* & pro id est .vel dic magna. i. vltra duos aureos, non autem dicas magna,id est summa perfidia. nam & pro parua perfidia , dum tamen euidenti , datur hæc actio: vt infra eo. quid enim.euidentem autem esse oportet: quia dolum ex perspicuis indicijs probari conuenit:vt C. eo. tit. l.dolum.

c *Quod si cum scires. Tui lucri.* non quia semper affectus tui lucri desideretur in hac actione : sed quia apparet in hoc casu animum decipiendi fuisse : vt infra e. seruus tuus. Ioan. tamen dicit vtrumque interuenire , scilicet dolum, & animum lucri: non dico de ipsa pecunia mutuata. si enim eam diuisisti cum debitore, furti teneris:non de dolo:vt ℑ.de fur.quis vtori.§.cum Titio.

d *De dolo iudicium.* cum non errauerim in persona , sed in patrimonij quantitate : vt hic, & infra de fur. l. falsus. §. si quis. si autem in persona errassem , tunc in factum daretur: vt infra de furtis.l. si is qui rem. ij. §. si tu Titium. quæ est contra.

{Si quis.} Casvs. Institutus eras in quadã hereditate:& ego volebam eam emere.vnde dixi eam vilem esse: & sic eam pro minori pretio dedisti.Dicitur q̃ non teneor de dolo.sed actione ex vendito.{Si avtem.}Institutus fui in quadam hereditate: tu persuasisti mihi vt illam hereditatem repudiarem.vel cum legasset mihi testator vnũ de seruis suis quem vellem ego:persuasisti mihi vt vilem eligerẽ.his duobus casibus de dolo teneris.Item si Titius filium suũ exheredauit, & quendã extraneũ heredem instituit : ego illud tantum celaui, ita quòd filius Titij nesciuit se exheredatum : & sic decessit filius Titij exheredatus. dicit hic quòd heredes istius filij exheredati duplicem viam contra me habent, quòd habent actionem de dolo ciuiliter contra me, & criminalem legis Corneliæ. Viuianus.

e *Sufficiat.* vt dolus purgetur:vt hic,& supra eo. & elegãter. §.non solum in fin.§.& ℑ.de act.emp.l.Iulianus.§.per contrarium.& C.de here.vel act. ven.l.qui nondum.& sic loquitur quando aliàs erat contracturus:aliàs rescinditur venditio: vt C.de rescin.ven.si dolo.Et per actionem de dolo vel condic. sine causa reuocatur quatenus de facto processit.vt dixi supra eo.& eleganter.§.j.

f *In familia non sit.* cum sit ibi melior.Accursius.

g *De dolo dando.* minor autem restituitur.vt infra de mino. l.ait prætor.§.hodie.qui est.§.fin.Sed videtur hoc casu de dolo non dari, cum adhuc possit optare:vt infra de ope. liber.l.iiij. §.qui autem.& v.quæ sunt contra.Sol. quidam dicunt quòd hic ab extraneo, ibi ab herede dolus fuit adhibitus. a Tu dic quòd hic fuerunt omnes exhibiti:sed qui deterior erat, fuit bene vestitus & rasus,vt melior appareret.

h *Suppresse sint.* ab herede forte vel extraneo.

i *Heredes filij.* scilicet extranei.secus si sui: cũ habeant quemadmodum. Sed nunquid furti? Respond. non,cum hereditas non erat adita:vt infra de fur.l.hereditarie. Et not.vnam harum viarum esse criminalem , scilicet l. Corne.vt insti.de pu.iudi.§. item lex Corne.de sica. & infra ad l. Corne.de fal.l.ij.cuius pœna est deportatio,& omnium bonorum publicatio : vt infra de fal. l. j. in fin. Et est speciale secundum quosdam in testamento suppresso . puto idem in quolibet instrumento: vt eod. titu. ad leg. Corn. de fal. l. Paulus.§. j. alia ciuilis , vt de dolo. ideoque vna per alteram non tollitur : vt Cod.quando ciuilis actio.l.j.

{Si oleum.} Casvs in hac l. vsque ad l. si plures.talis est: Possidebam siue habebam oleum ad vendẽdum. Titius vindicabat à me illud oleum. deposuimus tamen istud oleum penes Seium , vt illud venderet,& vincenti pretium daret. postea Titius nõ procedit in causa. volo agere aduersus Titium de dolo.Dixit quidam iurisconsult.quòd possum . sed non est ita: quia aut Seius soluendo est : & tunc conuenitur sequester : aut non est soluendo Seius , & tunc in subsidium de dolo tenebitur Titius. {Et sitv.} Seruus tuus mihi fecit furtum : eum postea alij obligasti in meum præiudicium.si ego ago postea contra te actiõe furti noxali , & eum des mihi pro noxa , extra iudicium scilicet,& postea fuisti absolutus:quia iam dederis mihi seruum pro noxa:si hunc seruum inueniam esse alij obligatum in præiudicium meum, conueniam te de dolo . secus si condemnatus fueris in æstimationem,& seruum noxæ dedisti.& sic soluitur contra. Vel dic aliter hunc casum retento eodem themate:Quia egi contra te act.furti noxali : cum seruus tuus mihi furtum fecerit : iudex præcepit tibi vt mihi seruum pro noxa dares, & dedisti: & etiam absolutus fuisti , quia pœna dupli vel quadrupli. si inueniam postea eum obligatum, de dolo agam contra te. Et secundum hunc vltimum casum lege literam. sed secundum primum lege illud verbum , per iudicem , cum verbo, absolutus : quia non per iudicem fuit seruus datus, sed extra iudicium. {Haec de dolo actio.} Seruus tuus decepit me per dolum:an tenearis de peculio vel noxaliter, quæritur. Distinguitur. aut seruus commisit dolum in contractu : & tunc teneris tu dominus de peculio.aut extra contractum , si non cadat in speciale nomen maleficij:& tunc teneris de dolo noxaliter. {Merito.} Nunc exponit iurisconsultus vltima verba edicti:& illa iusta causa, &c. quæ sunt supra eod. l.j.§. verba. Dicit enim quòd inquiremus quantitates & etiam personas in actio. de dolo. ad hoc enim inspicimus quantitatem, quia pro minima re hæc actio non datur : pro duobus scilicet aureis non datur. Item personam , quia non datur vili contra honestos homines . item non datur liberto contra patronum . sed in his casibus agetur actione in factum.& est est ratio quare agatur actio. in factum, ne prædictæ personæ lucrentur ex suo dolo : heredibus tamen liberti datur hæc actio de dolo , & contra heredes patroni vel patris. {Item in causae.} Si pupillus committat dolum , an teneatur , quæritur. Et respond. quòd in pupillum committentem dolum , actio de dolo non datur , nisi iste pupillus fuerit heres eius qui dolum commisit: quo casu tenetur in id quod ad eum peruenit . Quod dixi de pupillo, verum est cum non est proximus pubertati . si autem fuerit proximus pubertati , tunc tenetur : quia pone quòd pupillus conueniebatur à procuratore alicuius: pupillus commisit dolum vt ipse pupillus absoluatur : vel dixit finitam tutelam cum non erat . his casibus de dolo tenetur pupillus. Sed pone quòd tutor pupilli suasit mihi dolo vt emam rem aliquam ab eo , & emi : & pretium ad pupillum peruenit . tenetur hoc casu pupillus inquantum est locupletior. Vel dic quòd tutor suasit mihi dolo vt repudiem hereditatem

Simplex mendacium non præsumitur dolose dictum : & ideo non inducit actionem de dolo,nisi causa sui lucri quis mentiatur.h.d.cum l.seq.Bartolus.

Idem Pomponius ℑ refert Cæcidianum * prætorem non dedisse de dolo actionem aduersum eum qui adfirmauerat idoneum esse eũ cui mutua pecunia dabatur: quod verum est. nam nisi ex magna & euidenti b calliditate non debet de dolo actio dari.

VIII. Gaivs libro quarto ad Edictum Prouinciale.

Quod si cum scires eum facultatibus labi , tui lucri c gratia adfirmasti mihi idoneum esse:meritò aduersus te, cum mei decipiendi gratia alium falsò laudasti, de dolo iudicium d dandum est.

Contra mentientem de substantia hereditatis datur actio ex eo contractu si intercesserit.aliàs de dolo. Bart.

IX. Vlpianvs libro vndecimo ad Edictum.

Si quis adfirmauit minimam esse hereditatem,et ita eam ab herede emit: non est de dolo actio , cum ex vendito sufficiat.e Si autem mihi persuaseris vt repudiem hereditatem,quasi minus soluendo sit : vel vt optem seruum,quasi melior eo in familia non sit: f dico de dolo dãdam, g si callidè hoc feceris.

Actio criminalis hanc actionem non impedit.Bartolus.

Item si tabulæ testamẽti, ne de inofficioso diceretur, diu suppressæ sint , h mox mortuo filio prolatæ: heredes filij aduersus eos qui suppresserunt,& lege Cornelia & de dolo posse experiri.

Sequester non tenetur rem restituere nisi finita lite: vel cum per actorem steterit. Item contra eum qui fecit fieri sequestrum indebite , actione de dolo succurritur vbi alia actio deficit. Bartolus.

reditatem in qua erat substituturus mihi pupillus. nam & hic tenetur pupillus inquantum est locupletior. Item dicit quod in municipes actio de dolo non datur, nisi in id quod ad eos peruenit dolo magistratus: sed decuriones tenentur de dolo. Item si constituit procuratorem, & iste dolum committit: teneor ego dominus in id quod ad me peruenit: ipse autē procurator tenetur de dolo. {IN HAC.} In isto §. & in princip. l. sequen. quæ continuatur cum eo, veniunt tria necessaria in actio. de dolo: scilicet quòd designetur persona quæ dolum commisit. Item aliud secundum, scilicet quòd designetur res in qua commissus est dolus. Item tertiū vt appareat cui sit factus dolus.

*diiudicetur.

†Sequestraria actio dicitur qua is qui depositum, vel in causa superior euasit, ad possessionē rei depositæ agit aduersus sequestrū.

a Defendat. scilicet vindicando: vt econtra C. de Carbo. edict. l. j.

b Iudicium accipere. id est noluit dicere suum esse oleum.

c Neque mandati. quia forte non fuit a gratuitum.

d Neque sequestraria. de hac constat, & quia non est conditio impleta, vt hic: quia scilicet neuter vicit: & quia vnus tantum hic deposuit: vt in princip. huius l. non plures: quia tunc habet locū sequestraria: vt infra depositi. l. propriè. & l. licet.

Est autē sequester, auctore Modestino, is apud quem plures eandē rem de qua est controuersia, deposuerunt. Bero.

e Sequestre. non est proprium nomen actionis.

f Præscriptis verbis. quasi tacite sit actum vt Titio non prosequente mihi reddatur. Vel dic quasi vicerim, cum per me non remaneat: vt infra de condit. institu. l. vter ex fratribus: nam & si vicissem, hæc mihi daretur: vt infra de præscrip. verb. l. si rem. §. si quis sponsionis. non autem depositi: quia forte sequester aliquid accepit, & alijs rationibus supradictis: aliàs haberet locum: vt infra depositi. l. ei apud. §. j.

a Immo dic secundum Bal. & gratia mandatis.

& per iudicem sis absolutus.

g Noxæ potes legere vt non per iudicem sit datus, sed extra iudicium absolutio tamen fuit facta in iudicio ab æstimatione litis, & à iudicij obseruatione: vt inst. de perpe. & tempo. actio. §. fin & tunc puncta, & per iudicem sis absolutus, &c. & sic non est contra infra de re iudic. l. iiij. §. fina. & infra de sol. l. si hominem. quæ sunt contra: quia ibi per iudicem dedit. vel lege & hic per iudicem fuerit datus seruus, & absolutus ab æstimatione. secus si condemnatus fuit in æstimatione, & dedit huiusmodi seruum: quia tunc agitur iudica. vt in dictis contrarijs legibus dicitur. ADDITIO. Dic quòd cōtraria loquuntur in sententia condemnatoria, hic in absolutoria. & cum glos. dicit quòd fuit datus seruus per iudicem, non intelligas adiudicatus per secundum decretum, quia in secundo decreto debetur euictio: vt C. de euictionibus. l. si ob causam. sed quia in iudicio ante sententiam fuit seruus traditus pro noxa, ex qua tradita non debetur euictio: quia non incipit à præcedenti obligatione super seruo, secūdum Bal. hic.

Labeo libro trigensimoseptimo Posteriorum scribit: si oleum tuum quasi suū defendat[a] Titius, & tu hoc oleū depositum deposueris apud Seiū, vt is hoc venderet, & pretium seruaret, donec inter vos deiudicetur * cuius oleū esset. neque Titius velit iudicium accipere,[b] quoniam neque mandati,[c] neque sequestraria[d] † Seium conuenire potes nondum impleta conditione depositionis: de dolo aduersus Titium agendum. Sed Pomponius libro vicensimoseptimo, posse cū sequestre[e] præscriptis verbis factione agi: vel si is soluendo non sit, cum Titio de dolo. quæ distinctio vera esse videtur.

Absolutus ab obseruatione iudicij, quia soluit: ratione deteriorationis de dolo non tenetur. Bartolus.

Et si seruū pigneratum noxæ[g] mihi dederis * per iudicem, & ita absolutus: de dolo teneris[h] si apparuerit esse cum pignori[i] datum.

Hæc actio noxalis est: item competit de peculio si circa res peculiares sit dolus cōmissus. Bartolus.

Hæc de dolo actio[k] noxalis erit. Ideo Labeo quoque libro trigēsimo prætoris peregrini scribit de dolo actionem serui nomine interdum de peculio, interdū noxalem dari. Nam si ea res est in quam[l] dolus commissus est, ex qua de peculio daretur actio: & nunc in peculio dandam. Sin verò ea sit, ex qua noxalis, hoc quoq; noxale futurum,[m]

Hic incipit exponere illa verba posita in edicto: & iusta causa esse videtur. & breuiter hoc dicit: Hæc actio non datur pro modica quantitate, nec contra parentes vel patronos, vel personas honestiores sed per actionem in factum succurritur. l. d. cum duabus ll. sequent. & supra exposuit iurisconsultus illa verba, si alia actio, &c. hic exponit alia, vt dixi in princ. Bartolus.

Meritò causæ cognitionē prætor inseruit. neque enim passim hæc actio indulgenda est. Nam ecce in primis si modica summa sit,

X. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

ID est vsque ad duos aureos:[n]

XI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NOn debet dari. Quibusdam personis non dabitur: vt puta liberis vel libertis aduersus parentes patronosve, cum sit famosa.[o] Sed nec humili[p] aduersus eum qui dignitate excellet, debet dari: puta plebeio aduersus consularem receptæ[q] auctoritatis: vel luxurioso[r] atque prodigo aut aliàs vili aduersus hominem vitæ emendatioris. & ita Labeo. Quid ergo est? in horum persona dicendum est, in factum[s] verbis temperandam † actionem dandam, vt bonæ fidei[t] mentio fiat:

XII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

l In qua. id est in contractu vel quasi.

m Noxale futurum. vt si dolus est admissus extra contractum, vel bi gratia persuasit mihi vt non idoneam hereditatem adirem, vel similia: vt j. eod. arbitrio. §. penult. & l. si dolo. & l. cum quis. & l. fina.

n ID est vsque ad duos aureos. qui computantur habita ratione quòd septuaginta duo aurei valeant libram auri: vt C. de suscep. & arca. l. quotiēscunque. & lib. x. Sed nūquid pro duobus aureis datur? Respond. non: vt hæc dictio vsque inclusiue accipiatur: cum in pœnis molliores esse debeamus: vt infra de pœ. l. pen. & proniores in odijs restringēdis: argu. infra de libe. & postu. cum quidam. Item quare actio furti datur pro vno ouo: cum sit æquè famosa, hæc non: vt instit. de rer. diui. §. gallinarum: Respon. secūdum Io. quia furta frequētius fiunt in vilibus quam dolus, ideoque necesse fuit plus puniri: argum. infra de pœn. l. aut facta. §. fina. Item nonne quælibet actio etiam pro vno nummo datur? Dic quòd sic: vt d. §. gallinarū. & infra de coniung. cum emanci. lib. l. j. §. id. & infra de dam. infect. si proprietarius. in fine j. respon. excepta hac, vt hic. Sed tamen dicā dari in factū pro hac modica summa, excepto de damno infecto: vt infra de damno infect. l. ex damni. j. respon. & excipe infra de impen. in reb. do. fac. l. omnino. & infra commo. l. in rebus. §. possunt. Accursius. ADDITIO. Tu dic quòd ratio est secundum Bald. quia est ibi natura contractus: cum modica impensa pertineat ad impendentem, secundum eundem Bald.

o NOn debet. Cum sit famosa. Not. quòd magis est odiosa hæc actio quàm furti vel iniuriæ, licet & illæ famosæ sint: quia illæ causa cognita in huiusmodi personas dantur: vt infra de furtis. si quis vxori. §. j. & supra de in ius vocan. sed si. §. prætor. Vel dic quòd ibi agitur in factum nomine furti facti in castrensi peculio, & nomine iniuriæ atrocis: vt argu. C. eod. l. si superstite.

p Sed nec humili. quis sit, dic vt C. de inceſt. nup. l. humilem.

q Receptæ. aliàs præceptæ, id est præ alijs acceptæ vel habitæ.

r Luxurioso. carnali, vel prodigali luxuria: vt j. de damno infect. l. ex damni. in princ.

s In factum. etiam si modica sit summa secundum quosdam, propter id quod dicit lex sequens, ne ex do. &c. sed contra videtur: vt C. eo. si superstite. vbi dicit, immodice læsa es. sed subaudi maxime ibi. Sed nonne in factum agere est restituere? ergo non debet dari contra has personas: vt C. qui & aduersus quos. l. fi. Sed dico ibi intellectum tantum de ea quæ datur iudicis officio: non quæ iure actionis.

t Vt bonæ fidei. quasi dicat, non malæ fidei. & sic per abnegationem

rionem contrarij ponitur: vt infra de minor. l. penult. & ĵ. de leg. ij. l. cum quidam. & l. cum pater. §. rogo. & de leg. iij. l. fideicommissi §. sic fidei. in fin. sic e contra infra de inoffi. testa. l. etiam. & l. qui repudiantis.

a *Heredibus. Aduersus heredes.* Nota contra heredem patroni & patris agi de dolo actione: sed aliud est in exceptione doli, quæ etiam contra heredes patroni vel patris non opponitur. Et est ratio, quia in actione doli tãtum calculi habetur ratio: & ideo non infamat: vt infra eod. l. Sabinus. sic enim dicam: conuenio te actione de dolo, de eo quod ad te peruenit ex dolo defuncti, non autem dicam, conuenio te ex dolo defuncti. at in exceptione non ideo quia aliquid apud eum sit, sed quia defunctus dolum cõmisit, excipitur: & ideo non de dolo sed in factũ excipitur: vt ĵ. de doli mali exceptione. l. apud. §. aduersus. quæ est contra. Sed cum in defunctum datur actio in factum, & in heredem de dolo, vnde nascitur hæc actio de dolo? ex dolo defuncti nõ: quia alia nata fuit, scilicet in factum. Respõ. forte eadem est actio in factum & de dolo in substantia, licet nomina diuersa: vt infra de here. institu. l. iij. §. qui fideicommissariam. & sic est nata ex dolo defuncti. Vel melius dic quòd sunt duæ, & ambę nascũtur ex dolo defuncti: sed vna tãtum intentatur contra defunctum, vt in factum: & alia contra heredem, vt de dolo. & quòd sint duæ, patet ex eo quòd alterius qualitatis & vitæ est vna quàm alia: vt infra eod. in heredem. & l. itaque. Accursius.

b *Erit danda.* petita vel hia: vt C. de in ius voc. l. ij.

c *Ne.* id est vt non.

d *Conueniatur.* scilicet in quantum peruenit ad eum ex dolo defuncti: vel lis cũ eo fuerit contestata: vt C. ne ex delic. defun. l. j.

e *Ego arbitror.* in quæstione proposita respondendo.

f *Pubertati.* quia est doli capax: vt ĵ. de trib. l. iij. §. Iulianus.

g *Maxime.* nam & idem si non: vt infra depo. l. j. §. an in pupillum.

h *Quid enim si impetrauerit.* dolose: vt ĵ. eod. l. & eleganter. §. penult.

i *De tutore mentitus.* quia dixit tutelam finitam: vt argu. infra de Publicia. l. quæcunque. §. fin.

k *Magnam.* euidentem tamen: vt ĵ. l. proxi. in fin.

l *Si ex dolo. Locupletior.* vt hic, & infra de act. empt. Iulianus. §. idem Iulianus. & infra quando ex fac. tut. l. iij. & infra de his quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. si fraudator. vers. si impubes.

m *Exceptio.* scilicet doli: vt ĵ. de doli exceptio. l. apud Celsum. §. si quis non. in fi. §. & §. illa.

n *Datur.* contra pupillum ex dolo tutoris.

o *Sed an in municipes.* scilicet omnes generaliter.

NE ex dolo suo lucrentur.

Quando propter reuerentiam personæ actio de dolo non dabitur contra defunctum, dabitur contra heredem. Bart.

XIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

HEredibus tamen harũ personarum, item aduersus heredes [a] de dolo actio erit danda. [b]

Pupillus potest conueniri de dolo ex persona defuncti. Item si est proximus pubertati, in persona tutoris, inquantum factus est locupletior. hoc dicit. cum l. seq. & proxi. seq. Bartolus.

Item in causæ cognitione versari Labeo ait, nẽ [c] in pupillum de dolo detur actio: nisi fortè nomine hereditario conueniatur. [d] Ego arbitror [e] ex suo dolo conuenien dum, si proximus pubertati [f] est: maximè [g] si locupletior ex hoc factus est.

XIIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

QVid enim si impetrauerit [h] à procuratore petitoris, vt ab eo absolueretur: vel si de tutore mentitus [i] pecuniam accepit, vel alia similia admisit, quæ nõ magnam [k] machinationem exigunt?

XV. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SEd & ex dolo tutoris si factus est locupletior, [l] puto in eum dandam actionem, sicut exceptio [m] datur. [n]

Contra vniuersitatem non datur de dolo actio: quia dolum non potest committere de facili, nisi ex persona administrantium. Bartolus.

Sed an in municipes [o] de dolo detur actio, dubitatur. Et puto ex suo quidem dolo non posse dari. Quid enim municipes dolo facere possunt? [p] Sed si quid ad eos peruenit ex dolo eorum qui res eorum administrant, puto dandam.

Rectores de eorum dolo proprio tenebuntur. Bartolus.

De dolo autem decurionum [r] in ipsos decuriones dabitur de dolo actio.

Dominus tenetur de dolo procuratoris de eo quod ad eum peruenit. Bartolus.

Item si quid ex dolo procuratoris ad dominum peruenit: datur in dominum de dolo actio in quantum ad eum peruenit. Nam procurator ex dolo suo proculdubio tenetur. [s]

Iurisconsultus exposuit primam partem edicti positi in l. j. supra eo. Erant in edicto posita quædam verba alia quæ non sunt posita materialiter in hoc titu. sed eorum mentem iurisconsultus ponit hic: & in l. arbitrio. infra eodem. & breuiter hoc intendit: Quando ex edicto agitur ciuiliter actione famosa, debent particulariter omnia designari, sicut quando quis criminaliter accusatur. hoc dicit. quod not. Bartolus.

In hac actione designari oportet cuius dolo [t] factum sit, quamuis in metu [u] non sit necesse.

XVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

ITem exigit prætor vt cõprehẽdatur quid dolo malo factum sit. Scire enim debet actor, in qua re circunscriptus [x] sit, nec in tanto crimine vagari. [y]

Plures dolum committentes tenentur in solidum: tamen vnius solutione ceteri liberantur. hoc dicit. dicas in hac vt no. in l. & eleganter. supra eod. Bartolus.

XVII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI plures dolo fecerint, & vnus restituerit, [z] omnes liberantur. [a] si vnus quanti ea res est præstiterit, puto

p *Facere possunt.* q. d, nihil facile: quia nec consentire facile possunt: vt infra de arbi. item si vnus. §. principaliter. & infra de li. vniuer. l. j. sed tamen possunt cum difficultate, vt campana pulsata: quia videbuntur omnes facere quod cõcilium facit, vel maior pars: vt infra de regu. iur. l. aliud. §. refertur. & metum inferunt: vt supra quod met' cau. l. metum. iij. §. animaduertendum. & possessionem apprehendũt: vt infra de adquir. pos. l. ij. & facit infra de vi & vi ar. l. si vi me. Item tribunum siue potestatem eligunt: vt supra de orig. iur. l. ij. §. ijsdem. Hæc autem interrogatio raritatem non impossibilitatem notat sicut ibi, Si sacerdos peccauerit, qs orabit pro eo?

q *Puto.* sed quare etiã de eo quod ad eos peruenit, tenentur: cũ hoc mandasse non videantur generaliter, quod specialiter non erant mandaturi: vt infra quę in fraud. cre. l. si pater. quæ quæstio etiam in procuratore fieri potest. Respond: non videntur habere ratum, nisi reddant: vt infra de vi & vi arma. l. j. §. deiecisse.

r *De dolo autem decurionum.* loco quorum habemus consiliarios hodie.

s *Proculdubio tenetur.* in solidum, etiam si nihil ad eum peruenit: vt superiores magistratus, scilicet decuriones.

In hac actione. } CASVS. In isto §. & in priu. l. seq. quod continuatur cum eo, veniunt tria necessaria in act. de dolo, scilicet quòd designetur persona quæ dolum commisit. Item aliud, secundum scilicet quòd designetur res in qua commissus est dolus. Item tertium, vt appareat cui sit factus dolus. Viuianus.

t *Cuius dolo.* quis fecerit: & cui dolus sit factus: & in qua re dici oportet: vt hic, & infra l. proxi. sed in exceptione doli quis, sed nõ cui, dici oportet. & sic est ex parte opponentis realis, & ex altera personalis: vt infra de dol. except. l. apud Celsum. §. pen. & l. ij. §. j. & in actione quod met. cau. nõ est dicendum. quis fecerit metum: vt hic, & supra titu. ij. si cum. §. in hac. sed cui. At in exceptione quod metus causa, nec quis, nec cui: vt d. l. de do. ma. except. l. apud Celsum. §. penul.

Doli exceptio realis & personalis.

u *In metu.* id est in metus causa actione.

x *Item exigit. Circunscriptus.* ergo cui.

y *Vagari.* vt hic, & C. eo. l. dolum. sic & in actione iniuriarũ: vt ĵ. de iniur. prætor in princ. sic & in omnibus publicis iudicijs: vt ĵ. de accu. libellorum. sic etiam tenetur quis designare quod petit in qualibet actione reali vel personali: vt infra de rei vind. si rem. j. in princ. & §. si vestimenta. & C. de episc. & cle. authen. generaliter.

z *Si plures. Restituerit.* rem: & inferiori casu æstimationẽ. Vel dic hic rem vel æstimationem: sed infra quanti iuratum est in litem ab actore. Accursius.

a *Præstiterit.* scilicet ante condemnationem. secundum Azo. licet

licet idē & si post cōdemnationem prēstiterit interesse quātum est iuratum in litem: vt s. proxi. respon. & s. tit. j. si cum. §. fi. & j. si mens. fal. mo. di. l. si duobus. j. respon.

a *Peruenit.* vt hic, & j. eo. l. in heredem.

ARbitrio. } CASVS. Huius l. princ. dicit quòd sit iudicis officiū in act. de dolo. Ecce enim si tu dolo me induxisti, & ego tuo dolo dedi tibi librum meum: si ago contra te de dolo: iudex te debet condēnare, vt mihi restituas, iurabo in litem cōtra te: sed iudex istud iusiurandum taxare debet. Dicet aliquis, quare in ista actione de dolo vel in actio. quod metus causa, non est adiecta quantitas: Dicit iurisc. hoc ideo fuit, vt sit pœna illius dolosi nolentis restituere rem, vt possint iurare cōtra eum in litem. euenit tamen aliquādo quòd iudex nō cōdemnat in actio. de dolo vt rem restituat, vt quia res interierit: & hoc casu iudex cōdemnat rei æstimationem veram, id est verū interesse præstandum. {SI DOMINVS.} Mihi legata fuit proprietas vnius domus: & tibi vsusf. legatus, si comburā istā domū vel heres, non teneor act. de dolo: quia lex Aquil. vtilis competit. {DE EO.} Vendebā tibi piper vel alias species quæ ponderātur: Titius mihi venditori pondera & sagas commodauit. si falsa fuerant ista pondera, quia nimis magna erant vel parua: dixit Trebatius quòd act. de dolo datur contra Titium commodantem. sed hoc est falsum: quia si tu dicis quòd ego venditor fui deceptus propter magna pondera, potero repetere superfluum per condictionē indebiti. ergo non datur de dolo. Item si fuisti tu emptor deceptus propter parua pondera: habebis act. ex empto contra venditorē. ergo non datur act. de dolo: tamen aliàs dictum Trebatij potest in vno casu locum habere. Si dixi tibi, ego vendo tibi merces: volo vti istis ponderibus, siue sint vera, siue sint falsa, hoc casu tenetur Titius commodans actione de dolo. {DOLO.} Habebam litē tecum, & dolo cuiusdam alterius factum est quòd pereat instantia illius causæ, id est vt finiatur triennio, & currat triennium. datur mihi act. de dolo ad interesse contra illum dolosum: non autem restituetur mihi instantia causæ, quia fieret contra illam. l. properandum. C. de iudic. si extenderetur vltra triennium causa. Vel pone aliter hunc casum: quia dolo tuo, vel alterius, Titij puta. factū est vt nō possimus cōplere, vel vt non possim exercere causas appellationis intra tempus statutum. habeo act. de dolo contra te, vel illum tertium Titium. non autem restituetur mihi tempus prædictum cum transierit in rem iudicatam. {SI SERVVS.} Promisisti mihi seruum, quem Titius postea occidit: habeo act. de dolo aduersus Titium: non autem habebis act. l. Aquil. cum sis liberatus. Viuianus.

adhuc ceteros liberari. Hæc actio in heredem & ceteros successores datur duntaxat de eo quod ad eos peruenit. a

Hæc actio est arbitraria: & ideo contra non restituentem iuratur in litem, si res tē pore condemnationis extabat. hoc dicit. et fortis lex est. Primo ponit dictum. Secundo respondet cuidam quæstioni emergenti circa illud. Tertio ponit vnam limitationē circa præcedentia. secunda ibi, ideo autem. tertia ibi, non tamen. Bartolus.

XVIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

ARbitrio iudicis in hac quoque actione restitutio comprehenditur: b & nisi fiat restitutio, sequitur condemnatio quanti ea res est. c Ideo autem & hic & in metus causa actione certa quantitas d non adijcitur, vt possit per contumaciam suā tanti reus condemnari, quāti actor in litem iurauerit. sed officio iudicis debet in vtraque actione taxatione e iusiurandum refrenari. Non tamen semper in hoc iudicio arbitrio * f iudicis dandum est. quid enim si manifestum sit restitui non posse: veluti si seruus dolo malo traditus, defunctus g sit, ideoque protinus condemnari debeat in id quod interest actoris?

arbitriū.

Fructuario contra dominum non datur hæc actio: quia aliæ competunt. Bartolus.

Si dominus h proprietatis insulam cuius vsusfructus legatus erat, incenderit, non est de dolo actio: quoniam aliæ i ex hoc oriuntur actiones.

Contra cōmodantem falsa pondera vel mensuras, non datur hæc actio de dolo, si inter contrahentes aliis actionibus potest esse consultum. aliàs recurritur ad actionē de dolo. h. d. quod nota maxime in fure: quia vidi semel de facto. Bartolus.

De eo q sciēs cōmodasset k pōdera, † vt vēditor emptori merces adpēderet: Trebati de dolo l dabat actionē. Atquin m si maiora pondera cōmodauit: id quod amplius mercis datū est, repeti cōdictione n potest. Si minora: vt reliqua merx detur, ex empto agi potest: nisi si ea conditione merx venijt, vt illis ponderibus traderetur. o

a *Peruenit.* vt hic, & j. eo. l. in heredem.

b *Comprehenditur.* est enim arbitraria: vt insti. de act. §. præterea. certe & sine hoc debet curare iudex: vt s. de offi præsid. l. illicitas. in prin. Et recolas quòd quidam dicunt hāc primam esse admonitionem, nos sententiam definitiuam: vt diximus s. tit. j. l. si cum. §. in hac.

c *Quanti ea res est.* tribus modis hoc verbū intellige. Primo quia improprie ponitur: quia licet veritatem significet: vt j. de verbor. signifi. l. inter hæc verba. tamen hic in litem iuratur: vt j. proxi. §. Secundo suppleas, quanti ea res est, scilicet estimata per iusiurandū in litem. Tertio proprie pone: & nil suppleas: & dicas q duas habet vias. vnam per quam iuret in litem: vt j. proxi. §. aliam. per quam tātum interesse petat verum, & hanc hic elegit: vt j. de rei vind quòd si possessor. Et dic quòd si etiam incontinenti vellet reddere, tamen ad interesse tale debet damnari: vt s. titu. ij. l. aut in id. secus si nō per dolum habuisset: vt j. de le. j. si fundum per fideicommissum. l. j. respon.

d *Certa quantitas.* imò certa: quia quadrupli: vt supra tit. j. l. cum. §. hæc autem. Sed respondeo duobus modis. Primo quia meticulosus habet duas vias: vnam ad quadruplum: aliam ad interesse, quæ dicitur vtilis in rem per iusirandum in litem: & hanc elegit hic agendo vtili in rem. Secundo dic quod etiā si in quadruplū agatur, tamē est incertum: quia cum simplum sit incertum, ergo & quadruplū: quia respicit simplum.

e *Taxatione.* facta à iudice: vt hic, & infra ad exhi. l. tertia. §. præterea. non à lege. & sic non ob. infra de rei vind. l. qui restituere. quæ est contra. & infra de in lit. iur. l. ij. & l. videamus. §. fi. & l. in actionibus. §. j. quod enim omissum est à lege, &c. vt j. de testi. l. quæsitum.

f *Arbitrium.* scilicet de restituenda re, vt sic ea non restituta condemnetur inquantum iuratur. hoc enim non fit. & secundum hoc dic arbitriū, id est primam sententiam.

g *Defunctus sit.* non est ergo locus arbitrio vel coniecturæ, cum res sit certa: vt hic, & infra de verbo. oblig. l. continuus. §. cū ita. in fine. §. sed in interesse scilicet verum debet damnari: vt subijcit, & infra de confes. Iulianus. Idem dico & si alienauit sine dolo: licet quidam contra, & pro me: vt infra de noxa. quemadmodum. Sed an deficat omnino hæc actio esse arbitraria per interitum rei? Videtur hic quòd sic. Sed contra puto: quia si eum occidit, vel dolo alienauit, adhuc iurabitur in litem, & fiet taxatio. Vnde adhuc habet locum arbitrium in his: licet cesset in restituenda re. Sed nonne si condemnetur in communi interesse, etiam si reddat, poterit in litem iurari? Respond. vt infra de in lit. iur. l. nummis.

h *Si dominus.* scilicet heres, vel ille cui erat proprietas legata: vt instit. de vsufru. §. j. Accursius.

i *Quoniam aliæ.* scilicet legis Aquiliæ vtilis & in factum: vt infra ad leg. Aquil. Sed & si proprietatis. Sed certe & de dolo videtur danda: vt j. quibus modis vsusfru. amit. l. repeti. in fi. quæ est contra. Sol. hic erat iam traditus vsusfructus legatus, ibi non. Vel si ex testamēto relictus erat, ageret ex testamento vbi ab inteſtato agitur de dolo, vt ibi dicit. Vel dic vbi in re aliena relinquitur: & dominus rei facit dolose quo minus vsufructuarius habeat: tunc datur de dolo, vt ibi dicit. finautem fuit testatoris vel heredis in qua fuit damnum datum ab extraneo ante aditā hereditatem: actio datur heredi. l. Aquil. quam tenetur cedere fructuario: vt hic, & infra ad legem Aquil. liber homo. §. fina. & l. seq. & l. hunc scripturæ. Vel dic q non est contra: quia hic in destructione, ibi in ædificatione loquitur, pro qua cessat. l. Aquil. actio.

k *Commodasset.* vēditori: vt hic innuit, & cōsuetudo habet.

l *De dolo.* si minora, emptori: si maiora, venditori. sed male dixit. ideoque corrigitur statim.

m *Atquin.* pro sed certe.

n *Condictione.* scilicet furtiua secundum nos: & etiam indebiti, secundum quosdam. Item habet ex vendito, vt ne decipiatur, sicut emptor ex empto: vt subijcit. vt j. si mens. fal. mo. di. l. si duobus. §. primo.

o *Traderetur* quo casu demū de dolo agitur, & nō alio. Item & in alio quando qui cōuenitur actione ex eo cōtractu, non est soluēdo: vt ar. s. e. l. & elegāter. §. si dolo. Et vt plene scias, dic cū falsa mēsura vel pōdere venditor metitur: aut de hoc scienter cōuenerunt: & tunc ei stare tenentur: aut nō, & tunc consue-

consuetudo attenditur: vt ff. de contrahē. emp. l. imperatores. quòd si aliter fuit deceptus, aut emptor à venditore, aut econtra primo casu tenetur venditor, siue sciens fuit, siue ignorans. vt infra de ædil. edict. l. j. §. causa. nisi conuenit vt certis mensuris staretur: quia tunc si sciens fuit, & emptor ignorās, tenetur: alias non: vt infra de actio. empt. l. j. & de hered. vendi. l. nam. & l. hoc autem. econtra si venditor ab emptore: aut dolo emptoris: & tunc si venditor tradidit dubitando, & dicens: Si quid superfluum traderetur, nolo esse tuum: tunc dominium non transfertur, & furti tenetur. Si autem in totum putans se teneri, libere tradit: dominium transit, & non tenetur furti: sed condict. indeb. secundum quosdam. Vel dicas quòd nunquam transeat dominium, cum erret in pōdere: ideoque semper furti & cō dict. furtiua & rei vindatur: vt infra de fur. si quis vxori. §. si maiora. Item habet locum actio ex eo contractu: vt infra de act. empt. si quis à me. Si autem emptor est ignorans, nulla tenetur, nisi vltra dimidiam iusti pretij sit deceptio: vt C. de rescin. vend. l. ij. Si autem tertius adhibuit falsa pondera: aut conuenerunt illis stare ponderibus aut non. Si non, venditor ex empto, & emptor & vendito conuenitur etiam condictio. indeb. secundum M. & furtiua, si sciens fuerit emptor: vt modo diximus. & hoc est quod hic dicitur. Si conuenerunt, aut venditor est deceptus, aut emptor. si venditor, conueniet commodantem contraria: vt infra commo. l. in rebus. §. item qui sciens. quid tamen si commodator non sit soluendo? dabitur contra emptorem scientem in subsidium de dolo. Si emptor, contrariam commodati non habet: quia non fuit ei commodatum, quare agitur de dolo contra commodantem si sciens fuit? vt in hoc §. aliter non. Sed in vase vitioso locato non distinguitur sciat vel ignoret locator, quia semper tenetur: vt infra loca. sed addes §. primo. Item no. quòd criminaliter potest accusari qui falsa pondera habet: & in insulam relegatur: vt infra de extraordi. cri. l. annonam. in fine. Accursius.

a *Pondera habere.* emptore inscio.

b *Dolo.* pone me dolo tractum vt triennium in causa criminali, vt biennium in causa ciuili currat: ago de dolo. vt hic, nō vt restituar intra biennium, sed ad interesse: quia sic. l. properandum. circunscriberetur, quæ est C. de iudi. & alia quæ est C. vt intra cert. temp. l. ij. Sed cum possum restitui, quare ago de dolo, vt infra quibus ex cau. ma. l. ait prætor. §. fin. & l. lequen? Respon. hic non ab aduersario, sed ab alio fui tractus: vnde non possum restitui. Item cum actio nō sit perdita, imò magis perpetuata, quare ago de dolo? Respon. hic ad cetera damna agi: vt infra eod. cum quis. Secundo pone casum in tempore appellationis faciendæ, quod est decem dierum hodie: vel exercendæ, quod est anni vel biennij: vt in authen. de his qui ingre. ad appel. §. j. colla. v. quod currit per dolum aduersarij, agam de dolo non vt restituar ad tempus prædictum: ne circunueniatur. l. quæ dicit de decem diebus: vt in authen. de appella. §. j. colla. iiij. & alia quæ dicit de anno, scilicet de his qui ingre. ad appella. Neque potest hic opponi quòd non perierit, cum non steterit per iudicem. Item nec quòd restitutio detur propter auctoritatem rei iudi. Vel dic ab extraneo: vt superiori casu. Sed quid si non est soluendo qui de dolo conuenitur? Respon. potest dici vt lis restituatur: vt arg. C. de iudi. properandum. §. fin. & supra de eo per quem factum. l. fin. in princip.

c *Recte putant.* l. mihi stipulanti: nō debitori aliqua: quia à me est liberatus interitu speciei alio occidēte: vt hic subiicitur,

cum ille decipiendi causa adfirmasset se æqua pondera habere.a

Ad causam seu litis instantiam peremptam non datur restitutio: sed per actionem de dolo succurritur contra eum cuius dolo factū fuerit. h. d sortis est. §. & legitur duobus modis. Primò in tempore instantiæ primæ causæ: & sic perit instantia tantum, & non causa. Secundo in tempore instantiæ causæ appellationis, & sic perit instantia & causa. Bartolus.

Dolo b cuius effectum est vt lis temporibus legitimis transactis pereat, Trebatius ait de dolo † dandum iudicium, non vt arbitrio iudicis res restituatur, sed vt tantum actor cōsequatur, quanti eius interfuerit id non esse factum: ne aliter obseruantibus lex circunscribatur.

Si speciem debitam tertius interimit, vel fideiussor ante moram: debitor liberatur, & creditori contra interimentem actione de dolo succurritur. h. d. cum l. sequen. & sortis est. Bartolus.

Si seruum quem tu mihi promiseras, alius occiderit, de dolo malo actionem in eum dandam plerique rectè putāt: quia tu à me liberatus sis: ideoq; legis Aquiliæ actio tibi denegabitur.

Dolus solius fideiussoris nō perpetuat obligationem eius: sed parit actionem de dolo Bartolus.

† Tenetur qui se de dolo habet in traditione, & tenetur ex actione furti. Lauren. de Rubeis.

XIX. PAPINIANVS libro trigensimoseptimo Quæstionum.

SI fideiussor promissum animal ante moram d occiderit, de dolo actionem reddi aduersus eum oportere Neratius Priscus & Iulianus responderunt: quoniam debitore liberato, per consequentias ipse quoque e dimittitur.

Dominus cuius hortatu seruus accepit pecuniam vt sibi soluatur, actione de dolo tenetur. Bartolus.

XX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

SEruus tuus cum tibi deberet, f nec soluendo esset, hortatu g tuo pecuniam mutuam à me accepit: & tibi soluit. Labeo ait de dolo malo actionem in te dandam: quia nec de peculio vtilis sit, per hoc non soluitur illa l. huic. j. ad legem Aquiliam. Vel hic dānum fuit stipulatoris, ibi debitoris: quia adhuc non venerat dies obligationis. hoc non valet per l. huic. Vel dic verius quòd hic agit creditor ad alia damna: ad ipsius autem serui æstimationem agit Aquilia cessa sibi à debitore. Item quid si occisor voluit me damno afficere? Videtur non teneri per hanc l. nec mihi nec debitori: cum sit à me liberatus: sed per legem Corneliam accusari potest: vt j. ad l. Aquiliam. inde Neratius. §. si dolo. Sed puto secundum R. omissis prædictis quòd siue in mei fraudem siue in damnum debitoris occidit, habeat debitor legis Aquil. actionem quam mihi cedet, vt dixi: & hanc intentabo contra occidentem nomine doli. & sic a intelligo quod hic dicitur: vel hic quorundam recitat opinionem: & sic est idem.

Contra istā glo. est alia glo. l. ad l. Aquil. proinde. quæ fuit additio Franc. Acc. secundum Bal. hic.

SI *fideiussor.*} CASVS. Promisisti mihi seruum vel alium, & fideiussorem dedisti. fideiussor hunc seruum occidit cum nullus nostrum esset in mora. tenetur quidem fideiusso. actio. de dolo: quia liberatus: & per consequentiam & fideiussor à principali obligatione. Vinianus.

d *Ante moram.* scilicet communem & rei & fideiussoris. aliàs si vterque esset in mora, vel solus debitor, datur prima directa: vt infra de verbo. obliga. l. mora. j. respon. & l. si seruum. §. nunc videamus. si autem solus fideiussor, datur vtilis prima actio: vt infra de vsur. l. mora. in fin. & infra de verbo. obliga. l. mora. in fin. & l. cum filiusfa. in fine. primi respon. & de sol. l. Stichum aut Pamphilum in fin. j. respon. & l. cum quis. §. penult. quæ sunt contra. b Si autem nullus eorum est in mora, datur de dolo: vt hic. Sed nonne in mora videtur hic fideiussor occidendo: vt infra de verbo. obliga. si seruum. j. respon? Dic quòd non: & illud in principali loquitur. ADDITIO. Vel dic aliter secundum Bald. hic quòd mora vera perpetuat actionem interpretatiuam. siquidem ex mora rei perpetuat: vt in contrario. si solius fideiussoris, non perpetuat sine principali: vt hic. plus ergo operatur vera mora quàm ficta vel interpretatiua.

b Dic secundū Bal. hic quin his omnibus iuribus quæ hic allegantur, præcesserit mora: hic vero non præcesserit.

e *Ipse quoque.* scilicet fideiussor, ab obligatione videlicet principali.

SERVVS.} CASVS. Debebat tibi seruus tuus centum quæ ei mutuaueras: & soluendo iste seruus non erat: vnde ei persuasisti vt acciperet centum in perniciem meam mutuo: & accepit à me, & ea tibi soluit. habeo contra te actio. de dolo: cū aliam act. non habeam contra te. {SI PERSVASERIS.} Successi Titio: qui Titius fuit tuus socius. tu autem locium tuum dixisti eum non fuisse: & ideo passus fui quòd absolueres ab actione pro socio. inuenio postea quòd testator Titius fuit tuus socius. Dicitur hic quòd teneris mihi act. de dolo: & agam contra te act. de dolo. Sed pone quòd iurasti te nō fuisse socium Titij. si appareat postea quòd periurus sis, dicit Labeo quòd tu teneris de dolo. sed male dicit: quia nō transire videtur: & sufficit pœna periurij: vt in l. seq. quæ continuatur cum ista, & alia. l. sequens. Vinianus.

f *Deberet.* naturaliter: vt infra de pecu. l. nec seruus.

g *Hortatu.* id est admonitione facta in perniciem meam. sic supra de nego. gest. l. si serui. non autem iussit animo se obligandi: quia tunc in solidū institoria vel quod iussu teneretur: vt C. de exerci. l. j. & fin. quæ sunt contra.

a *Dominus acceperit.* vt hic, & infra de in rem ver. l. si pro patre. §. ii domini.

b *Actionem.* imò videtur dari antiqua. vt j. eo. cum à te. quæ est contra. Sol. hic actio finita erat stipulatione vel acceptilatione sublata. Vel hic non constabat de intentione, id est quod actio alia superesset: ibi constabat: ar. supra eo. l. & eleganter. §. non solum. Vel melius datur actio de dolo non ad debitum, sed ad damna tantummodo: argu. infra eo. l. cum quis. & supra eo. l. & eleganter. §. si dolo malo. Huic solutioni nihil aliud aduersari videtur, nisi quod dixit in dicto §. ii dolo malo. & puto non competere &c. ii enim ad damna impensarum tantum cõpetit, quare tolleretur ideo quia se offert? Respon. Ioan. licet cogi possit: facit tamen hoc sua spontanea oblatio. sic & infra de ali. iu. mu. cau. fa. l. quia. §. vlti. & ea ratione, quia non est verisimile quòd impédat: vt ibi diximus. Sed hæc secunda solu. non videtur bona: quia in actione de dolo oportet me probare passum me fuisse damnum ex societate: & sic duo. Cur ergo si de intentione constabat: non intentetur prima actio? Ioan. dicit non esse necesse hunc probare damnum: sed iurabit in litem contra dolosum. Sed nónne de damno disquirere debet & pronuntiare vt restituatur: vt supra eodẽ. arbitrio. & tunc demum deferre sacramentum, cum ille rem non restituit? Azo respon. non impeditur actio de dolo ex societate in iudicium deducta, & orta ab initio: eo quòd non constabat tunc aliam subfuisse. rursus damno probato alia non datur: quia exceptione rei iudicatæ repellitur. Item quia lis contestata est hoc iudicio: & ideo de dolo datur & perficitur. Vel solue secundum R. qui dicit mihi dandam actionem de dolo, id est replicationem doli: vt ibi. & sic non discrepat. & potest bene sic resolui: quia agere is videtur &c. vt infra de exceptio. l. j. & infra de proba. l. in exceptionibus. Nam & replicatio dicitur actionis iuuamen: vt insti. de repli. in principio.

Replicatio actionis est iuuamen.

c Q *Vod si deferente. Labeo ait.* & male.

d Tr *ansactum.* secus cum sacramentum non fuit delatum: vt infra. l. iij. Accursius.

Periurus diuinã vltionẽ & quandoque humanam patitur.

e N *am. Periurij pœna.* j. diuina vltio: vt C. de iureiu. l. ij. quãdoque etiam corporalis afflictio imponitur: vt j. de iureiu. l. si duo. in fin.

S *I legatarius.*] Casvs. Titius me heredem instituit: & tibi decem legauit: & multa alia legata reliquit: ita quòd locũ habeat Falcid. tu venisti, & petisti legatũ tuum, & falsa suasione, quia vel iurasti sine delatione quòd satis erat locuples hereditas, vel ostendisti mihi nomina hereditaria quæ iam vacua erant, cum soluissent. habuisti legatum tuum. teneris tu legatarius de dolo. Viuianus.

f V *ltro.* id est sine delatione: quod nõ valet: vt hic, & infra de iureiu. l. iij. j. respon. aliàs contra: vt supra eo. l. iij. Sed in vtroque casu hodie siue sine dilatione iusiurandi, siue cum delatione datur repetitio per condictionem ex lege: vt C. de rebus credi. l. finali.

cum in peculio nihil sit: nec in rem domini versum videatur, cum hoc debitum dominus acceperit.[a]

Si dolus rei dedit causam absolutioni, de dolo tenetur. Item quod est iuramento dẽcisum, ratione periurij actione de dolo non retractatur. Bartolus.

Si persuaseris mihi nullam societatem tibi fuisse cum eo cui heres sum, & ob id iudicio absolui te passus sim: dan dã mihi de dolo actionem[b] Iulianus scribit.

XXI. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

QVod si deferente me iuraueris, & absolutus sis, postea periurium fuerit adprobatum: Labeo ait[c] de dolo actionem in eum dandam: Pomponius autem per iusiurandum transactum[d] videri. † quam sententiam & Marcellus libro octauo Digestorum probat. Stari enim religioni debet.

XXII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

NAm sufficit periurij pœnaᵉ. †

Contra eum cuius persuasione indebitum soluitur, actione de dolo succurritur. Bartolus.

XXIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

SI legatarius cui supra modum legis Falcidiæ legatũ est heredi adhuc ignoranti substantiam hereditatis vltroᶠ iurando vel quadam alia fallacia persuaserit tanquam satis abundeq; ad solida legata soluenda sufficiat hereditas, atq; eo modo solida legata fuerit consecutus: datur de dolo actio.[h]

Contra eum cuius dolo sententia pro libertate in absentem profertur, actione de dolo succurritur. Bartolus.

XXIIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

SI dolo acciderit eius[i] qui verba faciebat pro eo qui de libertate contendebat,[k] quo minus[l] præsente aduersario[m] secundum libertatem pronuntietur: puto statim de dolo dandam in eum actionem:[n] quia semel pro libertate dictam sententiam retractari non oportet.[o]

Is qui suo dolo est absolutus, actione prima conuenitur. & contrà exceptione rei iudicatæ de dolo replicabatur. h. t.

XXV. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

CVm à te pecuniam peterem, eoque nomine iudicium acceptum esset, falso mihi persuasisti tanquam eam pecuniam seruo meo aut procuratori soluisses: eoque modo consecutus es, vt consentiente me absolueris. quærentibus nobis an in te doli iudicium dari debeat, placuit[p] de dolo actionẽ non dari: [q] quia alio modo mihi succurri potest. nam ex integro agere possum: & si obiiciatur exceptio rei iudicatæ, replicabo de dolo. Viuianus.

An hoc dictũ habeat locũ de iure cano. in causis spiritualibus: vide per Inno. in cap. quia propter. de elect. extra.

† *Periurij pœna diuina, exitium: humana, dedecus. Cic. li. 2. de legib.*

g *Falsacia.* puta efferendo chirographa debitorum, quæ forte erant iam soluta ante.

h *De dolo actio.* in ô. & condictio indebiti. & sic cessare debet de dolo: vt infra de condictio. indeb. l. ij. & iij. & C. eod. lib. quæ sunt contra. Sol. hæc cum illa datur: cum illa, scilicet condictio indebiti sit generalior quantum ad indebita repetenda: non dico quo ad omnia. nam & hæc in aliis quàm in indebito locum habet: vt infra e. cum quis. & l. fin. & in aliis multis. Vel dic quòd hic cessat cõdictio indebiti: quia fuit legatum venerabili loco: vt insitu. de oblig. ex quasi contra. §. fin. secundum Ioan. Vel ideo quia iam erat lata sententia, & ex ea solutum: vt infra manda. si fideiussor. j. §. in omnib⁹. Vel tertio, die agi condict. indeb. ad rem ipsam: sed actione de dolo ad cetera dãna: vt j. eo. cum quis. Accursius.

S *I dolo.*] Casvs. Lex ista potest loquiuc in ea duobus modis ponatur casus. Primo sic vt loquatur in aduocato mei domini qui petebam aliquem in seruitutem: & iste talis aduocatus dolum commisit vt sententiaretur me absente: & sic dolo contumaciam meam prouocauit, vt mihi per hoc auferretur beneficiũ appellandi: & ita factum est quòd data est sententia pro seruo. Dicitur hic quòd ego possum agere de dolo contra istum aduocatum: quia contra sententiam pro libertate latam non datur restitutio. Secundo modo vt loquatur in aduocato ipsius quem petebam in seruitutem: qui aduocatus si dolum commisit, tenetur de dolo. Viuianus.

i *Eius.* id est aduocati.

k *Contendebat.* dicendo se dominum. & sic erat aduocatus domini. idem si esset aduocatus eius cui se liberum dicit, siue in possessione libertatis, siue seruitutis.

l *Quo minus.* id est non.

m *Aduersario.* scilicet serui, qui si fuisset præsens non obmuisset forte seruus.

n *Dandam actionem.* Sed nónne potest dici nulla: vt j. de reiudi. l. j. de vnoquoq; ? Respon hic forte contumax ficte fuit, qui pro præsente habetur: vt in authen. de iudi. §. siue igitur. C. vj. Sed cũ potest appellare, & causam prosequi: vt j. de appell. illud sciendum. ij. videtur quod de dolo non agat: & quod possit restitui: vt argu. ff. eo. l. j. §. idem Pomponius. Respon. propter damna agit de dolo. & quia libertati fauet prætor: vt hic subiicit, & infra de alie. iu. l. tertia. in princi. vnde plus est grauatus quàm prius.

o *Non oportet.* vt supra eodem. l. & eleganter. §. hoc enim. versicu. & quod minor. & infra de minor. l. si ex causa. §. finali. & l. sequen. pronuntiauit enim hic iudex libertatem eam petere.

C *Vm à te.*] Casvs. Petebam à te decem, tu dicebas te soluisse nomine meo cuidam: & sic fuisti absolutus. nunc agam de dolo, sed agam act. pristina. Et si excipias de re iudicata, replicabo de dolo.

p *Placuit.* scilicet sapientibus.

q *Non dari.* imò danda videtur: vt ff. eo. l. & eleganter. §. si de

& l.seruus.§.fi.quæ sunt cõtra. Sol.vt ibi diximus in vtraque.

a *Replicatione.* scilicet doli.

b *Iure.* aliàs in re.natura enim debitor permãsit:vt ĵ.de con dict.inde.Iulianus.Item ciuilis licet inefficax permansit.

In heredem.} CASVS. Dictum est supra eodem. si plures. §.

Hæc actio. quòd de dolo datur in heredem dolosi, scilicet in id quod ad eum peruenit. nunc exponit illud id est quantum locupletior est facta hereditas, vel stetit dolo heredis quòd nõ fieret. vnde si liberaui te ab actio. dolo tuo inductus, heres tuus tenebitur: quia videtur heres per consequens liberatus te liberato: & hoc est verum quando aliquid peruenit ad te incorporale, vt liberatio: vt in dicto exemplo proxi. Si autem res corporales dedi tibi dolo tuo. si postea decedas, an teneatur tuus heres? Distinguitur: quia aut apud tuum heredem est: quo casu tenetur heres. aut non est: & tunc non tenetur, sed tenetur heres perpetuo de peruento, id est de eo quod ad eum peruenit, scilicet act.de dolo. nam & ille qui dolum commisit, tenetur de peruento perpetua actio. in factum. Idem dicit lex sequen. Sabinus. sed addit parum: quia dicit quòd heres condemnatus in actione de dolo non infamatur. Et est ratio: quia perpetuo tenetur: vt in l.neque. infra eodem quæ cum ista continuatur. Dicit enim quòd si pater vel patronus sit heres, non potest ille parens vel patronus heres de dolo conueniri: quia nec cogitur &c. Viuianus.

Infamatur quia debet.

c *Actionem.* ſ.de dolo: vt s̃.e.si plures. §.j.hoc tamen intellige cum extra contractum dolus committitur: vt hic, & ĵ.de pecu. quæsitum.in fin & ĵ. de vi & vi arm.l.j.§.fin.& ĵ.de tribu. act.quod in heredem.§.fi.aliàs si in contractu, datur in heredem etiam si non peruenit: vt ĵ.de act.& obli.l. ex contractibus.& infra depositi.si hominem.§.j.

d *Proconsul.* id est prætor, vt ĵ.quod cum eo.l.j.

e *Olóve.Eius.* scilicet heredis.

f *Taque.Tibi.* scilicet dolo tuo.

g *Omnimodo.* quia certum est ad heredem peruenisse: vt s̃. tit.j.l.quantum.Accursius.

h *At si res.* corporalis.

i *Extitit.* ſ.penes heredem.Sed nõnne tũc datur cõdictio sine causa: vt ĵ.de condic.sine cau.l.j? Respõ.sic, sed illa vt genus hanc non excludit.Item sufficit semel extitisse: vt s̃.tit.j. l.si ipsa.& l.videamus in glo.peruenisse.

k *Perpetuo.* id est vsque ad xxx.annos: vt institu.de perpe.& temp.actio.in princip. Et not. quòd olim actio de dolo intra annum vtilem finiebatur: hodie biennium continuum datur ad incipiendum & finiendum: vt etiam contestatio litis nihil faciat: vt C.eodem.l.fina. Sed contra heredem perpetuo teneri quàm heres? Respon. quia tantum calculi ratione heres tenetur: vt infra l. proxi. Vel dic vtrumque teneri tantùm de eo quod peruenit perpetuo, actione de dolo, vel in factum: vt hic subiicit: quæ est idem, licet nomen

replicatione[a] iure[b] vti potero.

Hæc actio datur in heredem perpetuo, quatenus ad eum peruenit.h.d. cum l.sequ. Bartolus.

XXVI. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

IN heredem eatenus datũrũ se eã actionem[c] procon sul[d] pollicetur, quatenus ad eum peruenerit, id est quatenus ex ea re locupletior ad eum hereditas venerit.

XXVII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum. B

DOlóve malo eius[e] factũ est quo minus peruenerit.

XXVIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

ITaque si accepto lata sitti bi[f] pecunia, omnimodo[g] cum herede tuo agetur.

Hæc actio contra dolosum finitur anno: postea perpetuò datur in factum contra heredem, & est perpetua: quia non est famosa. Bartolus.

At si res[h] tibi tradita sit: si quidem mortuo te ea res extitit,[i] agetur cum herede tuo. si minus, non agetur: sed vtique in heredem perpetuò[k] dabitur: quia non debet lucrari ex alieno damno, cui conueniens est, vt & in[w] ipso qui dolo cõmiserit, in id quod locupletior[l] esset, perpetuò danda sit in factum actio.

XXIX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

SAbinus putat, calculi[m] ratione potius quam maleficij heredem cõueniri: denique famosum[n] non fieri: ideoque in perpetuum teneri oportere[o].

XXX. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

NEque causæ cognitio in heredis[p] persona erit necessaria.

Contra persuadentem fugam datur actio de dolo ad interesse.

XXXI. PROCVLVS libro secundo Epistularum.

CVm quis persuaserit familiæ meę vt de possessione decedat, possessio quidem non amittitur: [q] sed de dolo malo iudicium in eum competit, si quid damni mihi accesserit.[r]

Qui seruum in perniciem heredum ante tempus manumittit, actione de dolo tenetur. Bartolus.

XXXII. SCAEVOLA libro secundo Digestorum.

FIlius legatum sibi seruum per præceptionem rogatus manumittere post certũ tempus postea quàm rationes ipsi & coheredibus fratribus reddidisset: ante diem & ante redditas rationes ad libertatem vindicta[s] manumitten do perduxerat. quæsitum est an ex fideicommisso fratribus tenetur vt rationes eorũ pro portionibus redderet. Respondi, cum liberum fecisset, ex causa quidem fideicommissi non teneri: [t] verum si ideo properasset manumittere, ne rationes fratribus redderet, posse de dolo

m S *Abnius. Calculi.* i.obuentionis siue pecuniarię rei: quia per calculum fit huiusmodi computatio. & sic accipitur. C. de erro. calculi.

n *Deniq; famosum.* quia de calculo, & non de perfidia agitur: vt hic, & s̃.de infa. l.furti. §. fi. & infra ad muni. l. imperator.in fi.

o *Oportere.* scilicet actione de dolo. nã de actione in factum non est dubium.

p NEque *in heredis.* ſ.de personis: vt s̃.eodem.l.non debet. & l.heredib⁹. de summa sic: vt supra eod.si oleum.in fine. & l. sequen. Vel forte nec de summa: vt not. supra eod. l. ne ex dolo. & l. non debet. in fin. Accursius.

CVm quis.} CASVS. Absentaui me, & reliqui familiã meam in cuiusdam fundi possessione, tu persuasisti illi familiæ vt recederet de illa possi. & recessit. nunquid amitto pos. Et respõ. quòd non: sed si aliquod dãnum datum est in illa pos. ex prætermissione, tu persuasor teneberis mihi de dolo pro illo damno. Viuianus.

q *Non amittitur.* nisi fuerit ab alio occupata vt infra de adquir. pos. si de eo. §. si forte.in fin. & l. peregre. §.fina.& infra do contrahen. emptio. fistulas §. j. & nisi familia animo deserendæ possessionis discederet: vt infra de adquiren. possi. l. si colonus. secundum quosdam: vt

no.C.communia.de vsuca.l.j.

r *Accesserit.* quidam hoc intelligunt quando damnum contingit ex prætermissione. Aliàs haberet locum actio.l.Aquil. vt ĵ.de vsufr.si vsusfructus legatus.§.denique.Tu dic etiam si in faciendo, dummodo qui damnum dedit, non sit soluendo: cum tunc non videatur habere actionem de dolo: vt s̃.eod.l. D nam. Sed opponitur quòd etiam quando in prætermittendo datum est damnum, videtur habere locum.l.Aquil.vt insti.de l.Aquil.§.ceterum.& infra ad leg.Aquil.qui occidit.§.in hac. Sed dic quòd ibi in l.insti. suasio est proxima causa damni, hic remota: sed discessio est hic proxima: arg.infra de condic.ob tur.cau.l.si ob turpem.

Filius.} CASVS. Te filium meum cum duobus aliis tuis fratribus heredem instituì: & tibi legaui seruum: & rogaui vt eum post x.an.manumitteres. Item adieci aliud, quòd tunc manumitteres cum reddiderit rationem fratribus tuis & tibi. tamen illum seruum ante x. an. manumisisti. Item adhuc non reddiderat rationes ille seruus. Dicitur hic quòd tu non teneris ex fideicom. fratribus tuis: sed act. de dolo teneris fratribus tuis eiusdem coheredibus, si dolo ante tempus manumisisti. Viuianus.

s *Vindicta.* id est causa cognita apud prætorem: vt instit. de libe.§.j.

t *Non teneri.* neque seruo, quia iam fecit ei quod debuit: neq; fratribus quia de eis nõ fuit grauatus. sed videtur quòd hæc libertas nõ tenuit duplici ratione. Primo, quia contra voluntatem defuncti est data vel tradita: ergo non valet: vt infra ad

Trebel. l. si cui pure. §. j. quæ est contra. Sol. ibi accipitur contra pro præter. nam si propriè acciperetur, non valeret manumissio: vt infra de manumiss. test. si quis ita. §. j. & C. de testa. manumiss. l. contra volũtatem. at ibi data ante valeret. Vel dic, ibi contra voluntatem esset si ante tempus manumittere cogeretur: potest tamen sponte manumittere: vt hic. Secundo videtur non tenere, quia ante conditionem data libertas sub qua fuit relicta, non valet: vt infra de condi. & de. l. qui heredi.

a Dic & illud est verũ si relicti: sed beneficio heredis: vt hic secũ. Bal.

§. fina. [a] Sed dic quòd hic sub modo, non sub conditione fuit relicta: vt infra de leg. iij. si tibi legatum. licet enim si conditio esset apposita tantum pro se posset ante eam impletam manumittere: vt infra de heredi. institutio. l. iij. §. qui fideicommissariam. tamen hic non posset: quia esset gratia aliorum, scilicet coheredum: vt infra de condict. & demon. l. qui duobus.

RE.} CASVS. Possidebam librum: & cum eum volebam vendere tibi, Titius mouit mihi quæstionem de libro illo: & propter hoc tu non emisti librum, sed alium tibi emisti, & ab alio: destitit tamen Titius ab agendo. Dicitur hic quòd iste Titius mihi de dolo tenetur: vel in factum si fuit parens vel patronus. Viuianus.

a *Peremit.* faciendo rem litigiosam, vnde nec voluit quis emere, nec debuit: vt C. de litig. l. fin. in princ.

b *Cum sua.* id est pro sua &c. & accipe hic contra patronum vel patrem, contra quos cessat de dolo: vt supra eo. nõ debet. in fine. l. de quibus verisimile est quòd impediant propter spem successionis.

SI *cum.*} CASVS. Ex causa donationis permisisti mihi vt possim quærere saxũ in fundo tuo: & extrahere. feci expensas ibi. postea non permittis mihi & extrahã. Dicitur hic quod nõ habeo nisi actionẽ de dolo cõtra te. & hoc intelligas esse verũ quando illud saxũ non extraxeram. & sic non ob. cõtra. quod huic. l. signatur: imò obstat quòd si aliàs tecũ contraxi, ex eo contractu ago. vnde locum non habet hæc lex.

c *Permisisses.* scilicet ex causa donationis.

d *Actio.* hanc legem intellige secundum Io. quando nõdum exemit aliàs haberet locũ in rem actio: vt j. de do. qui saxum. quæ est contra. [b] & ita hæc cessaret, nisi ad damna: vt s. eo. cũ quis. hodie vero non datur de dolo hoc casu: cum competat condictio ex lege quando donationis causa permisisti: vt C. de don. si quis argentum. §. pe. Si vero ex alia causa cõueniste, ex eo contractu ago. & sic semper cessat hæc lex.

b Solue secundũ Bar. hic: & dic & ibi iam exemerat: vnde quia lapis erat effectus suus, merito potest vindicare. hic non.

SI *quis.*} CASVS. Pone casum hoc modo, & sic non ob. contra. Institutus fui heres sub conditione si darem decem Titio vsque ad mensem: & testator meus multa similiter legata reliquit sub conditione. depositarius. i. apud quem depositum fuit testamentum, deleuit illud testamentum, & sic non adimpleui conditionem: quia ignoraui condic. & quia non dedi decem Titio: ideo amisi hered. & per consequens legatarij amiserunt legata, cum non valeat testamentum. Dicitur hic quòd ego heres & etiam legatarij habemus actionem de dolo contra depositarium delentem, & sic consulitur nobis per act. de dolo.

e *Actionem.* imò videtur quòd actio. legis Aquil. & ad exhi. & depositi: vt infra ad leg. Aquil. l. qui tabulas. quæ est contra. Sol. hic nondum adita erat hereditas: ibi erat, & ideo. l. Aquil. agitur & ad exhi. cum dominus factus sit aditione hereditatis, secundum M. hoc non valet: quia tunc hereditati adquiritur: & sic per consequens heredi futuro: vt infra ad legem Aquil. huic scripturæ. sed aliud forte in re hereditaria: sed tabulæ non sunt res hereditariæ. hoc non placet: vt ibi. Alij dicunt quòd hic vt perpetuo essent apud hunc, fuerunt depositæ: ibi vero ad tempus. Tu dic quòd hic sub conditione erat institutus heres, quanquam adimplere nõ posset cum deleta scriptura ignorauit qualiter erat heres: ibi autem adiuit hereditatem in stitutus: & sic etiam legata eadem conditione suspenduntur hic.

SI *duo.*} CASVS. Vendebam tibi domũ quæ combusta erat & ego & tu sciebamus combustam: & sic ambo in dolo sumus. non agitur de dolo. sed cõpensatio fit ex vtraque parte. & probatur a casus infra de contrahen. empt. l. domum. in fine. vel pone aliter hunc casum vt scripsi supra de eo per quem factum erit. l. fina. §. fi. & stipulator. Viuianus.

f Non vgent. scilicet circa idem. & sic pone exemplum vt supra de eo per quem factum erit. l. fin. §. pe. & infra de contrahen. empt. domum. in fine. & infra quod vi aut clam. si alius. §. bellissime. & supra negotiorum gesto. exfacto. in fine. secus autem si tibi feci dolum in rem re: tu mihi in aliam quia ambo agimus: vt infra de noxa. quemadmodum. §. j. & argumen. infra de vi & vi arma. l. colonus. & l. cum fundum. Item not. hic argu. nil dolosius dolosio: vt arga. infra sol. ma. l. viro. & infra de compẽ. si ambo. & infra si quis omiserit cau. test. l. quidam Titium. & C. de lib. cau. si filium. & C. de hæret. l. quoniam. & Iuuenalis, Nil Catilina Cethego. & facit infra de do. ma. except. l. apud. §. item quæritur. versicu. Marcellus.

a Dic & illud est verũ si relicti: sed beneficio heredis: vt hic secũ. Bal.

[a] Non vgent. scilicet circa idem. & sic pone exemplum vt supra de eo per quem factum erit. l. fin. §. pe. & infra de contrahen. empt. domum. in fine. & infra quod vi aut clam. si alius. §. bellissime. & supra negotiorum gesto. exfacto. in fine. secus autem si tibi feci dolum in rem re: tu mihi in aliam quia ambo agimus: vt infra de noxa. quemadmodum. §. j. & argumen. infra de vi & vi arma. l. colonus. & l. cum fundum. Item not. hic argu. nil dolosius dolosio: vt arga. infra sol. ma. l. viro. & infra de compẽ. si ambo. & infra si quis omiserit cau. test. l. quidam Titium. & C. de lib. cau. si filium. & C. de hæret. l. quoniam. & Iuuenalis, Nil Catilina Cethego. & facit infra de do. ma. except. l. apud. §. item quæritur. versicu. Marcellus.

QVod *venditor.*} CASVS. vendebam tibi equum: vel seruum: & eum tibi effuso sermone commẽdabam: vt quia dixi, optimus est seruus. non tamen specificaui bonitates. sed illum ita bonum non inueniisti. si dolose non feci vel dixi, nõ teneor act. ex eo contractu: sed de dolo quãdo deceptus aliàs non esset empturus. Viuianus.

g *Quod venditor.* cum venditor commendat: aut effuso sermone: & sic stat in generalibus verbis. vt, optimus est hic seruus aut descendit ad specialia: vt, optimus est hic seruus, cocus, scriptor. Primo casu quandocunque & quibuscunq; non tenetur: vt infra de ædil. edic. l. sciendum tamen. j. respon. Secundo casu idem si vitium sit apparens: vt j. de contrahen. empt. l. ea quæ. in princ. & his duobus casibus potest intelligi principium huius l. nisi venditor in dolo, emptor autem in culpa fuerit: vt hac l. ij. respon. Si autem latens aut empturi expressit, aut alij. Si emptori, aut animo se obligandi: & tunc tenetur actione ex eo contractu: vt j. de ædil. edict. l. sciendum. j. §. j. versic. ea. & l. si quid. & de contrahen. emptio. l. ea quæ. ij. respon. Aut iactandi, siue non obligandi: & tunc si animo decipiendi, tenetur de dolo quando deceptus aliàs non erat empturus: vt hac l. secũdo respon. Si autem aliàs empturus erat, agit actione ex eo contractu: vt j. de actio. empt. l. Iulianus. §. si venditor. Si vero non animo decipiendi, nullo modo tenetur: vt hac l. primo respon. Si autem alij, vt alicui emptorem ibi astantem, tunc tenetur, vt hac l. secundo respõ. Si autem non vt deciperet, non tenetur. Et ex his colligo quòd tribus modis potest intelligi secundum responsum huius legis: & primum responsum quatuor modis. Sed quæritur: nõnne semper animo obligandi dicit, cum dicat litera hoc promissum: ergo semper debet cessare de dolo? Respon. secundum Azonem, quòd hic non nascitur ex dicto vel promisso actio quæ aliàs dari consueuit, scilicet quanto minoris, vel exempto. & sic ex promisione secundum hoc agitoris, vel exempto. & sic ex promisione secundum hoc agitur. Quare ergo de dolo dicit hic dari? Testes secundum eum. Quare ergo de dolo dicit hic dari? Tu ergo dicas quòd promissum hic accipitur non pro stipulatione: sed pro pollicitatione vel promisione sine interrogatione: vt j. de ædil. edic. l. sciendum. §. dictum. & §. promissum. Accursius.

h *Commendet.* quod fit non exprimendo: quia non descendit ad speciem.

de dolo malo actio [d] locum habebit.

Qui testamentum deleuit, tenetur legatario & heredi de dolo. Bart.

XXXV. IDEM libro trigensimo ad Edictum.

SI quis tabulas testamenti apud se depositas, post mortem testatoris deleuit, vel alio modo corruperit: heres scriptus habebit aduersus eum actionem [e] de dolo. Sed & his quibus legata data sunt, danda erit de dolo actio.

Dolus cum dolo compensatur. Bart.

XXXVI. MARCIANVS libro secundo Regularum.

SI duo dolo malo fecerint, inuicem de dolo non agent. [f]

Quæ dicta sunt animo cõmendandi rem, actionem de dolo non pariunt: nisi causa decipiendi emptorem sint dicta. Bart.

XXXVII. VLPIANVS libro quadragensimoquarto ad Sabinum.

QVod vẽditor gvt cõmẽdet [h] dicit sic habẽdum,

d *Actio.* hanc legem intellige secundum Io. quando nõdum exemit aliàs haberet locũ in rem actio: vt j. de do. qui saxum. quæ est contra. [b] & ita hæc cessaret, nisi ad damna: vt s. eo. cũ quis. hodie vero non datur de dolo hoc casu: cum competat condictio ex lege quando donationis causa permisisti: vt C. de don. si quis argentum. §. pe. Si vero ex alia causa cõueniste, ex eo contractu ago. & sic semper cessat hæc lex.

e *Actionem.* imò videtur quòd actio. legis Aquil. & ad exhi. & depositi: vt infra ad leg. Aquil. l. qui tabulas. quæ est contra. Sol. hic nondum adita erat hereditas: ibi erat, & ideo. l. Aquil. agitur & ad exhi. cum dominus factus sit aditione hereditatis, secundum M. hoc non valet: quia tunc hereditati adquiritur: & sic per consequens heredi futuro: vt infra ad legem Aquil. huic scripturæ. sed aliud forte in re hereditaria: sed tabulæ non sunt res hereditariæ. hoc non placet: vt ibi. Alij dicunt quòd hic vt perpetuo essent apud hunc, fuerunt depositæ: ibi vero ad tempus. Tu dic quòd hic sub conditione erat institutus heres, quanquam adimplere nõ posset cum deleta scriptura ignorauit qualiter erat heres: ibi autem adiuit hereditatem in stitutus: & sic etiam legata eadem conditione suspenduntur hic.

519

a *Actio.* scilicet ex empto.

Quidam debitor. } CASVS. Debebam tibi decem, & intraui quodam die cameram Titij amici tui, & sigillaui epistolam: vel ita feci quod iste Titius epistolam tibi mittebat: & continebatur in illa epistola quòd Titius te rogabat quòd tu me liberares. liberasti. postea inueniſti q epistola falsa erat vel ioannis: quia iam reuocarum fuit mãdatum.

Vide per hoc quod dicit infra eo. l. si tu es maior — si tu es maior, habebis actionem de dolo, vel restitueris si es minor. Viuia.

b *A Titio.* scilicet amico creditoris.

c *Falsa.* cum Titius eam non scripserit.

d *Vel inani. &c.* cum postquã scripserat, voluntatem mutauit: vt infra de manu. vin. l. si pater. j. respon.

Si te Titio. } CASVS. Volebam à te vindicare librũ quendam quem vsucapiebas. eras iuxta finem vsucapionis. & cum vellem te conuenire, Seius obtulit se, & dixit se possidere: & hoc ideo faciebat vt ita vsucapionem cõpleas. Seius ante litẽ contesta. quia non prosequebatur, fuit absolutus ab obseruatiõe iudicij, quãdo ante bene desistere potuit j. de rei vindica. is qui se obtulit. Dicitur hic quòd Seius iste mihi actione de dolo tenetur. Viuianus.

Si te Titio. id est contra Titium. Accur.

f *Vsucapiat.* i. vsucapionem compleat.

g *Absolutus sis.* quia destitit ante lit. contest. cõtra se: & dicit se non possidere: nec actor proposuerat à certa persona petere. aliàs erat damnandus: vt j. de rei vindi. l. is qui se obtulit. & l. si autem. & de peti. here. qui se. nõ autem ideo est absolutus, quia sit cõpleta vsucapio: quia nec possessor ea causa absolueretur: vt j. de rei vindic. l. si post. & sic definitiue vel ab obseruatione iudicij fuit absolutus. Accursius.

h *De dolo malo.* s. actione. Sed cum stipulatus sit actor iudi. sol. in qua stipulatione dolum abesse continetur: vt j. iudi. sol. l. iudicatum solui quare non ex stipulatu agitur: vt §. eod. l. & eleganter, §. non solum? Respon. quia hic agitur ex dolo commisso in offerendo se ante stipulationem: vt dixi §. eod. l. j. in prin. Item nunquid potest restitui: vt j. ex quibus causis maior prætor. §. fi. & sic cessat de dolo actio? Respon. illud quando dolo aduersarij: hic autem extranei dolo fuit vsucapio cõpleta. Item quid si non est soluendo qui se obtulit? Respon. in subsidium restituitur lis: vt §. de eo per quẽ fac. erit. l. fin. & argum. §. de jn integrum restitu. l. diuus. ibi, nec intra has &c. Accursius.

Si qui. } CASVS. Cum essem heres, propter onera hereditaria nolebam hereditatẽ adire. vnus de creditoribus hereditariis vel alius extraneus suasit mihi vt adirem, & adiui eius suasione. tenetur ille persuasor actione de dolo. Sed pone quòd vnus solus creditor in ista hereditate esset, sed persuasit mihi vt adeam tunc haberem contra eum de dolo actionem. Viuia.

Actor per hoc quod dicit infra de leg. præstan. contra tabu. l. j.

i *Creditor.* hereditarius vnus de pluribus.

k *Exceptio.* cum ex eo quod perfidè gestum est, actor nihil consequi debeat: vt j. de do. excep. l. apud. §. Marcellus. & ff. Vetus.

quasi neq; dictum neq; promissum, est. Si verò decipiendi t emptoris causa dictũ est: æquè sic habendum est, vt non nascatur aduersus dictũ promissumve actio[a], sed de dolo actio.

Qui prætextu falsarum literarũ est liberatus, actione de dolo tenetur. Bart.

XXXVIII. IDEM libro quinto Opinionum.

QVidam debitor epistulam quasi à Titio[b] mitti creditori suo effecit vt ipse liberetur. hac epistula creditor deceptus, Aquiliana stipulatione & acceptilatione liberauit debitorem. postea epistula falsa[c] vel inani[d] reperta, creditor maior quidem annis vigintiquinque de dolo habebit actionem: minor autem in integrũ restituetur.

Qui impedit præscriptionis interruptionẽ contra alium, actione de dolo tenetur. h. d. aliàs sic, Qui se offert defensionem rei quam possidet, & desistit, ad interesse actione de dolo tenetur. Bartolus.

XXXIX. GAIVS libro vicensimoseptimo ad Edictum Prouinciale.

SIte[e] Titio[e] obtuleris de ea re quam non possidebas, in hoc vt alius vsucapiat[f], & iudicatum solui satisfederis: quamuis absolutus sis[g], de dolo malo[h] tamen teneris. & ita Sabino placet.

Contra eum cuius dolo quis adit hereditatem, succurritur per hanc actionem: vel si est creditor, per doli exceptionem. Bart.

XL. IVRIVS Anthianus libro primo ad Edictum.

IS qui decepit aliquem vt hereditatem non idoneam adiret: de dolo tenebitur, nisi fortasse ipse creditor[i] erat, & solus erat: tunc enim sufficit contra eum doli mali exceptio[k].

Site Titio. id est contra Titium. Accur.

Vsucapiat. i. vsucapionem compleat.

Absolutus sis. quia destitit ante lit. contest. cõtra se: & dicit se non possidere: nec actor proposuerat à certa persona petere. aliàs erat damnandus: vt j. de rei vindi. l. is qui se obtulit. & l. si autem. & de peti. here. qui se. nõ autem ideo est absolutus, quia sit cõpleta vsucapio: quia nec possessor ea causa absolueretur: vt j. de rei vindic. l. si post. & sic definitiue vel ab obseruatione iudicij fuit absolutus. Accursius.

De dolo malo. s. actione. Sed cum stipulatus sit actor iudi. sol. in qua stipulatione dolum abesse continetur: vt j. iudi. sol. l. iudicatum solui quare non ex stipulatu agitur: vt §. eod. l. & eleganter, §. non solum? Respon. quia hic agitur ex dolo commisso in offerendo se ante stipulationem: vt dixi §. eod. l. j. in prin. Item nunquid potest restitui: vt j. ex quibus causis maior prætor. §. fi. & sic cessat de dolo actio? Respon. illud quando dolo aduersarij: hic autem extranei dolo fuit vsucapio cõpleta. Item quid si non est soluendo qui se obtulit? Respon. in subsidium restituitur lis: vt §. de eo per quẽ fac. erit. l. fin. & argum. §. de jn integrum restitu. l. diuus. ibi, nec intra has &c. Accursius.

Si qui. } CASVS. Cum essem heres, propter onera hereditaria nolebam hereditatẽ adire. vnus de creditoribus hereditariis vel alius extraneus suasit mihi vt adirem, & adiui eius suasione. tenetur ille persuasor actione de dolo. Sed pone quòd vnus solus creditor in ista hereditate esset, sed persuasit mihi vt adeam tunc haberem contra eum de dolo actionem. Viuia.

Actor per hoc quod dicit infra de leg. præstan. contra tabu. l. j.

Creditor. hereditarius vnus de pluribus.

Exceptio. cum ex eo quod perfidè gestum est, actor nihil consequi debeat: vt j. de do. excep. l. apud. §. Marcellus. & ff. Vetus.

A cit supra de eo per quem factum erit. l. j. §. si reus. & dic vt no. supra eo. l. j. §. ait prætor. in fine.

DE MINORIBVS VIGINTI-quinque annis.

Dictum est de his qui iure actio. restituuntur: nunc de his qui iudicis officio: vt infra eo. l. quod si minor. §. vlti.

HOc edictũ. } CASVS. Dominus Vlpianus laudat & commendat prætorem, quia de moribus edictum fecit inter alia edicta: quia ipse prætor voluit suscipere defensionem minorum: nam minores sunt fragiles: vnde minores restituuntur contra deceptiones factas in contractu, & extra, propter suam fragilitatem, & propter dolum aduersarij. prætor ergo dicit quòd omnia quæ facta sunt cum minoribus, videbit ipse prætor: & si minor erit restituendus, vel non. Dicit Vlpianus. Bene apparet ex verbis edicti quòd promittit auxilium minoribus. xxv. annis si decipiantur. & si accipiunt adolescentes infra hos vigintiquinque annos, quinque liberos, non propter hoc potes dicere vt computentur singuli liberi pro singulis annis: sed hoc fit in honoribus recipiendis: quia si quis habet vigintiquinque an. & v. liberos: singuli liberi computantur pro singulis annis. Viuianus.

*atatum.

*vtique quæ ea res erit.

DE MINORIBVS VIGINTIQVINQVE annis.

TITVLVS IIII.

Primò commendat edictum. Secundò ponit illud. Tertiò incipit exponere. secũdaibi, prætor. tertia ibi, apparet. hoc sufficit pro summario. Bartolus.

I. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

B HOc edictum[l] prætor naturalẽ[m] æquitatẽ secutus proposuit: quo tutelam[n] minorũ suscepit. Nam cũ inter omnes constet fragile[o] esse & infirmum huiusmodi ætatiũ* cõsilium, & multis captionibus[p] suppositũq; multorum insidiis[r] expositum: auxilium[s] eis prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiones[t] opitulationem. Prætor edicit: *Quod cum minore quàm vigintiquinque annis natu gestum esse dicetur, vti quæque res erit*, animaduertam*. Apparet minoribus annis vigintiquinque eum opẽ polliceri. nam post hoc tempus compleri[u] virilem vigorem constat: & ideo hodie in hanc vsque ætatẽ adulescentes curatorum auxilio reguntur: nec antè rei suæ administratio eis committi debebit[x], quamuis bene rem suam gerentibus:

Numerus liberorum non supplet ætatem quo ad impediendã in integrũ restitutionẽ, sed quo ad decernendum honores. Bart.

l *Hoc edictum.* quod est infra eo. §. j.

m *Naturalem.* i. naturali ingenio inductã: tamen contra iusgentiũ, siue naturale quod tuetur pacta: vt supra de pactis. l. j. nam per restitutionem pacta & conuẽtiones destruuntur. sic & aliàs dicitur naturalis æquitas. infra de leg. præstan. contra tabu. l. j.

n *Quo tutelam.* id est defensionem. sic generaliter ponitur j. de leg. iij. cum filiofamilias. ibi, ergo & si. Accursius.

o *Fragile.* imò à decimoseptimo an. s. videtur firmũ vt institit. qui manumittere non possunt. §. fi. Sed illud fauore libertatis. Et in aduocato ideo, quia sibi imputet qui talem aduocatum sibi assumit: vt j. eo. cum mandato. Sed iure Lombardo secus: quod dic vt in Lombar. de prohi. alie. mi. l. j.

p *Captionibus.* in contractibus.

q *Suppositum.* sua facilitate.

r *Insidiis.* extra contractus. Accursius.

s *Auxilium.* quando sui facilitate sunt decepti.

t *Captiones.* id est dolum aduersarij. & sic propter duo datur auxilium.

u *Compleri.* id est roborari: non autem dicas definere.

x *Committi debet.* sic scilicet vt gestum ab eo tanquam à patrefamilias maiore ratum sit. Committitur tamen, nec curatorem accipere cogitur, nisi in litem: vt institutio. de curatoribus. §. item inuiti. quæ est contra. Item in casu etiam secure committitur, scilicet post veniæ ætatis concessionem à principe factam: vt infra eodem. l. denique. in fine primi respon. est l. iij. & C. de his qui ve. æta. impe. l. ij. & iij. quæ sunt contra.

a *Nec per liberos. Rem suam.* id est rerum suarum administrationem. Accursius.

b *Legibus* vt hic, & C. eo. l. ij. & C. de admi. tut. l. de his.

c *Ad honores.* suscipiendos: ad quos minor non admittitur, & admissus vocis suffragium non habet inter decuriones: vt j. de mu. & ho. l. ad rempu. Item prosunt liberi ad excusationem tutelæ: vt C. qui nume. libero. se excu. l. j. Item prosunt ad excusationē personalium munerum: vt C. de his qui nume. li. vel pauper. excu. meru. l. nepotes. & l. de personalibus. lib. x.

† Nota q̄ adultus iuret habeat multos filios, nō ideo desinit esse sub cura sui maioris. con cor. ad id. l. fin. de legi. tu infra. *permittā- tur. aliàs remittātur.

II. IDEM libro nonodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

NEc per liberos † suos rē suam [a] maturius à curatoribus recipiat. Quod enim legibus [b] cauetur, vt singuli anni per singulos liberos demittantur: * ad honores [c] diuus Seuerus pertinere ait, non ad rem suam recipiendam.

Princeps potest minori administrationem bonorum suorum concedere, non iudex inferior. Bartolus. B

III. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

DEnique diuus Seuerus & imperator noster huiusmodi consultum vel præsidum decreta [d] quasi ambitiosa esse interpretati sunt: [e] ipsi [f] autem perrarò [g] minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt. & eodem iure vtimur. [h]

Si dolo aduersarij negotium contractum est, vt in maiore ætate perficiatur, vel si finis habet necessariam consequentiam ad principium, inspicimus principium. aliàs finis inspi-

citur. h. d. cum seq. §. Primò ponit vnā quæstionem. Secundò ponit quosdam casus qui conferunt ad determinationem quæstionis prædictæ: non tamen eam determinat. Secunda ibi, & placet. Bartolus.

Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur: vtrum initium spectamus, an finem? [i] Et placet (vt est constitutum) si quis maior factus comprobauerit [k] quod minor gesserat, restitutionem cessare. Vnde illud [l] non ineleganter Celsus epistularum libro vndecimo & Digestorum secūdo tractat, ex facto à Flauio Respecto prætore consultus: [m] Minor annis vigintiquinque, annos fortè vigintiquatuor agens, iudicium tutelæ heredi tutoris dictauerat [n]: † mox factum, vt non finito iudicio iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres absolutus [o] proponeretur. in integrum restitutio [p] desiderabatur. Celsus

A stituendus cum pater de peculio de bursa teneatur, & conuenerit: quia quicquid soluit pater de peculio, de bursa filij soluit: cum eius sit peculium. hoc tamē falsum est: quia plus versatur vtilitas patris in peculio quàm filij: & tamen aliquo casu efficitur peculium filij. & de hoc ponit exemplum ibi, vt &c. Est ergo generale quòd minor sit restituendus, & filia etiam restituetur si ex interuallo consensit patri stipulanti dotem, quā ipse pater dedit. pater ei potest stipulari incontinenti dotem inuita filia: ex interuallo nequaquā. ¶ Si quis. ¶ Cū minor essem xxv. an. dedi me in arrogationem cuidam prædoni. an possim restitui? Et respon. quòd sic. postea fecit pater pactum de non petendo legato cum herede: filius ei consensit: & sic læsus est: nūquid potest restitui? Dicitur quod potest. Sed pone quòd militia fuit filiofamil. relicta, postea pactus est de ea non petenda. Dicitur quòd restituetur fil'. Si vero sit institutus sub tali condictio. si emancipetur à patre intra certum tempus: & cum pater hoc ignoraret, elapsum est tēpus illud: & in hoc quòd non certiorauit patrem, læsus est fil': dicitur q̄ si pater fue-

C rit paratus emancipare, restituetur filius. ¶ Pomponius. Si filiusfa. iure peculiari contraxit, & deceptus est: restitui potest: & si ei filio decedenti pater succesit, pater ex persona filij restituetur: nec refert an contraxit in peculio profectitio, an aduentitio. In secunda parte dicit idē si in peculio castren si contraxit. ¶ Seruvs. Si seruus minor annis. xxv. contraxit, & deceptus est: nūquid potest restitui? Dicitur quòd non: quia sibi imputet dominus qui tali administrationem commisit. & non refert commisit liberam peculij administrationem, vel non. nam dominus non restituitur. Item aliquādo tenebitur dominus tributoria vel aliis pluribus actionibus vel modis quibus ex contractu serui conueniri potest, nec tamen in his si seruus minor deceptus fuerit, restituetur dominus maior. Viuianus.

D

a *Nec per liberos. Rem suam.* id est rerum suarum administrationem. Accursius.

b *Legibus* vt hic, & C. eo. l. ij. & C. de admi. tut. l. de his.

c *Ad honores.* suscipiendos: ad quos minor non admittitur, & admissus vocis suffragium non habet inter decuriones: vt j. de mu. & ho. l. ad rempu. Item prosunt liberi ad excusationem tutelæ: vt C. qui nume. libero. se excu. l. j. Item prosunt ad excusationē personalium munerum: vt C. de his qui nume. li. vel pauper. excu. meru. l. nepotes. & l. de personalibus. lib. x.

† Nota q̄ adultus iuret habeat multos filios, nō ideo desinit esse sub cura sui maioris. con cor. ad id. l. fin. de legi. tu infra. *permittā- tur. aliàs remittātur.

II. IDEM libro nonodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

NEc per liberos † suos rē suam [a] maturius à curatoribus recipiat. Quod enim legibus [b] cauetur, vt singuli anni per singulos liberos demittantur: * ad honores [c] diuus Seuerus pertinere ait, non ad rem suam recipiendam.

Princeps potest minori administrationem bonorum suorum concedere, non iudex inferior. Bartolus. B

III. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

DEnique diuus Seuerus & imperator noster huiusmodi consultum vel præsidum decreta [d] quasi ambitiosa esse interpretati sunt: [e] ipsi [f] autem perrarò [g] minoribus rerum suarum administrationem extra ordinem indulserunt. & eodem iure vtimur. [h]

Si dolo aduersarij negotium contractum est, vt in maiore ætate perficiatur, vel si finis habet necessariam consequentiam ad principium, inspicimus principium. aliàs finis inspi-

citur. h. d. cum seq. §. Primò ponit vnā quæstionem. Secundò ponit quosdam casus qui conferunt ad determinationem quæstionis prædictæ: non tamen eam determinat. Secunda ibi, & placet. Bartolus.

Si quis cum minore contraxerit, & contractus inciderit in tempus quo maior efficitur: vtrum initium spectamus, an finem? [i] Et placet (vt est constitutum) si quis maior factus comprobauerit [k] quod minor gesserat, restitutionem cessare. Vnde illud [l] non ineleganter Celsus epistularum libro vndecimo & Digestorum secūdo tractat, ex facto à Flauio Respecto prætore consultus: [m] Minor annis vigintiquinque, annos fortè vigintiquatuor agens, iudicium tutelæ heredi tutoris dictauerat [n]: † mox factum, vt non finito iudicio iam eo maiore effecto vigintiquinque annis, tutoris heres absolutus [o] proponeretur. in integrum restitutio [p] desiderabatur. Celsus

A stituendus cum pater de peculio de bursa teneatur, & conuenerit: quia quicquid soluit pater de peculio, de bursa filij soluit: cum eius sit peculium. hoc tamē falsum est: quia plus versatur vtilitas patris in peculio quàm filij: & tamen aliquo casu efficitur peculium filij. & de hoc ponit exemplum ibi, vt &c. Est ergo generale quòd minor sit restituendus, & filia etiam restituetur si ex interuallo consensit patri stipulanti dotem, quā ipse pater dedit. pater ei potest stipulari incontinenti dotem inuita filia: ex interuallo nequaquā. ¶ Si quis. ¶ Cū minor essem xxv. an. dedi me in arrogationem cuidam prædoni. an possim restitui? Et respon. quòd sic. postea fecit pater pactum de non petendo legato cum herede: filius ei consensit: & sic læsus est: nūquid potest restitui? Dicitur quod potest. Sed pone quòd militia fuit filiofamil. relicta, postea pactus est de ea non petenda. Dicitur quòd restituetur fil'. Si vero sit institutus sub tali condictio. si emancipetur à patre intra certum tempus: & cum pater hoc ignoraret, elapsum est tēpus illud: & in hoc quòd non certiorauit patrem, læsus est fil': dicitur q̄ si pater fue-

C rit paratus emancipare, restituetur filius. ¶ Pomponius. Si filiusfa. iure peculiari contraxit, & deceptus est: restitui potest: & si ei filio decedenti pater succesit, pater ex persona filij restituetur: nec refert an contraxit in peculio profectitio, an aduentitio. In secunda parte dicit idē si in peculio castren si contraxit. ¶ Seruvs. Si seruus minor annis. xxv. contraxit, & deceptus est: nūquid potest restitui? Dicitur quòd non: quia sibi imputet dominus qui tali administrationem commisit. & non refert commisit liberam peculij administrationem, vel non. nam dominus non restituitur. Item aliquādo tenebitur dominus tributoria vel aliis pluribus actionibus vel modis quibus ex contractu serui conueniri potest, nec tamen in his si seruus minor deceptus fuerit, restituetur dominus maior. Viuianus.

D

d *Decreta.* quibus permittitur administratio minoribus.

e *Interpretati sunt.* Nor. præsumitur ambitiosum rescriptum cum contra legem fit: vt C. de preci. impe. offe. l. rescripta.

f *Ipsi.* scilicet imperatores, & non alij.

g *Perrarò.* quandoq; enim permiserunt, vt masculis maioribus xxv. annis, fœminis maioribus. xviij. venia ætatis data: vt C. de his qui veniam ætatis. l. ij.

h *Vtimur.* scilicet imperatorum, & non aliorum.

i *An finem.* huic confusæ quæstioni non respondet: vnde potest responderi & sic, & non: secundum quòd diuersa exempla dari possunt. nam si dicas, tempore minoris ætatis vendidit: factus maior tradidit: non restituitur: argument. infra ad Macedo. si filius. §. fina. & l. sequen. si autem ponas quòd sub conditione contraxit, & conditio post exiterit, putarem restitui: vt argument. infra de verbor. obligat. si filiusfamil. Item potest poni exemplum in lege commissoria: vt infra eo. Aemilius.

k *Comprobauerit.* scilicet expresse: idem si tacite: vt si taceat per quadriennium quando contractus tenuit: vt C. de tempo. in integ. restit. l. fi. vel v. annis quando non tenuit: vt C. si mafac. l. fin.

l *Vnde illud.* posuit supra exemplū in contractu, nūc in quasi contractu. nam in iudicio quasi contrahitur: vt infra de pec. l. iij. §. idem scribit. & in aditione hereditatis: vt instit. de oblig. ex quasi contractu. §. hæres.

m *Consultus.* id est interrogatus.

n *Dictauerat.* id est contra heredes tutoris proposuerat.

o *Absolutus.* scilicet esse per sententiam iudicis.

p *Restitutio.* contra sententiam latam pro herede tutoris.

Non

igitur Respecto suasit, nō facilè[1] hunc quondam minorē in integrum restitui: sed si ei[b] probaretur[c] calliditate aduersarij id actum, vt maiore eo facto liberaretur[d]. Neque enim extremo, inquit, iudicij die videtur solùm deceptus hic minor: sed totum hoc structum[e] vt maiore eo facto liberaretur. Idem tamen[f] confitetur, si leuior[g] sit suspicio aduersarij quasi dolose versati, non debere hunc in integrum restitui.

Scio etiam illud aliquando incidisse: Minor vigintiquinque annis miscuerat se paternæ hereditati: maiorq; factæ exegerat aliquid à debitoribus paternis: mox desiderabat restitui in integrum, quo magis abstineret paterna hereditate. contradicebatur ei, quasi maior factus cōprobasset[h] quod minori sibi placuit. putauimus tamen restituendum[i] in integrum initio inspecto. Idem puto & si alienam adiit hereditatem.

Hucusque iurisconsultus exposuit hoc verbum, minor. hic exponit verbum, natu. & hoc intendit: Minor ætas inspicitur de momento ad momentum: & dies bisextilis cum præcedenti computatur pro vno. Bar.

Minorē[k] autē vigintiquinque annis natu, vidēdum[l] an etiā diē natalis sui adhuc dicimus ante horam qua natus est, vt si captus[m] sit restituatur. Et cum nondum[n] cōpleuerit. ita erit dicendum: vt à momento in momentum[o] tempus spectetur. Proinde & si bisexto[p] natus est, siue priore, siue posteriore die: Celsus scripsit nihil referre. nam id biduum pro vno die habetur, & posterior dies kalendarum intercalatur[q].†

Fortis est §. Minor etiam filiusfa. aduersus obligationem restituitur etiam si iussu patris cōtraxerit, præterquam in mutuo. & beneficium filij minoris ad patrem non porrigitur. hoc dicit. Primò ponit. q. & eius dubitationem. Secundo respondet quando filius contraxit absque patre, nec habebat peculium. Tertiò quando contraxit iussu patris. Quartò quando contraxit absque iussu patris. sed habebat peculium. Quintò quando habebat dotem: & super dote contraxit. Secunda ibi, ego autem. Tertia ibi, proinde si iussu. Quarta ibi, proinde & si sine. Quinta ibi, ergo. Bartolus.

Sed vtrū solis patribus familiarum[r], an etiā filiisfamiliarū[s] succurri debeat, videndum. Mouet dubitationem, quòd si quis dixerit etiam filiisfamiliarū in re peculiari[t] subueniendū: efficiet, vt per eos etiam maioribus subueniatur, id est patribus eorum, quod nequaquā fuit prætori propositū. prætor enim minoribus auxilium promisit non maioribus.[u] Ego autem verisimā arbitror sententiam. existimātium filiumfamilias minorem annis in integrum restitui posse ex iis solis causis quæ ipsius intersint, puta si sit obligatus[x]. Proinde si iussu patris obligatus sit, pater vtique poterit insolidum conueniri: filius autem cum & ipse possit vel in potestate manens conueniri, vel etiam emancipatus vel exheredat[y], in id quod facere potest, & quidem in potestate manens etiam inuito[z] patre ex l. in vsucapionibus. & de diuer. & tem. præ. l. in vsucapione. in prin. Quidam autē dicunt sufficere tetigisse de vltimo anno: vt ad honores & munera: vt ī. de mu. & hon. l. ad rem. Item in restituendo filiis hereditatem: vt ī. ad Treb. l. qui filium. §. Sabinus. quæ iura sibi inuicē cōtraria videntur: sed nō sunt: quia quod de anno incepto dicitur, fauore reipub. est, vt sint ibi legitimi plures q possint eligi: & hic specialissimum. & eodē modo in hereditate filiis restituenda quæ quasi debita est eis: vt C. de cod. l. fi. Item quod de die cœpto pro cōpleto habendo dicitur, semper inuenitur fauor prorogari: vt hic per hoc in omnib[9] casibus inductis ad hoc. Itē quòd de momento ad momentum inspiciatur, fauor similiter ætatis est: cui ætati est fauendum: vt C. de actio. empt. l. curabit. at cum præscriptio sit odiosa, restringitur: vt & ibi. alió respectu inspicitur de momēto ad momentum. nam odia sunt restringenda, & fauores ampliandi: vt ī. de libe. & post l. cum quidam.

† Ad loci huius intelligentiā vide Budæū hic. hallucinatur enim Accursius.

Odia sunt restringenda, & fauores ampliandi.

p *Bisexto.* Not. quòd vnusquisq; annūs habet. 365. dies: vt ī. de sta. li. cum heres. §. Stichus. & ī. ad l. Aquil. ita vulneratus. & sex horas plus, secundum philosophos: vt innuitur. ī. de verb. signifi. cum bisextus. circa. fi. quæ sex horę collectę quatuor annis faciunt xxiiij. horas, & sic vnū diem naturalem, qui attribuitur Februario: cui Augustus vnum, & Iulius Cæsar alium abstulit, & sic habet xxviij. dies: cum quilibet habeat xxx. & in fi. eius restituitur sibi secūdum legem. & sic in vno de quatuor annis inuenitur habere xxix. dies. & tunc est bisextus: vt ī. de verb. signi. cum bisextus. in fi. Sed Romana Ecclesia. vj. kalen. Martij attribuit illū diem: quod est in die sancti Matthiæ Apostoli. Et bis dicitur, sexto kalendas Martij: vt hic subiicit euidenter: ideoque potest dici bisextus, quia bis sic dicitur.

q *Intercalatur.* id est de medio tollitur, vt pro die non computetur, secundum Ioan.

r *Sed vtrum solis patribus familiarum.* minoribus tamen.

s *Filiisfamil.* minoribus.

t *Peculiari.* profectitij peculij in castrēsi vel quasi indistincte restituitur: vt ī. eod. §. Pomponius. in fi.

u *Non maioribus.* per hoc edictū, sed per aliud sic: vt ī. ex qui. cau. ma. l. j.

x *Si sit obligatus.* quod est ex omni causa, & sine iussu patris, præterquā in Mace. vt ī. ad Mac. l. j. & in voto: vt ī. de polli. si quis rem. §. voto. in illis ergo non restituitur: vt ī. e. in causæ. iij. in prin. Sed oppo. ī. quod me. cau. metum. ij. §. sed quod prætor ait. ADDITIO. Pro sol. huius contrarij dic secūdum Bar. hic quòd aliud est in illa restitutione, quæ datur iure actionis. aliud in ista, quæ datur officio iudicis.

y *Quod facere potest.* sed superiori insolidum quando in potestate erat: vt C. quod cum eo. l. eius. & l. si ex alio. & ī. de pecu. si quis eum.

z *Inuito patre.* hoc olim, sed hodie semp debet habere cōsen-

t *Non enim.* bene dico restitutionem dandam. non enim, &c. sic secundum M. in integrum restitutio datur, vbi aliud auxilium est speciale: vt & arg. C. si aduer. fisc. l. j. & j. eo. Aemilius. sed secundum Io. non, & dic bene dico habere locum condictionem. non enim &c. & est arg. supra in princ. huius l. & infra eo. cum mandato. Sed contra Io. est valde. C. de fideius. mi. l. si ea. nam ibi dolus dederat causam contractui. & dicitur consulendum fideiussori minoris. ibi ergo dabatur condictio sine causa, & restituitur. Sed dicas, ibi alio modo quàm per restitutionem succurritur. vbi ergo restituitur? Ni vbi fuit dolus incidens, non restituitur: quia quilibet maior ageret actione ex eo contractu. Sed forte fideiussor non: quia tantum ex contractu stricti iuris tenebatur. Item si nullus dolus fuit, non datur restitutio fideiussori: vt s. in causæ. ij. respon. quia ibi dolus dederat causam contractui, & traditio facta erat: & fideiussor de euictione tenebatur: nec habet fideiussor condictionem sine causa, sed restituitur ipse & minor. Nam actio de dolo minori denegatur: quia restitui potest: vt s. tit. j. l. ij. §. idem. & l. quidam. sed nonne habet exceptionem? Respon. non tollit restitutionẽ vt in princ. huius l. notatur. Nec etiam obst. d. l. C. si aduer. fis. l. j. quia ibi re ipsa & j. dimidiam fuit deceptus: non ex proposito. vnde restituitur actione communi: vt j. proxi. §. Item non obst. alia j. eo. l. Aemilius. quia ibi fuit prorogatum tempus in certum diem: illéque dies lapsus fuit: vnde venditor ad legem commissoriam redire potest: vt j. de verb. oblig. l. cum stipulatus. Sed heres emptoris quasi cum eo videatur contractum, hoc ipso quòd prorogatio facta est ei, in integrum restitui potest: & actionem ex empto quam recuperauerat per prorogationem, vt infra de lege commiss. l. antepenul. §. fin. & l. sequen. amittit per cursum sequentis temporis.

v *Generaliter.* bene dico per condictionem, non ipso iure: quia tunc cessaret restitutio: quia non est opus, licet hoc casu cesset: quia est aliud auxilium commune.

x *Naturaliter licere.* id est de iure gentium: vt j. loca. l. item. §. §. quemadmodum. tenet enim cõtractus nihilominus: sed deceptus, si quidem re ipsa, minor restituitur pro leui damno etiã, nõ pro minimo: vt s. de in integ. rest. socio. maior non nisi vltra dimidiam iusti pretij sit deceptus: vt C. de rescin. vend. l. ij. & l. si voluntate. si autem ex proposito, incidenter tamen agitur ex eo contractu: vt j. de act. empt. l. Iulianus. §. si venditor. & diximus supra tit. j. l. & eleganter. in princip. Adiectio. Quærit hic Bald. an istud sit verum de iure diuino. Dic quòd non, nec de iure canonico: & hoc tenet hic Cyn. in additione: quod intellige si dolus versetur: secus si bona fide contrahatur. & quod not. per Inn. in c. j. in contracti. de vsur. & de empt. & vend. l. cum causam. & not. Arch. x. q. ij. cap. ea enim. §. hoc ius.

y *Magistratus.* maxime qui habent merum imperium & mixtum.

z *Pro iurisdictione.* i. inter eos qui sunt de sua iurisdictione, & infra

& intra quantitatem quæ sua i iurisdictione continetur : vt C. vbi & apud quem.l.ij.& ſ.de iurisd.om.iudi.l. fi. vel propter iurisdictionem quam habent. Magistratus autem municipales vel ciuitatum defensores non possunt in integrum restituere:vt ĵ. ad muni.l.ea quæ.& in auth.de defen. ci.§.iusiurandum.versi. nulla.in fin.col.iij.Sed videtur quod hodie possunt, cum istud possit delegatus:vt C.vbi& apud quem.l.fin.in fi. Nam ea tantum delegantur, quæ iure magistratus competũt:vt ſ.de offi. eius cui man.est iurisdic.l.j.in prin. Vel dic aliud in delegato:quia fungitur vice delegantis : vnde ille restituere videtur : vt d. l. C. vbi & apud quem.l.fi. & ſ.de offic. eius cui man.est iurisdic.l. & si prætor.

a *Sententiam suam.* no. contra sententiam suã eundem dare restitutionem.Sed contra.C. sen.rescin.non pos.l.j. & C.de pœ.l. pœnam. & ĵ. de re iu. l. quod iussit. in fi. & l. iudex. & ĵ.de quæstio. l. j. in fin. Sol.hic speciale in hac in inte.rest.ar. ĵ.l. proxi.

b *Præfecti. Non possit.* vt ſ. de offic.præfec.præto.l.j.in fi.

c *Querelam.* scilicet continet.

d *Errоris.* scilicet iudicis:vt hic,& ĵ.de ap. l.j.in prin.

e *Continet.* propter quæ duo datur restitutio:vt ſ.eo.l.j. in prin.

f *Minor autem. Non restituet.* nec etiam de appellatione cognoscit:vt ĵ. de appel. l. j. §.si quis. Sed contra sententiam paris restituit, cum contra suam restituat:vt ſ. l.proxima,in fi.non autem de appellationib⁹ cognoscit par : vt in authen. de ap. & intra quæ tempo. §. fi. col. iiij. Sed videtur quòd etiam contra sententiam maioris restituat: vt C. si aduer. rem iudi.l.iij. Sed ibi nomen præsidis pro maiore accipitur quàm proconsulis,cum sit generale:vt ſ. de offic.præſi.l.ij.

g *Dixit.* contra minorem.

h *Et induci.* permittitur hoc casu.& ideo dicit,perraro.

i *Dicat.* supple,& restituit:dum &c.

k *Allegat.* id est non allegat ea quæ sunt dicta.i.dicenda pro causa. Vel non allegat coram principe in causa appellationis quæ sunt dicta pro causa prima. vel non allegat, id est non probat ea dicta,substantiuè dico,quę sunt pro causa.Vel non allegat,id est non probat ea quæ dicta sunt pro causa,secundum Io.Sed nonne ipso iure sententia non tenuit in casu sequenti de aduocato:vt C.de aduo.diuer.iud.l.j.quæ est contra.ergo restitutio non datur:vt ſ.l.in causæ.in prin. Sol.ibi non est mero iure nulla,sed per restitutionem,vt hic.Vel hic non fuit prævaricator,scilicet cum aduersario,sed ad causam non venerat in odium istius,falso dicens quod clientulus nõ satisfeciſſet.Vel distingue an pecunia fuit aduocatus corruptus,vt tunc sententia non teneat,vt ibi:an gratia,vt tunc teneat:vt ĵ.ad Trebel.l. seruo inuito. §. cum prætor.sed datur restitutio:vt hic.

l *Incoloratè.* id est non allegando aliquam causam, secundum Vetus.

tegrum possunt tam in aliis causis, quàm contra sententiam suam[a].

XVII. HERMOGENIANVS libro primo iuris Epitomarum.

PRæfecti etiam prætorio ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis appellari ab his nõ possit[b].Hæc idcirco tam variè, quia appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam[c], in integrum verò restitutio erroris[d] proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet[e].

XVIII. VLPIANVS libro vndecimo ad Edictum.

MInor autem magistratus contra sententiam maiorum non restituet.[f]

Aduersus sententiam principis non admittitur quis ad petendam restitutionem in integrum:nisi ex causa omisse allegationis vel prævaricationis aduocati. Item solus princeps restituit aduersus suam sententiam,& sui delegati.Bart.

Sin autem princeps sententiã dixit[g], perraro solet permittere restitutionẽ,& inducí[h] in auditorium suũ eũ qui per infirmitatem ætatis captum se dicat[i]:duę ea quæ pro causa sunt, dicta * non allegat[k],vel ab aduocatis proditũ queratur. Denique Glabrionem Acilium diuus Seuerus & imperator Antoninus non audierunt, incoloratè[l] restitui desiderantẽ aduersus fratrem post speciẽ[m] in auditorio eorum finitam. Sed & Percennio[n] Seuero contra res bis iudicatas[o] in integrum restitui, diuus Seuerus & imperator Antoninus permiserunt in auditorio suo examinari. P Idem imperator Licinnio Frontoni rescripsit, insolitum esse post sententiam vice suaq ex appellatione[r] dictam, alium in integrum restitutionem tribuere,nisi solum[s] principem. Sed & si ab imperatore iudex datus cognoscat, restitutio ab alio nisi à principe qui iudicem destinauit, non fiet.[t]

Restitutio transit ad heredem:& si quidem est heres minor,non currit tempus restitutionis nisi finita minori ætate.Bar.

Non solum autem minoribus, verùm successoribus quoque minorum datur in integrum restitutio, [u] & si sint ipsi[x] maiores.

Summata est proximo § Bartolus.

XIX. IDEM libro tertiodecimo ad Edictum.

INterdum tamen successo riy[y] plus quàm annum[z] dabimus,vt est edicto[a] expressum:si fortè ætas ipsius[b] subueniat.nam post annum vicensimumquintũ[c] habebit legitimum tempus.[d] hoc[e] enim ipso deceptus videtur,[f] quòd cũ posset restitui intra tẽpus statutũ ex persona defuncti, hoc non fecit. Planè si defunctus ad in integrum restitutionem modicum tempus ex anno vtili habuit : g huic heredi minori post annum vicensimumquintum[h] completum, non totum statutum tẽpus dabimus ad in integrum restitutionem,sed id duntaxat tempus[i] quod habuit is cui heres extitit.

Absens ex causa necessaria tantùm non

m *Speciem.* id est causam. Accursius.

n *Sed & pro Sennio.* pro,propositio:& Sennio Seuero est proprium nomen.

o *Iudicatas.* & forte secundo à principe in causa appellationis iudicatum fuit : vt conueniat prædictis.

p *Examinari.* an deberet restitui. quid ergo fuit statutum? Respõ. danda fuit restitutio ex noua causa: vt C. si sæpius in integr.resti. l.j.& ij.

q *Sententiam vice sua.* id est sui delegati : vt infra proxi.ibi, sed & si ab imperatore,&c.

r *Ex appellatione.* vt si à sententia alterius iudicis ad principem fuit appellatum idem tamen in causa principali puto, vel sui delegati : vt infra subiicit.

s *Solum.* cum nullus sit maior eo : vt infra ad leg. Rhod.de iac. l. deprecatio. Accursius.

t *Non fiet.* vt C si aduersus rem iudi.l.aduersus item ipsemet:vt supra in causæ.ij.in fi.

u *Restitutio.* intra annum vtilem.

x *Et si sint ipsi.* vt ſ.de in integ.resti.l. non solum. & hoc tamen intra annum vtilem : vt innuit infra l.proxi.

y *INterdum successori.* scilicet minoris.

z *Plus quàm annum.* vtilem, hodie quadriennium: vt C. de tempo. in integ.resti.l.fin.

a *Edicto.* quod non habemus.

b *Ipsius.* succedentis.

c *Vicensimumquintum.* suæ ætatis.

d *Legitimum tempus.* scilicet annum ex persona defuncti.

e *Hoc.* argumentatur, decipitur ex persona suæ:ergo restituitur ex persona defuncti, plenius quàm si ex persona defuncti tãtum deciperetur.

f *Videtur.* id est videretur si diceremus curare tempus:& sic restitueretur, sed dicimus quòd non currit nunc ipso iure.

g *Ex anno vtili habuit.* ergo maior erat. Et sic not.quòd quandoque succedit maior minori : vt §. non solum. quandoque minor minori:vt hic in prin.huius. l. quandoque minor maiori:vt hic,& C. de temp. in integ. resti.l. ea quæ.§. j. & ij.& fin.quandoque maior maiori,& hoc est indubitabile:quia habet tempus quod restabat defuncto.Item not. quod hic annº vel quadriennium datur vbi decipitur minor in cõtractu vel quasi.Si autem in tempore quandoque currit,& non restituitur:quandoq; non currit ipso iure:vt dices ĵ.eo.l.etiã.Quãdoque currit,& restituitur.& tũc si læditur quadriennio,vel maiori tempore datur quadriennium.si minori,datur id solũ: vt ĵ.quando act.de pecu.est an.l.cum post.j.respon.& in fin. Hęc eadem distinctio in maioribus habetur:vt ĵ.ex qui,causa.l.necnon.§.si quis sæpius.

h *Vicensimumquintum.* suæ ætatis.

i *Sed id duntaxat tempus.* & currit statim cũ extiterit heres,secundũ Pla.& M.adeo vt si id modicũ tẽpus labatur:nõ detur heredi huic restitutio ex persona defuncti:quia omnino iure defuncti debet vti & vice, vt dicitur in his quæ sunt apud

defunctum inchoata: vt arg. ī. de fun. do. l. si fundum quem Titius. nisi petat restitui ad modicum temp⁹ ex persona sua, vt restituatur ex persona defuncti. Bul. autem post xxv. ann. tantum currere modicum tempus dicit, quod ex repetitione in litera facienda aperte innuitur. Sic enim dicit, huic heredi minori post annum xxv. non totum temp⁹ dabimus ad in integ. restitu. sed id duntaxat tempus, repete, dabimus post vigesimumquintum annum quod habuit, &c. Item similitudo superioris casus hoc probat, hoc est vbi minor minori succedit. Tunc enim secundum omnes vtilis annus qui cursurus erat defuncto, non currit heredi minori nisi post vicensimumquintum an. licet ex toto tempore suæ minoris ætatis posit restitui sicut & defunctus, in sua minori ætate tota restitui poterat. Si vero opponas de litera quę dicit, hoc enim ipso, &c. vnde videtur quod annus vtilis currat ei statim, & quia decipitur si non petat restitui ex persona defuncti: & sic restituetur ex sua persona vt restituatur. Si enim ex persona tantum defuncti peteret restitutionem post vicesimumquintum annum, quare proponeret etiā deceptionem minoris? Respon. geminus quidem fauor concurrere videtur, id est & suæ ætatis, & defuncti: vnus tamen tantum fauor velut originalis causa, quem habet ex persona defuncti, dat restitutionem ad rem ipsam: non secundus, quasi superuacuus. arg. duo hoc probant. s. de procu. licet. §. ea. & ī. de tute. l. qui habet. §. quod autem. maxime ad tollendum circuitum: vt ī. de condic. inde. l. dominus testamento. qui maximus fieret si peteretur restitutio restitutionis, & sic in infinitum: si ponas per diuersa tempora pluribus minoribus minores succesisse. Et si instes, litera dicit, decipitur ex sua persona, ergo debet restitui ex sua persona: respō. verum est ipsum decipi, non ideo tamen restitui: quia in minimo damno hoc fallit, in quo decipitur, non tamen restituitur vt s. de in integ. restit. l. scio. & ī. eo. l. quod si. §. non semper. & quod ibi facit paruitas damni, facit hic præcedens fauor. Item fallit vbicunque ex persona patris contractus descendit: vt ī. eod. Aemilius. ibi, non me mouet, &c. Vel expone decipitur. i. deciperetur si tunc curreret statim, sed non currit. Quòd autem vtile tempus vel totum, vel pars eius in vtroque casu, vt ait Bul. currat post xxv. an. probatur aperte: vt C. si ma. fac. ratum ha. l. vlt. in fi. & maxime iure nouo: vt C. in quib. cau. in integ. rest. non est necesse. l. sancimus. nisi in casu: vt C. de temp. in integ. rest. authen. si minor. vbi secundum omnes multa sunt specialia: nec negare possunt, siue dicas nuptiarum contrahendarum, siue contractarum. Plus etiam, quia si finito xxv. an. incipit reipu. causa abesse: nec tunc hoc tempus statim currit, sed demum eo reuerso: vt C. de tempo. in integ. resti. l. j. ij. & iij.

P Apinianus.} CASVS. Lex ista obscura & difficilis reputatur. Sed ita pone hunc casum vt habeas intellectum. minor contraxit cum aliquo, & læsus est: vnde potest restitui, & etiam debuit: vnde contingit quòd aliquod delictum commisit propter quod fuit relegatus: & in relegatione permansit per aliquod tempus: in quo scilicet debuit petere rest. hoc est per biennium: pone in quadriennio vel vij. an. forte: postea autem reuersus est. vnde petit quod id tempus quod in relegatione fluxit, ei restituatur. & dicit Pomponius eum non esse restituendum, id est quia ei non datur restitutio. sed Pap. quia vtilis annus ei currit. & duas sui dicti assignat rationes. Et est prima ratio. Nam iste minor procuratorem potuit dereliquisse: qui petiisset in integ. rest. quod cum non fecit, sibi imputet. Alia ratio est, quod si relegatio ei infligatur tanquā pœna, non debet inde præmium expectare, vnde sperabat pœnam. & dicit quòd ista vltima ratio reprobatur. Nam delictum non habet aliquid commune cum venia ætatis, id est non concurrit cum errore veniæ petitio qui inciderat in cōtractu, & delictum quod ex malitia & dolo contingit. & h. d. Vnde in istius casus positione non fuit reprehensus in eo. s. quod. fecit mentionem de prætore: quia siue adiit prætorem per procu. siue præsidem, tantundem significat; & hoc dicit.

{Si qvis.} Minor deceptus fuit post xxv. an. intra quadriennium: & petiit restitui inde, & super restit. lis fuit contestata. & postea destitit. id est in ea causa vlterius non processit. nunquid fiet restitutio vt etiam post tēpus quadrien. possit restitui? & dicit quòd non. postea dicit quòd ille videtur desistere qui causam dimittit: non qui differt: vt in l. seq. quæ continuantur cum ista.

restituitur si potuit procuratorem dimittere. Bartolus.

XX. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

PApinianus libro secūdo responsorum ait, exuli [a] reuerso non debere prorogari tempus in integrum restitutionis statutum [b] quia abfuit [c]: cum potuerit adire prætorem per procuratorem [d]: nec dixit [e], vel præsidē vbi erat [f]. Sed quod idem dicit, & *indignum [h] esse propter irrogatam pœnam: non rectè, Quid enim commune habet delictum [i] cum venia ætatis [k]†?

Litis contestatio non prodest postea desistenti. Bartolus.

Si quis tamen maior viginti quinque annis [l] intra tempus restitutionis statutum cōtestatus postea destiterit, nihil ei proficit [m] ad in integrum restitutionem contestatio: vt est sæpissime rescriptum.

XXI. IDEM libro decimo ad Edictum.

DEstitisse autem is videtur, nō qui distulit, sed qui liti renunciauit [n] in totū.

Quando minor est restitutus aduersus additionem: gesta per eum non rescinduntur. Item eo restituto aduersus repudiatorem, gesta per procuratorē non irritantur. Bart.

a *Exuli.* id est relegato. Hic minor erat cū exulare cœpit. maior factus in quadriennio rediit. iure communi maiorum, quia procuratorē habere potuit, non restituitur, nec prorogatur. sed iure singulari minorū sic: quia lapsus videtur, cū potuit adhuc minor existens dare procuratorem curatore auctore, & non dedit. Vel dic quod maior erat. s. in quadriennio cū exulare cœpit, qui procuratorem dare potuit, vnde hic restituitur in eo quod captus est cū minor esset: non autē prorogatur sibi tēpus. petebat enim sibi prorogari tempus, vt computaretur tantum ex die reuersionis illud quod supererat de quadriennio quando cœpit abesse, sed nō auditur: immo distinguitur an potuit relinquere procuratorē, & tunc nō prorogetur: vt hic. aut nō potuit, vel reliquit, sed & mortuus, & sic non potuit etiam adire per procuratorem, & tunc prorogatur: vt ī. ex qui. cau. ma. sed & si per prætorem. §. j. & l. necnon. & l. si qua. §. j. & l. ab hostibus. j. respon. & C. de tēp. in integ. resti. l. ij. & iij. Itē quod dicit exuli, improprie ponitur, id est, relegato. vt ī. de pu. iudi. l. ij. Sienim esset exul. i. deportat⁹, nihil omnino iuris haberet, & sibi vel contra eum nulla restitutio daretur: vt ī. tit. j. l. ij.

b *Statutum.* scilicet vtilis anni, vel hodie quadriennij. & in hoc bene dicit Papinianus.

c *Quia abfuit.* si habes adfuit per d, dic quod est ratio Papi. quare non debeat prorogari, quia adfuit. i. pro præsente est habēdus, cum potuerit, &c. Si habes per b, tum est ratio remotiua. q. d. non est hæc ratio sufficiens, quia abfuit, quod ideo debeat prorogari, cum potuerit: & sic si nō potuit adire, prorogatur, vt modi dixi.

d *Per procuratorem.* à principio dimissum: vel post in absentia constitutum. Accursius.

e *Nec dixit.* scilicet Papinianus.

f *Vbi erat.* ipse relegatus. s. vt in hoc notetur gemina reprehensio: tum quia nil dixit Papinianus de præside adeūdo per procuratorem. sic defectus deprehenditur: vt ī. ad legē Rho. de iac. l. fi. §. j. & fi. Et quia aliam prætermisit rationem. s. ideo quia potuit relegatus per seipsū adire præsidē cū venisset ad locū tutum isti relegato. Vel dic vbi erat ipse præses, quē per procuratorē debuit adire. Vel dic dixit, id est fecit. & sic non reprehenditur in aliquo. sic s. de in integ. rest. diuus. ibi, citatus non respondit. Accursius.

g *Idem dicit.* Papinianus assignando rationem quare non debuit restitui: & sic reprehenditur non in dicto, sed in causa siue ratione sui dicti, & iuste: quia non est indignus propter irrogatam pœnam: sed quia tempus præteriit, & hoc est, quid enim, &c.

h *Indignum.* eum restitui.

i *Delictum.* pro quo exulauit. Accursius.

k *Cum venia ætatis.* id est cum negotio ex quo datur venia: vt C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. Et sic non ob. quia pro delicto datur venia quandoque: vt s. eo. si ex causa. §. nunc. & ī. eo. auxilium. quia tunc commune habet.

l *Minor xxv. annis.* factus. Accursius.

m *Proficit.* cum liti expresse renuntiauerit: vt hic, & ī. l. proxi. sed & si non expresse renuntiasset, non perpetuatur hic restitutio per lit. contest. vt C. de temp. in integ. rest. l. petendę.

n *Destitisse. Renuntiauit.* vt hic, & ī. de iud. destitisse. sic & ī. de offic. testa. Papinianus. §. si quis post. & C. de pact. l. postquam. & ī. ad Turpil. senatusco. l. destitisse.

*In integrum.} CASVS. Minor institutus fuit: hereditate adiuit, & legata à se relicta soluit de hereditate, & de hereditatis bursa: postea restituitur vt abstineat vel dimittat her. nunquid tenetur minor reddere de suo proprio quod præsti tit de bonis hered? & dicitur quod non. Idem econtra pone. minor institutus her. repudiauit. restituitur vt adeat. nūquid habebuntur rata quæ gesta sunt medio tempore per procuratorem? & respon. quòd sic.

Vide ad hæc not. per Inno. in c. querelam. extra de p-cu. & in c. cum inter priorem. d. excep.

a *Expensum est.* de bursa hereditaria. Accursius.
b *Vel pretia eorum.* vt quia rogatus fuit vt quosdam emeret, & manumitteret: vt infra, ad l. Fal. §. fin.
c *Peruenerunt.* scilicet expensa sunt. Accursius.
d *Non sunt.* sed an ab alio? Respon. libertas non: vt infra eo. si mulier. Nec contractus rescinduntur: vt infra de adqui. her. quotiens. & de bo. auct. iud. pos. l. si non expedierit. §. j. legata vero repetuntur a legatariis condictione indebiti: vt j. de condic. indeb. l ij. & iij.

XXII. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

IN integrū verò restitutione postulata aduersus aditionem à minore factam si quid legatis expensum est,[a] vel pretia eorū[b] qui ad libertatem aditione eius peruenerunt,[c] à minore refundenda non sunt: [d] quemadmodum per contrarium cum minor restituitur ad adeundā hereditatem,[e] quæ antea gesta erunt[*] per curatorem bonorū decreto prætoris ad distrahē da bona secundum iuris formam constitutum, rata esse habenda Calpurnio Flacco Seuerus & Antoninus rescripserunt.[f]

In his quæ minor facit vt procurator, nō restituitur ad commodum domini. Item vbi alia actio competit contra alium, denegatur restitutio, nisi ille alius existeret nō soluendo. Bartolus.

XXIII. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

CVm mandatu[†] patris filiusfamilias res administraret, non habet beneficiūg restitutionis: nā & si alius ei mandasset, non succurreretur: cum eo modo maiori potius consuleretur, cuius damno res[h] sit cessura. Sed si

[*] *Gest.*
[†] *Facit ad hoc ex parte decisi. sequ.*

ADDITIO. Dic secundum Bar. hic quòd non repetuntur à minore, sed à legatariis sic, vt sibi quæratur licet per minorem non sint rescindenda soluta per eum.

e *Hereditatem.* quam primo repudiauerat.
f *Rescripserunt.* vt hic, & infra de here. insti. si quis ita institutus. §. fi. & si de suo soluit, retinet: vt j. de bo. auct. iud. posi. l. si non expedierit: & facit j. ad Trebel. l. cum hereditas ex fideicommissi causa.

CVm mandatu. } CASVS. Filiusfamil. mandato patris contraxit: vel minor mandato alterius cuiuscunque contraxit: puta vendidit vel locauit, vel alio modo contraxit, & in contractu læsus fuit. dicitur quòd non restituitur neque pater neque filius. & sic non obst. s. l. iij. §. sed vtrum. Item dicit quod si aliquis extraneus mandasset isti minori, non restitueretur neque iste minor, neque extraneus: quia, &c. quia sic maior restitueretur. & hoc in prima. Postea dicit quòd si minor contraxit mandato alterius, & aliqua expendit de suo, illa tamen non potest consequi ab eo qui mandauit, quia forte factus est non soluendo: dicit hic quòd restituetur. Tertio dicit. Pone: minor mandauit maiori vt contraheret in rebus minoris. ex illo contractu est læsus. Dicitur quod ita demum restituetur, si ille cui mandauit, factus est non soluendo. Sed pone casum conuersum: Minor mandauit minori vt contraheret, & contraxit: & deceptus est: non restituetur: quia sibi imputet qui tali mandauit.

g *Non habet beneficium.* imò, vt s. eo. denique. §. sed vtrum. ibi, proinde si iussu, &c. Sol. ibi iussit, hic mandauit: quod aliud est. vt insti. de Ati. tut. §. pen. Vel dic in re paterna, ibi in peculiari. Vel secundum Io. hic non habet beneficium, scilicet pater, filius autem sic: vt ibi. Quidam etiam dixerunt vt si totū contractum velit rescindi filius, non possit, vt hic: sed vt sua persona tantum eximatur, potest: vt ibi. quod nihil est, quia hoc petere non potest vt totus rescindatur: vt ibi dixi. Vel verius secundum Azo. hic mandauit vt rem pro decem venderet, quæ valet viginti: non restituitur nisi pro expensis, si mandator pater vel extraneus non est soluendo: & hoc subiicit, sed si ex euentu, & cetera. Sed quid si simpliciter mandauit vt fundum venderet: & is vendidit pro decem, cum valeret viginti? Respon. dici potest minorem restitui etiā mandatore exsistente soluendo.

h *Res sit cessura.* cuius mandato gerebat: secus si sine mandato: vt infra l. proxi. in princi.
i *Ab eo.* extraneo vel patre cum esset emancipatus.
k *Prætor si eruenerit.* sed quomodo? Respon. vt licet pro decē dederit mandato domini rem quæ valebat. xx. & ideo quo ad dominum nil possit ei imputari: tamen tūc supplebitur pretium iustum, vt tali medela sibi consulatur per retentionem: vt supra de procu. l. quæ omnia. in fin.
l *Procurator vero.* id procurans. nam statim distinguit.

ff. Vetus.

A m *Audiri.* si velit restitui contra eum qui contraxit cū procuratore suo. Sed contra. C. si tu. vel cu. inter. l. antep & l. fi. Sol. aliud in tutore vel curatore: vt ibi. aliud in procuratore: vt hic. Sed quæ est ratio? forte ea, quia tutor gerit ex necessitate: procurator ex volūtate. Vnde mitius est cū tutore agendum. mitius autem cū eo agi probo: quia procuratorem prius minor excutere necesse habet, vt hic: sed nō tutorē vel curatorē: quia potest alium eligere. arg. pro hac ratione. j. depo. l. j. §. merito. & §. hoc autem.

Mitius agitur cum tutore, quàm cum procuratore.

n *Possit.* quia non est soluendo: & forte hoc casu intelligitur cum mandauit simpliciter vt venderet. si autem vt pro viginti venderet quod valebat plus: cum fecerit secundum mandatum, non videtur teneri minori actione mandati: & sic poterit minor restitui vt pro eodem debeat haberi cum destituitur actione mandati, etiam cum est ille non soluendo.

o *Ergo.* quia restituitur minor tantū: ergo non maior. & est idem supra ij. respon.

p *Circunscriptus.* cum esset procurator in primo & secundo casu legis.

q *Imputari.* vt s. l. iij. §. fi. & l. seq. & j. de insti. sed & si. §. fi. Acc.

QVod si minor. } CASVS. Ista lex continuatur cum præcedenti. Dic ergo quod in rebus alterius contraxit minor sine mandato: in hoc casu restituetur, ne alius per eum damnificetur. Sed quid si noluit restitui? Dicit quòd conuenietur act. neg. gest. & per illam conuentus compelletur cedere in integrum rest. &c. { NON SEMPER. } Ex prædictis apparet minoribus in factis suis subueniri, sed illud non erit semper vt in omnibus factis suis subueniatur & restituatur. Nam sic priuarentur communione hominum, cum nullus contrahere vellet cum eis, & sic magnum damnū susti nerent: hoc tamen ad bonum & æquum erit reducendum. & hoc dicit. { SCAEVOLA. } Minor institutus est: vel aliàs est ei delata her. repudiauit illam, & sic illa here. peruenit ad substitutum. si iste minor velit rehabere, audiendus est, si sunt omnia integra: aliàs non restituetur ipse minor. Item & multo minus restituetur heres istius minoris. { SI SERVVS. } Seruus meus decipit minorem re ipsa in aliquo contractu, non animo decipiendi. teneor de eo quod ad me peruenit: quia minor poterit in id q̄ ad me peruenit restitui: & nisi ad me peruenit, teneor de peculio petita similiter in integ. rest. & si non habeo peculium serui, nec peruenit aliquid ad me: tunc si seruus vel filius dolo induxit minorem ad contrahendum: seruus verberabitur propter dolum suum, vel noxæ dedetur: filius autem fami. conuenietur & damnabitur propter dolum suum conuentus act. ex eo contractu. { RESTITVTIO. } Minor vult restitui ad rē quā vendidit mihi. ego restituar ad pretiū: quia minor debet restituere pretium mihi, postquā petit rem restitui. hæc vera sunt nisi perdidit iste minor pretiū, & hoc probet: quia tūc iste minor non tenetur mihi reddere pretiū: & est simile: quia & si quis mutuat minori sedenti in ludo perditionis, non redditur qđ mutuatur si fuerit perditū. sed facilius datur actio ēptori pro pretio, quā ad mutuū: quia fauorabilis est: sed vtrobique tamen idē est: quia si habet saluā pecuniā, restituetur & repetetur: aliàs si amissa est, non restituetur: & hic minor qui petit restitui, petit misericordiā à iudice, & iudicis officiū implorat, nōautē iure. act. petit restitui: sed officio iudicis implorat antiquæ actionis restitutionem.

r *Restituēdus erit.* aduersus secū cōtrahentē in rebus domini.
s *Damnum accidat.* sed in quo si ratum non habet? Respon. vt

quia rem emit de pecunia domini: nec eam rem ipse reddere vult, vel non potest: vnde ad pecuniam restituitur.

a *Procuratorem eum.* cuius negotia gesta sunt: & sic poterit cedi hoc ius sed contra ff. de admi. tut. l. ex pluribus. Sol. ibi est adeo personale, vt nec ad heredem transeat: hic sic, & ff. e. l. minor. ij. §. fi. Ité hic aliud fieri non poterat: ibi erat actio quæ poterat cedi. Item contra. C. de qui. mu. vel præsta. ne. li. se excu. l. j. lib. x. sed ibi non erat cessio, sed quædam factorum cõmissio quæ per alium facere volebat. & facit ff. de admi. tut. l. si minoris. ibi vide.

b *Ad bonum.* i. ad vtilitatem & æquitatem.

c *Sunt.* denegando restitutionem quandoque.

d *Interdiceretur.* vt hic, & ff. ad Velle. si mulier tanquam. & dixi ff. e. & si fine. §, idem faciunt.

e *Circumscriptio.* scilicet dolo aduersarij.

f *Neglegenter.* sui facilitate.

g *Causa.* vt sint digni restitutione.

h *Repellendus est.* imò admittendus videtur per restitutionem: vt C. de repu. here. l. fi. in fi. quæ est contra. Sol. hic loquitur de extraneo herede, ibi de suo.

† *Sic qui vocatus ad electionem respondit se nolle interesse electioni si veniat ante electionẽ & scrutinium admitti debet: quia sunt integra. de hoc p glo. ff. c. ecclesia vestra. sup verbo adiicere. ante finẽ. in versic. si autẽ ante electionem extra de elect.*

hoc non valet: quia dicit hic, omisit vel repudiauit. Nisi dicas omisit tacendo, repudiauit scilicet expresse. Vel hic loquitur cum habuit substitutum, ibi cum non habuit. vel hic vendita fuit hereditas: ibi quædam res. Vel hoc ius vetus. Vel hic in maiori ætate fuerunt vendita, ibi in minori. Vel hic à substituto. ibi à creditoribus. Vel hic laborat ad pecuniam parandã: ibi non,

i *Circumscripserit.* emendo ab eo: & sic re ipsa.

k *Iubendus est.* ſ. petita restitutione forte. & sic in sequenti.

l *Ex peculio.* sic infra de act. & oblig. l. ex contractibus.

m *Et dolus.* hic mutat casum quando dolo.

n *Interuenerit.* extra contractum: vt supra de dolo. l. si oleum. §. penult. vel etiam in contractu. quia dedit causam contractui: vnde maior de dolo vt ibi minor restituitur, vt hic.

o *Aut noxæ.* not. datur pro noxa, vel ad verberandum, & tamen de peculio agitur: vt infra de act. & oblig. l. ex contractibus. sic & in qualibet noxali ad aliud agitur, & aliud consequitur: vt infra de re iudic. l. miles. §. decem. Sed electio cuius erit de verbere, vel de noxa? Respon. domini, non minoris: vt infra de iniur. l. sed si vnius. §. cum seruus. Item not. quòd vbi pecunia deest, in corpore suppletur: vt supra de iurisdic. omn. iud. si quis id. §. in seruos. & de in ius vocan. l. fi. & infra de pœnis. l. j. §. generaliter. & C. de ser. fugi. l. quicunque. §. quod si. & dic vt ibi not. secundum H.

Pecunia deficiente suppletur in corpore.

p *Condemnabitur.* sed quomodo, cum nihil habeat? Respon. fiet executio cum aliquid habebit.

q *Et pretium recipere.* scilicet præcipiendo isti quòd reddat.

r *Non ignoraret.* vel ignorare non debuisse: vt arg. ff. quod vi aut clam. l. Seruius. & subaudi hic, & perdidit. alias non: vt ff. eo l. ait prætor. §. pen. secundum Ioan.

s *Creditur.* quia nec hic repetitur si consumpserit. Ioan.

t *In venditione.* scilicet denegatur pretium restitui emptori, dare auxilium * in integrum restitutionis, vt procuratorem [a] eum in rem suã faciat, vt possit per hunc modum damnum sibi propter minorem contingens resarcire.

* *auxilio*

Gesta cum minoribus rescinduntur si æquitas suadet: quod est quando sui facilitate minor decipitur. Bartolus.

Non semper autem ea quę cum minoribus geruntur, rescindenda sunt, sed ad bonum [b] & æquum redigenda sunt [c]: ne magno incommodo huius ætatis homines adficiantur nemine cũ his contrahente: & quodammodo cõmercio eis interdicetur [d]*. Itaque nisi aut manifesta circumscriptio [e] sit, aut tam neglegenter [f] in ea causa [g] versati sunt: prætor interponere se non debet. Scæuola noster aiebat: Si quis iuuenili leuitate ductus omiserit vel repudiauerit hereditatẽ vel bonorum possessionem: si quidem omnia in integro sint, omnimodo audiendus est †. Si verò iam distracta hereditate, & negotiis finitis, ad paratam pecuniam laboribus substituti veniat, repellẽdus est [h]: multóque parcius ex hac causa heredem minoris restituendum esse.

* *interdiceretur.*

In integrum restitutio datur contra patrem vel dominum cum adiectione de peculio, vel de in rem verso. Item ex dolo datur noxalis. Bartolus.

Si seruus vel filiusfamilias minorem circumscripserit [i], pater dominúsve, quod ad eum peruenerit, restituere iubendus est [k]: quod non peruenerit, ex peculio [l] eorũ præstare. Si ex neutro satisfiet, & dolus [m] serui interuenerit [n]: aut verberibus castigandus, aut noxæ [o] dedendus erit. Sed & si filiusfamilias hoc fecit, ob dolum suũ condemnabitur [p].

Per restitutionem omnia reponuntur in pristinum statum præter ea de quibus minor læderetur. Bartolus.

Restitutio autem ita facienda est, vt vnusquisque integrum * ius suum recipiat. Itaque si in vendendo fundo circumscriptus restituetur, iubeat prætor emptorẽ fundum cum fructibus reddere, & pretium recipere [q]: nisi si tunc dederit, cum eũ perditurum non ignoraret [r]: sicuti facit in ea pecunia quæ ei consumpturo creditur [s]. Sed parcius in venditionẽ [t], quia æs alienum ei [u] solvitur: quod facere necesse est: credere autem non est necesse [x]. Nam etsi [y] origo contractus ita constitit vt infirmãda sit: si tamen necesse fuit pretium solui, non omnimodo [z] emptor damno adficiendus est.

* *integrum*

Hæc restitutio petitur per officium iudicis, non iure actionis. Bartolus.

Ex hoc edicto nulla propria [a] actio vel cautio proficiscitur. totum enim hoc pendet ex prætoris cognitione [b].

t *In venditione.* non ita prompte denegatur actio, in emptorem: quia fauorabilior est persona soluentis quàm credentis quo ad probationes & præsumptiones propter necessitatem quæ imponitur soluenti, non mutuanti: vt subiicit, & arg. C. de calum. l. mater. & ff. depo. l. j. §. mérito. Idem tamen dicitur vtrobique: vt infra eo. patri. §. si pecuniam. argu. supra eo. §. non semper ver. Scæuola. & vbicunque ponitur in l. aduerbium maxime.

u *Ei.* minori vendẽti.

x *Non est necesse.* nisi quis promiserit credere: quod raro fit.

y *Nam etsi.* i. quãuis.

z *Non omnimodo.* sed salua pecunia ei restituitur semper: siue soluit, siue credidit quis minori: vt infra eod. l. patri. §. j. & supra eo. l. ait prætor. §. pen. licet promptior ratio sit in solutiõe debiti quàm in mutuo. si autẽ non est salua, nunquam repetitur: vt infra de admini. tut. l. si fine herede. §. interposito. & hoc secundum Io. sed Placen. aliud in solutione quàm in mutuo dicit. Nam in solutione si soluit minori cõsumpturo, & sedenti in ludo perditionis, restituit si habet: aliàs non. vbi vero soluit non sedenti in perditionis ludo: siue habet, siue non, reddit. Hoc male: quòd reprobatur in d. l. j. de admi. tut. si fine herede. §. interposito. vbi vero dedi mutuum sedenti in perditionis ludo, etiam si habet, non restituit. hoc male. Si vero sedenti dedi, reddit, si habet: aliàs non. Cui vtrique male dicto valde obstat d. l. j. eod. patri. §. si pecuniã. Nam aut loquitur lex illa patri, quando non sedebat in ludo perditionis. & tunc deberet secundum Plac. restituere solutam pecuniam: siue habet, siue non, quod ibi negatur in vltimo respon. aut vero quando sedebat, & tunc non debet restituere mutuam pecuniam, etiam si haberet. quod ibi negatur in primo respon. vt & j. eo. si minor. ij. Si autem mutuetur maiori: siue consumitur, siue non: siue habeat eam, siue non: semper dabitur repetitio, licet sit arg. contra infra manda. si vero nõ re. §. si adolescẽs. & j. pro emp. si quis cũ. & infra qua. re. act. non da. l. ij. Sed hæc vltima loquitur cum collusores contraxerunt inter se: secus si extraneus cum lusore. Vel id in actione de euictione: aliud in principali. Item no. infra eod. si minor. ij.

a *Propria actio.* hoc est contra M. qui dicit quòd iure actionis petebatur restitutio ista: vt dixi ff. eod. in causæ. ij. in princ. nec obst. ff. eod. in causæ. j. §. interdum. & C. ex quib. cau. ma. l. fin. quæ sunt contra: quia primo per officium petitur restitutio: vt hic, qua data datur prima actio vtilis: vt in contrariis.

b *Cognitione.* id est iudicis officio.

Llud. ❧ Casvs. Minor xxv. an. indebitum soluit ex aliqua causa ex qua non competebat restitutio: puta ex l. Aquil. debitum tamen ab aliquo. dicit quod id solum vtili act. repetet: prius tamen restitutus. Nam maioribus repetere licet quandoque: puta vltra Falcidiam soluentibus per errorem facti. & hoc dicit. ❧ Si talis. ❧ Superius dictum est quod minor in factis suis restituetur quandoque si quis petat restitutionem, certe ipse minor petere potest per se restitutionẽ. Item

Item potest restitui per procur. si de hoc habuerit speciale mandatum. vel si non: dicit quod cauere debet procurator de rato, id est quòd minor habeat ratum: vt in l. seq. & etiam defensor illius contra quem petitur restitutio, si ipse aduersarius minoris absit, cauet iudicatum solui.

a *Non est.* vt ex causa quæ per inficiationem crescit: vt C. de condic. inde. l. ea quæ. Ité quando tantum naturale debitum est ex ignorantia iuris solutum: vt ff. de condic. indeb. l. interdum. & C. si aduer. solu. l. indebito.

b *Actio.* id est condictio indebita petita prius restitutione.

c *Cum & maioribus.* p errorem facti soluentibus vltra Falc. vt C. ad leg. Fal. l. error.

d *Ipso postulante.* sed an peter cum auctoritate tutoris. vel curatoris? Respon. sic, vt C. de aucto. præstan. l. iiij. Item in constituendo procuratorem an exiget auctoritatem tutor. vel curatoris? Respon. sic, vt C. de proc. l. neque.

Speciale mã dati quãdo quæritur.

e *Non debet.* nisi & speciale de hoc habeat mandatum. Et sic not. specialem casum vbi speciale desideratur mandatum: vt hic, & C. etiam per procu. eau. rest. in integ. agi posse. l. j. & ff. de reli. l. vel quæ. ibi, exheredatis, &c. & dixi ff. de procu. Pompo. in gl. & pater valetudine. Regulariter contra: vt ff. pro socio. l. actione. §. renuntiare. & ff. de sol. vero. & infra de iniuriis. l. sed & si vnius. §. procuratorem.

Si minor soluit indebitum, persona interdum facit locum repetitioni. Bart.

XXV. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

ILlud nullam habet dubitationem, quin minor si non debitum soluerit ex ea causa ex qua iure ciuili repetitio non est[a] danda, sit ei vtilis actio [b] ad repetendum: cum & maioribus [c] viginti que annis iustis ex causis dari solet repetitio.

Restitutionem debet quis petere per se, B *vel per alium procuratorem habentem speciale mandatum: de quo si dubitetur, cum cautione de rato admittitur. h. d. cum princ. l. seq. vsque ad §. quòd si is. Bart.*

Si talis interueniat iuuenis, cui præstanda sit restitutio: ipso postulante[d] præstari debet, aut procuratore eius cui idipsum nominatim mãdatum sit. Qui verò generale mandatum de vniuersis negotiis gerendis alleget, nõ debet[e] audiri.

XXVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

QVod si de speciali mandatu dubitetur cum restitutio postuletur, interposita stipulatione ratam rem C dominum habiturum, rei potest mederi.

Procurator eius contra quem petitur restitutio, sustinet partes rei: ideo debet cauere iudicatum solui. Bartolus.

Quòd si is qui circumscri- A stituetur quidem hoc casu minor in debitorem primum. ff. liberatum. {ADVERSVS.} Quidam minores decepti veluti viles vel plebeij vel ceteri similes possunt restitui cõtra homines in dignitate positos, eo quod cõtra ipsos denegatur de dolo actio. & hoc est regulare: nisi forte poneres quòd de dolo agere non permittãtur quia liberti[o] vel filiusfa. sit, quia nec isti restitui possunt.

g *Patri pro filio.* ff. conuento secũdum Ioan.

h *Præstanda restitutio est.* imò videtur deneganda: vt ff. e. l. iij. §. sed vtrũ. ibi, an hoc auxilium, &c. quæ est contra. Sol. secundũ Ioan. hic loquitur quãdo filius dedit damnum alicui per culpã: vnde cõ ueniebatur filii[o] actione legis Aquiliæ: qua conuentus restituitur pater pro filio. i. nomine filij etiam eo inuito. Et quòd dicit tenetur, dic. i. teneri potest data sententia contra filium, non prius. vt ff. de pecu. l. iij. §. idem scribit. & ff. de noxa. l. quotiens. & l. seq. Item ideo per culpam dixi: quia tunc in totum restituitur: vt pro non delinquẽte habeatur: vt C. si aduer delic. l. j. secus si per dolum: vt ff. e. si ex causa. §. nunc videndum. & in l. contraria loquitur quando iam pater de peculio tenebatur. sic enim loquitur secundum vnum sensum. ff. eod. l. cum mandato. j. respõ. quæ est similiter contraria. Nam ibi subaudi. ff. pater, secũdum Io. cum iam de peculio tenebatur. Alij dicunt quòd hic pater vt legitimus administrator vel defensor pro filio conuenitur: vnde restituitur p filio. & hæc restitutio etiam patri prodest si de peculio conuenitur: licet fideiussori restitutio minoris non prosit, sed sua quandoque. Si autem pater nomine suo conuenitur, nunquam est restituendus: licet fideiussor restituatur quãdoque si conueniatur. Alij dicunt quod hic loquitur mortuo filio: & quod dicit tenetur. ff. post mortem vsque ad annum. Alij dicunt quòd hic petit pater totum contractũ rescindi idcirco, quia sibi prodest ne de peculio teneatur. prima & secunda verior est. Accursius.

* *cognato ff.*

† *Ludo. Rom. in suis sing. fo. 8. singu. 224. extollit val de istũ text. de quo ibi p eũ, & in interpre. hic. Bol.*

i *Nolit.* not. quòd filio inuito pater in iure filij nomine agit petendo restitutionem. sic infra sol. matri. l. si cum. §. eo autẽ. D versi. quòd si is. & infra de iniur. sed si vnius. §. filio. Arg. contra infra de inoffic. testa. l. Papinianus. in princip. Sed ibi fuit tantum filij iniuria: vt ibi dicit.

Pater inuito filio filii nomine agit.

k *Tenetur.* i. teneri potest data sententia, & eo condemnato.

l *Ex quo.* quia quod in vno conceditur, in aliis prohiberi videtur: vt ff. de iudi. cum prætor. & C. de procu. l. maritus. Ac.

m *Ex voluntate.* ff. expressa: vt ff. e. l. illud. §. si talis. licet aliàs isti admittantur sine mandato: vt ff. de procu. sed & hæ. Acc.

n *Interdici.* quo casu sunt in curatione adgnatorum: vt infra de cura. fur. l. j. in princi. & instit. de cura. §. item. vnde tanquã curatores petent restitutionem de his quæ fecerat prius.

o *Debet.* non ipso iure, sed data restitutione: vt C. si aduer. credi. l. j. & ij. Acc.

p *Minor crediderit.* scilicet quam mutuam accepit.

q *Cedere.* not. quòd cedendo actionem liberatur etiã quando non propter actionem, sed propter rem tenebatur. sic ff. si qua. pau. fec. di. l. j. §. si post. & ff. commo. l. si vt certo. & nunc videndum. si versic. idem Labeo. & ff. de rei vin. l. si hominẽ. quæ est l. pe. §. fin. Si autem ob hoc quis tenetur, quòd habeat actionem, indubitabiliter liberatur cedendo: vt infra de pœ. l. quod debetur. in fine.

f QVod si. *Iudicatum solui.* & nihilo minus de rato: vt ff. de procur. non solum. §. est & alius casus. Accursius.

PAti. {CASVS. Filius dedit alicui damnum: & ita l. Aquil. tenebatur. dicitur quod pater poterit petere eius nomine restitui, etiam filio inuito. Et est ratio, quia nondum pater tenetur de peculio, sed demum lata sententia iudicati tenebitur. Nam filio in illa act. condemnato tenebitur pater de peculio. Alij tamen consanguinei non audirentur volentes eius nomine restitui eo inuito, nisi forte ei bonis sit interdictũ, & sic in ipsorum curã ceciderit. {SI PECVNIAM.} Minor pecuniam mutuam accepit: eã consumpsit vel amisit. dicitur hic q̃ non tenetur iste minor. Sed pone retento eodem casu primo, quia scilicet pecuniam mutuam acceperat à me. illam alij, Titio scilicet qui non est soluendo, mutuauit. Dicitur q̃ in amplius non tenebitur iste minor, nisi vt creditori suo. ff. mihi cedat act. scilicet contra illum Titium cui ipse mutuauit. Quid si ex ista pecunia quam mutuam accepit à me, emit prædium, plus dedit pro pretio quàm valeat, vnde etiã hoc casu deceptus fuit? Dicit quòd restituendus erit minor vt pretium recipiat cum vsuris perceptis & percipiendis, & prædium cum fructibus recipiat. Idem etiam si sua propria pecunia emit: quia & tunc restituetur minor: vt ff. secundo casu dicit. Sed pone: minor prædium vendidit, & in eo fuit deceptus. dicitur quòd minor in hoc casu prædium recuperabit cũ fructibus: & pretium in quantum fuerit factus locupletior, restituet. & hoc dicit. {SI MINOR.} Si minor liberauit debitorem suum per acceptilationem, & sine causa: restituetur minor contra debitorem vt reponat se in obligationẽ & pignora & fideiuss. Item si duos reos habeat minor, & vnũ liberauit per accept. restituetur contra vtrunque. Vnde quocũque modo nouauerit obligationẽ suã, & deceptus sit, restituetur: vt pura si accipiat debitorẽ inopẽ pro diuite, reff. Vetus.

a *Pecunia.* quam mutuo minor accepit. Accur.
b *Emerit.* scilicet minor.
c *Reddito pretio.* scilicet minori.
d *Alterius.* scilicet vnditoris. nam rehabebit fundum.
e *Oporteat.* nam hic sicut superiori casu venditio rescinditur, si fuit minor deceptus hoc ipso vt contraheret. secus si minori pretio tantum: quia tunc ad iustum reducendū est: vt j. de iure do. l. res. j. §. j. Eodem modo intelligo j. prox. §. itē ex diuerso, &c. Vel dic hic & ibi per restitutionem etiam si minori pretio fuit tantum deceptio.
f *Hoc & superiore.* id est quando ex sua, & quando ex mutua pecunia prædium emit.
g *Qui pretium reddidit.* alias prædium vendidit.
h *Recipiat.* s. venditor.
i *Vendiderit.* decreto. interposito.
k *Cum fructibus.* a etiā quos percipere potuit: quia sic est in vsuris, §. proxi. respon.
l *Locupletior.* non autem debetur à minore vsura, licet petat fructus: quia hic non ex alterius persona, sed sua conuenitur. alioquin contra j. eod. l. minor. §. prædia. Et not. hic contra sententiam Pla. quam reprobauimus. §. eo. quod si minor. §. pen. Sed ipse exponit legem istam tantum in vsuris. nam sortem totam reddit secundum eum. Acc.
m *Restitui.* sic §. quod met. cau. illud. nam ex acceptilatione rei etiā fideiussor liberatur: vt infra de accept. & per iusiurandum. §. & si fideiussori. Accursius.
n *Alteri acceptotulerit.* & sic in alterum liberatio peruenit: vt j. de iureiur. duobus. §. ex duobus.
o *Debitorem restitui.* & eum in quem translata est obligatio, liberari: vt C. de repu. l. j. Accursius.
p *Non permittitur.* quia multæ sunt: vt j. de dolo. non debet.
q *Lege.* vt pater & patronus: vt C. qui & aduer. quos. l. fin.

a Ludo. Ro. *in suis sing. fol. 19. sing. 528. & Fra ciscus Cremonē. in suis sing. singulari 134. reputant istā gl. singu. & est gl. valde. fi genda cordi. vide per eos.*

C *Vm minor.* ¶ Casvs. Minor finita tutela agit contra tutorem actione tutelæ: & fuit tutor absolutus, postea petit minor restitui. quia in hoc casu fuit solus: nūquid eo ipso quòd restituitur minor, restituetur tutor? Dicit quòd non: nisi coniuncta essent negotia.
r *Restituendum est.* immo videtur restituendum. vt C. si aduer. transact. l. j. & ij. quæ sunt contra. Solu. aliud in transactione, vt ibi: aliud in sententia, vt hic, quasi sibi imputetur quòd non appellauit. Vel hic tutor ex alia causa suam actionem remisit, scilicet pacto, quàm à minore se liberauit, scilicet sententia. Vel verius distingue an sit coniuncta, & tunc restituatur: aliàs non: argu. infra l. proxi. §. primo.

E *Etiam.* ¶ Casvs. Non refert decipiatur minor. s. auctoritate patris tutoris: quia. s. contraxit patre tutore auctore, & deceptus fuit, aut non: quia semper restituetur ex causa. Pone: Administrauit tutor, puta in sale & oleo & vino: & etiam in multis aliis. in vna tantum fuit absolutus tutor, puta in hordeo. in aliis fuit condemnatus, cum conuentus esset iste tutor finita tutela: vult autem ista pupilla restitui in eo in quo fuit tutor absolutus. Dicit absolutus tutor eam non esse restituendam in vno, nisi etiam restituatur in omnibus. Lex ista dicit distinguendum an gestiones fuerunt mixtæ & continentes, & tunc in totum restituatur. an separatæ, & tunc ad vnum tantum. & etiam hoc casu quando fuit separatæ, restituetur pupilla, & tutor aduersarius non restituetur. sed hunc casum die aliter, & melius: Titius gessit tutelam Seij: puta in multis speciebus: & male. Decessit Titius tutor, & successit ei pupilla quædam. Seius egit tutelæ actione contra pupillam: & ipsa fuit condemnata tantum in vna re, & in aliis absoluta. nunc vult puella restitui aduersus sententiam cōtra se latam. tutor dicit se restitui debere contra eam in eo in quo fuit absoluta, ita vt tota restauretur lis. an sit audiendus, quæritur. Et distinguitur, an mixta est vel non. si non est mixta, non est audiendus: & ista est vera positio.

Aduersus eos quoque restitutio præstanda est, quorum de dolo agere non permittitur[p]: nisi quædam personæ speciali lege[q] exceptæ sint.

Restituta actione tutelæ, non restituitur contraria. Bart.

XXVIII. Celsvs libro secundo Digestorum.

CVm minor quàm quinque & viginti annis aduersus eū cum quo tutelæ egit, restituitur, non ideo tutori contrarium tutelæ iudicium restituendum est[r].

Etiam vbi interuenit patris auctoritas, minor restituitur. Bart.

XXIX. Modestinvs libro secundo Responsorum.

ETiam si patre eodemq; tutore[s] auctore[t] pupillus captus probari posit[u]: curatorem postea ei datum, nomine ipsius in integrum restitutionem postulare non prohiberi.

Si per restitutionem vnum capitulū sententiæ rescinditur, cetera firma remanent, si illi non sunt connexa. aliàs secus. h. d. quod not. Bart.

h *Probandum eſt.* in cauſæ cognitione vertitur, quòd præſentes ſint aduerſarij: vt ſ. e. in cauſæ. j §. cauſa. & l. etiam. j. §. fi. Sed à quo probatur? Dic quod ex aſpectu dabit iudex onus probandi cui vult: ar. ſ. e. l. minor. & in hoc etiam poteſt dici quod cauſæ cognitio verſetur. Nec ob. inſt. quib. mo. tu. fi. in prin. quia ibi nõ probatur, ſit pubes vel impubes per aſpectũ, ſed per annos: qui anni poſſunt per aſpectũ probari: vt dictum eſt. vel ibi de alio aſpectu dicit. Quid ſi nõ patet? Reſp. ei qui dicit, vt j. de proba. l. ei incũbit. & C. de proba. actor. & eſt pro hoc. C. e. de in integ. reſti. mino. ſi minorẽ. & quod dicitur hic. Et ita duobus caſibus poteſt hæc lex loqui, quãdo. ſ. aſpectu. minor apparet. Itẽ quãdo in dubio ipſe dicit, aduerſarius negat. Quid ſi vterque negatiue proponat? Reſpon. forte præſumam quòd ſit minor: cum ſemel fuerit minor: argu. C. de probat. ſiue poſsidetis. & C. eo. l. ſi minorem.

SI iudex circunuento in venditione aduleſcẽti iuſſit fundum reſtitui, eumque pretium emptori reddere: [a] & hic nolit * hac in integrũ reſtitutione: pœnitentia acta exceptionem vtilem aduerſus petentem pretium quaſi ex cauſa iudicati aduleſcens habere poterit: quia vnicuique [b] licet contemnere hæc quæ pro ſe introducta ſunt: nec queri poterit vẽditor[c] †, ſi reſtitutus fuerit in eam cauſam in qua ſe ipſe conſtituit, & quam mutare non potuiſſet ſi minor auxilium prætoris non imploraſſet.

Iudex poteſt reſtituere contra ſententiã nam vel prædeceſſoris ſui. Bartolus.

XLII. VLPIANVS libro ſecundo de Officio proconſulis.

PRæſes prouinciæ minorem in integrum reſtitue re poteſt etiam contra ſuam vel deceſſoris ſui ſententiã. [d] quod enim [e] appellatio interpoſita maioribus præſtat, hoc [f] beneficio ætatis conſequuntur minores.

Ea quæ pariunt magnum præiudicium, ſunt cũ plena cauſæ cognitione tractãda. h. d. Primò ponit dictum: ſecundò illud probat per rationem. ſecunda ibi, quia. Bart.

XLIII. MARCELLVS libro primo de officio præſidis.

DE ætate eius [g] qui ſe maiorẽ annis vigintiquinque dicit g cauſa cognita probandum eſt: [h] quia per eã probationem in integrum reſtitutioni eiuſdem aduleſcentis [i] & aliis cauſis præiudicatur.

Minores reſtituuntur cum læduntur: aliàs ſecus. Bartolus.

XLIIII. VLPIANVS libro quinto Opinionum.

NOn omnia quæ minores annis vigintiquinque gerunt, irrita [k] ſunt, ſed ea tantũ quæ cauſa cognita eiuſmodi deprehẽſa ſunt: vel ab aliis circunuenti vel ſua facilitate decepti, aut quod habuerunt amiſerunt, aut q̃ adquirere emolumentũ potuerunt omiſerint, [l] aut ſe oneri [m] quod non ſuſcipere licuit obligauerunt.

Aduerſus præſcriptionem completã dum quis erat in vtero, reſtituitur. Bart.

XLV. CALLISTRATVS libro primo Edictum monitorij.

ETiam ei qui prius quàm naſceretur vſucaptum amiſit, [n] reſtituendam actionem Labeo ſcribit.

i *Eiuſdem aduleſcentis.* ſcilicet in eo facto quo probauerit ſe maiorem, & tunc omnino ſi circũuenire voluerit: vt C. ſi minor ſe maio di. l. ſi alterius. aliàs quandiu probetur contra: vt infra de confeſ. l. certum. § penul. quæ eſt contra. Et quod dicit aliis cauſis: quæro nunquid ſi probauerit ſe maiorem: agẽdo cum vno, præiudicat ſibi quo minus poſsit dicere ſe minorem agendo cum alio, vel e. tiam cum eodẽ in alia cauſa? Quidam dicunt non: quòd non: quia res inter alios acta, &c. vt ſ. ſupra de pactis. l. ſi vnus. §. ante omnia. Et quod dicitur in aliis, de quibus ſcilicet eſt dictum expreſſe vt præiudicet, vel etiam tacite: vt ſi quid in republica culpa adminiſtrauit minor in dignitate electus. nam ſententia ſiue decretum electionis præiudicat ſibi, quia tunc probauit ſe maiorem: vt teneatur his quos læſit culpa, nec poſsit reſtitui: licet aliàs reſtituatur per culpam. Vel dic verius contra omnes ſibi fieri præiudicium: vt ſupra eo. l. minor. iij. vbi dicit, medio tempore: & vbi dicit, an periculum, &c. Itẽ ne ſit contrahentibus ſecum pernicioſa iudicis ſententia: vt C. de his qui ve. æta. l. j. Item quia vt in ſimilibus ſententia facit ius, ſic & hic faciat: vt infra de liber. agno. l. j. in fin. & l. ij. & iij. in prin. Item quid ſi iurauit in vno contractu ſe maiorem? Reſpon. non præiudicat aliis.

NOn omnia. } CASVS. Minor non potuit comedere partem de fabis, vel de cõpoſta. nunquid reſtituetur? Certe. non. nam in his ſolum erit reſtituendus in quibus fuit deceptus propria facilitate vel aduerſarij calliditate: vnde ſi aliud omiſerit, vel ſe oneroſæ hereditati inmiſcuerit, contra talia bene poterit reſtitui. Viuianus.

k *Irrita.* id eſt irritanda. & facit ſupra eo. quòd ſi minor. §. non ſemper. & l. verum. §. ſciendum Accurſius.

l *Omiſerint.* vt C. ſi vt omiſ. here. vel bo. poſ. l. j.

m *Oneri.* Exemplum ſupra eo. l. mino. xxv. an item infra de rec. ar. l. cum lege.

ETiam. } CASVS. Incipiebam rem tuam vſucapere: & cum curreret vſucapio per biennium & dimidium: poſtea deceſsiſti vxore tua grauida relicta: & ita antequam naſceretur filius, compleui vſucapionem. dicit quòd filius poſtea natus reſtituetur vt poſsit eam rem vindicare ac ſi vſucapta nõ eſſet.

n *Amiſit.* Intelligunt hanc. l. omnes quãdo vſucapio fuit cœpta contra prædeceſſorem pupilli: ſed cõpleta contra pupillum etiã nõ natum, cum pro nato habeatur: vt ſ. de ſta. ho. l. qui in vtero. & ſic reſtituitur vt hic: ſecus autem ſi contra pupillũ incœpiſſet: quia tũc ipſo iure non currit: vt infra de adquiren. re. domi. l. bonæ. quæ eſt contra. [b] & eſt hic arg. eius q̃ eſt infra de fun. do. l. ſi fundũ. & dicunt hãc non corrigi per illã. C. in qui. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. l. ſi. Alij poſtea vltra procedunt vt dicant corrigi: vt etiã prius inchoata ipſo iure non currat contra pupillum, per prædictam. l. C. ſicut in præſcrip. xxx. an. C. de præſcrip. xxx. an. ſicut. in fi. Sed his omnibus obiicitur quòd videtur currere etiam ſine ſpe reſtitutionis: vt ſupra eo. l. Aemilius. cui poſſunt reſponderi: quia ibi erat præſcriptio volũtaria, hic autem legalis. Tu dicas meli[o] quòd vſucapio hic contra nullũ fuit completa: fuit tamen ab aliquo completa: vt arg. infra de nau. fœ. l. fi. & infra de vſucap. l. cœptam. nec habetur pro nato, cum de incommodo ſuo tractetur. vel ſi habetur, idem eſt ſenſus: & ſic iam non eſt locus prædictis: quia res pupillaris dicitur præſcribi. Et quod dicit, amiſit dic id eſt inuenit poſtea amiſſum. nam

nam nullo tempore fuit pupilli. & secundum hoc non fuit adita hereditas per tutorem.

Imperator. CASVS. Dum minor ageret contra debitorem suum in iudicio, tutor collusit cum debitore: vnde & minorem induxit ad hoc. nam aduersarium passus est absolui: vel vt confiteretur eum esse absoluendum. Dicit quòd in minoris est electione, agat contra tutorem an velit restitui contra debitorē absolutum. Vtuianus.

a *Eum.* s. minorem.

b *Licentiam.* i. necesse habet: vt in authen. de nō alie. §. neque illud. col. ij. & sic est speciale in iudiciis: vt C. de iud. l. properandum. §. fi. secus in aliis: vt C. si tut. vel cur. interue l. fin. Vel dic quòd minor habet electionem cū amisit veterē actionem: vt hic, & infra de admi. tut. si minoris. secus si amisit instantiam tantùm: vt in d. l. properandum in fi. & sic hæc dictio licentia, proprie ponitur. Item quod dicit ex integro, id est data restitutione in integrum: sed cur non intendit primam: & si obiiciatur exceptio, replicet. vt s. de dolo. l. cum à te. & sic debet denegari restitutio: vt s. e. in causę. ij. in princip. Respon. hic fraus intercessit tutoris tantum, non vtriusque: & ideo nō fuit collusio: vnde non datur replicatio.

EVm qui. CASVS. Conueniebam minorem absente tutore. eius defensorem te obtulisti: & condemnatus es, fiet executio in te. & non habebis in integ. resti. ex persona illius minoris: & sic non poteris restitui ex persona minoris quē defendis, quia neque minor ille posset restitui, cum nullum damnum patiatur. Vi.

c *Ex voluntate.* s. sine mādato. si autem cum mandato, restituitur: nisi à procuratore res seruari possit: vt s. e. cum mandato. §. sinautem. si autem ex necessitate, vt tutor vel curator, tūc restituitur minor indistincte: vt C. si aduer. rem iudi. l. cum & minores.

d *Ei prodesse.* cum nec illi competit: quia non est læsus. aliàs contra: vt supra de procur. l. minor. §. quoniam.

e *Non posset.* quia vltro se obtulit: vt infra de re iudi. si se. (est l. iiij. in prin.) & s. de pro. l. si procurator. in fine.

f *Implorare.* scilicet aduersus victorem: quia ei non tenetur: sed aduersus victum sic, si ab eo conueniatur actione neg. gest. secundum M. sed certe aut bene gesit, & tunc minor tenetur: & non restituitur. aut male: & tunc non tenetur. & sic nō indiget restitutione: vt infra iudi. sol. iam tamen. §. in hac.

TVtor. CASVS. Titius cū meus tutor esset, & ex ista causa rem meā vendere volebat, mater mea denuntiauit emptoribus ne emerent: & Titius meus tutor nihilo minus vendidit. valet quidem venditio, & ego minor potero restitui si læsus sum. CVRATOR. Titius erat curator nepotis vel nepotum suorum, & communia cum istis nepotibus habebat prædia, quæ iste Titius vendidit. nepotes minores volūt restitui, & restituti sunt. Dicitur hic quòd venditio non rescinditur nisi pro parte minorum: nisi emptor in solidum velit rescindi. & iste emptor habebit actionem pro pretio pro parte illorum minorū aduersus istos minores: & pro parte Titij habebit act. contra eū vel eius heredes. Vi.

g *Bona fide.* cū decreto, si talis erat quæ decretum desiderabat.

h *Emptoribus.* vt non emerent, quod tamen nihil facit.

i *Nec idcirco.* secus in casibus in quibus tamen propter sordes tutoris, vel aduersarij calliditatem, non autē sui facilitate restituitur: vt supra eod. l. denique. §. j. ibi, sed & si probaretur &c. & l. & si sine. §. quæsitum. est & tertius: vt C. si aduer. ven. pig. l. j. Item huic dicto est arg. contra. supra eo. l. minor xxv. an. in fi. & de procu. l. si quis in rem.

k *Prædia.* vrbana vel rustica: cum decreto tamen. Accursius.

l *Sibi.* s. curatori.

m *Nō esset.* facit huic dicto. j. de in diem addic. l. quòd si vno. & de act. emp. l. Iulianus. §. si quis communi. & s. eo. l. etiam. j. §. j. & supra de in integ. resti. l. Seio. & infra de solu. si quis aliam. Accursius.

n *Pupillis.* i. adulescentibus: vt supra eo. proposuit: Vel dic quòd loquitur de pupillis qui successerant adulescentibus. Vel dic quòd quidā erant pupilli, quidam adulescentes.

o *Teneri.* pro parte quę fuit patris eorum.

p *Actiones dandas.* s. emptori: vt C. quando ex fac. tut. l. si in rem. habet etiam exceptionē hic emptor: vt C. de prædi. mino. l. vtere. & l. si prædium.

q *Peruenisset.* facit. C. de repud. l. j.

MInor. CASVS. Si minor fideiubeat pro aliquo, potest restitui: & non liberatur alius, scilicet principalis. Item si ancilla quam vendidit minor, manumissa est ab ipso emptore: minor contra libertatem non debet restitui, sed aget contra emptorem quanti sua interest. Item si mulier læsa fuerit scilicet minor aliquid paciscendo in læsionē dotis, restituenda erit. Viuianus.

r *Vel mandauit.* non in rem suam: aliàs fideiussor pro principali, & econuerso habendi sunt: nisi dolo hæc fierent.

s *Restituendo.* id est restitui postulando.

t *Ob hoc.* id est propter manumissionem.

v *Non potest.* s. cōtra libertatē: vt supra eo. si ex causa. in fin.

x *Emptorem.* qui decipit minorem: non aliàs: vt infra de iure do. si res. §. j. vel etiam dolo cuius manumisit venditor qui non tradiderit: aliàs quasi interitu speciei liberatus non tenetur: vt infra de solu. l. si mihi alienum.

y *Actionem.* petita restitutione.

z *Minor.* facit supra eo. si ex causa. §. in dotis.

Si res.

Potest minor prius agere cum tutore quā cum contrahente: & econtra. Bartolus.

Imperator Titius Antoninus rescripsit, eum[a] qui fraude tutoris aduersarium suum diceret absolutum, & agere cum eo ex integro vellet: licentiam[b] habere prius cum tutore agere.

In integrum restitutio non transit ad defensorem sine mandato.

XLVI. PAVLVS libro secundo Responsorum.

EVm qui ex sua voluntate[c] minorem annis in iudicio defendit, & condēnatus est, ex causa iudicati posse conueniri. nec eius quem defendit, ætatem ad restitutionē impetrandā ei prodesse,[d] cum causam iudicati recusare non possit. [e] Ex quo apparet, nec eū cui[o] nomine condemnatus est auxiliū restitutionis propter eam sententiam implorare[f] posse.

Denuntiatio eius qui non habet ius denuntiandi, non constituit aliquem bonæ fidei. Item contra bonæ fidei contractum minor restituitur. Bartolus.

XLVII. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

TVtor vrguētibus creditoribus rē pupillarē bona fide[g] vendidit, denuntiāte tamen matre & emptoribus.[h] quæro, cū vrguentibus creditoribus distracta sit, nec de sordibus tutoris meritò quippiam dici potest, an pupillus in integrū restitui potest. Respondi cognita causa æstimandum: nec idcirco[i] si iustum sit restitui, denegandum id auxilium, quòd tutor delicto vacaret.

Si per restitutionem à parte contractus receditur, potest ille contra quem agitur, à toto recedere. Bartolus.

Curator aduleſcentium prædia[k] communia sibi[l] & his quorum curam administrabat, vēdidit. quæro si decreto prætoris aduleſcentes in integrū restituti fuerint, an eatenus venditio rescindenda sit, quatenus aduleſcentium pro parte fundus cōmunis fuit. Respondi eatenus rescindi, nisi si emptor à toto contractu velit discedi, quod partem empturus non esset.[m] Item quæro, emptor vtrum à Seio & Sempronio pupillis[n] pretium cum vsuris recipere deberet, an verò ab herede curatoris. Respondi heredes quidem curatoris teneri:[o] verū in Seium & Sempronium pro parte qua eorum fundus fuit, actiones dandas:[p] vtique si ad eos accepta pecunia pro eadem parte peruenisset.[q]

Restituto fideiussore non videtur restitutus principalis. Bartolus.

XLVIII. PAVLVS libro primo Sententiarum.

MInor se in id quod fideiusit vel mādauit,[r] in integrum restituendo,[s] reum principalem non liberat.

Per restitutionem non reuocatur libertas concessa per emptorem. Bartolus.

Minor ancillam vendidit. si eam emptor manumiserit, ob hoc[t] in integrum restitui non poterit: [u] sed aduersus emptorem[x] quanti sua interest actionem[y] habebit.

Aduersus pactum circa dotem appositū minor restituitur. Bartolus.

Mulier minor[z] vigintiquinque annis si pactione dotis deterior conditio eius fiat, & tale pactum inierit, quod nunquam maioris ętatis constitutæ paciscerentur, atque ideo reuocare velit: audienda est.

Aduersus venditionem validam minor restituitur. Bartolus.

XLIX. VLPIANVS libro trigensimoquinto ad Edictum.

SI res pupillaris vel adulescētis distracta fuerit, quā lex distrahi non prohibet, [a] venditio quidem valet: veruntamen si grande damnū pupilli vel adulescentis versatur, etiam si collusio non interceſsit[b], distractio per in integrum restitutionem reuocatur.

Minore restituto restituitur actio in pristinum debitorem in eo statu in quo erat tempore nouationis.

L. POMPONIVS libro nono Epistularum & Variarum lectionum.

IN ius* Diophantus Pomponio suo salutē. Minor vigintiquinque annis nouādi animo interceſsit pro eo qui temporali actione tenebatur, tunc cum adhuc superarent decem dies: & postea in integrum restitutus est. vtrum restitutio quę creditori aduersus priorem debitorem datur,[c] decem dierū sit, an plenior? Ego didici, ex tempore in integrum restitutionis[d] tantundē temporis præstādum, quantū supererat[e]: tu quid de eo putas, velim rescribas. Respondit: Sine dubio[f] quod de tēporali actione in qua interceſsit minor, sensisti, puto veri[g] esse: ideoque & pignꝰ qꝫ dederat prior debitor, manet[g] obligatum.

*Iunius.

a Si res. *Non prohibet.* vt prædium vrbanum, secundum has leges: vt C. de admino. tuto. l. lex quæ. in prin. & tunc dic grande damnum &c. abnegatiue: id est non minimum. Nam pro minimo non datur: vt supra de in integ restitu. l. scio. Sic & dicitur capitis deminutio magna, id est nō minima: vt infra ad Tertyl. l. j. §. proinde. & arg. supra de dolo. non debet. in fi. Vel dic quòd loquitur in his quæ seruari non possunt: & tunc non fit pro modico: & sunt omnia plana: vt supra eo. & si fine. §. idem faciunt.

Restitutio pro minimo non datur.

b *Interceſsit.* si collusio interuenit, etiam pro paruo vel minimo damno restituitur.

IN ius. } CASVS. Quidam iurisperitꝰ amicum suum super quadā quæstione consuluit: & antequam ab ipso responsionem reciperet: quid sibi videbatur, quę rēs de eadem respondit: & sic stulta quęstio talis est: Quidam minor fideiusſsit pro quodam debitore: qui tenebatur act. temporali: & restabāt forte. x. dies quòd liberari posset debitor: petit iste minor restitui, & restitutus est: & eo restituto, restituta fuit pristina actio creditori. nunquid ille creditor totum tempus habebit quòd nomine eius actionis cō petebat ab initio: an solùm. x. dies qui superant cum iste interceſsit? Et dicit quòd solum habebit. x. dies. & ideo planū est quòd hic dicitur.

c *Debitorem datur.* pro constanti habet quò detur: vt C. de reputa. l. j. §. j. in fine. nisi in fraudem creditorum fuit hoc factum: vt infra de fideiuſ. si Titius. in fi. Et intellige hanc in minore adulto interceden te, secus in pupillo: quia nec ipse restituitur, cum non teneatur cum effectu: ideo nec creditor secundum Placen. Vel dic idem in vtroque, vt si sic interceſserint, quòd teneatur: vt cū auctoritate tuto. vel curato. vel etiam sine curatore si eū non habent: & quia tenentur, restituuntur: & per consequens creditor in priorem debitorem: vt hic, & d. l. j. C. de reputat. An verò sic quòd non teneatur nisi naturaliter: vt quia sine tutore vel curatore cum haberet eum? tunc non restituitur: & per consequens nec creditor: vt insti. qui. mo. tolli. obli. §. præterea.

d *Restitutionis.* scilicet datæ.

e *Supererat.* scilicet tempore interceſsionis: & sic dabuntur x. dies per officium iudicis ex tempore[a] datæ restitutionis. se cus in muliere: quia tunc statim currunt ipso iure: vt infra ad Velle. debitrix. §. fi. & l. quamuis. §. si mulieri. & §. si cū essem. & est ratio: quia ibi illa interceſsio statim inefficax est: & ideo statim potest agi contra priorem debitorem: hic nō nisi petita restitutione. Sed nonne contra minorem debet agere? Respon. non: quia restitutionem contra sentētiam interpretasset: immo etiam exactam pecuniam recuperasset. & inde mihi imputari non potest: immo quia iam restitutus est.

*a Vide. c. 1. de rest. in inte. in Clemen.

f *Sine dubio.* humiliter stultè quærenti respondet: sic & aliàs econtra. j. de testa. l. Domitius. nec enim debuit se sciolum fingere.

g *Manet.* immo non manet quasi nouatione sublatum, nisi actum fuit vt esset repetitum: vt infra de noua. aliam. & C. etiam ob chiro. pe. pig. tene. poss. l. j. sed dic fuisse actum. Vel dic manet, id est iterum in obligationem recidit per restitutionem: vt s. e. l. patri. §. pe. Vel dic proprie: vt infra ad Vell. l. aliquando. §. pen. quæ vltima non placet.

Cōtinuatio.

DE CAPITE MINVTIS.

Dictum est supra de restitutione quæ iure actionis & per officium iudicis ratione ætatis datur: nunc de illa quæ fit per status mutationem. vt supra de in integ. resti. l. 1. & 2.

h CAPITIS. *Status.* Nota caput poni pro statu: & status consistit in tribus: vt j. e. l. fi. Sed nōn videtur conuerti cū suo definito hæc definitio. nam patre mortuo filius est sui iuris: & sic mutat statum: vt insti. qui. mo. ius pa. po. sol. in prin. & tamen non dicitur capite minui: vt j. ad Mace. l. v. §. fin. Sed dicas hoc facto hominis scilicet interueniente vel verè: vt emancipando, vel dānando, vel simili modo: vel interpretatiuè, vt patre adrogato: quia interpretantur & filij adrogati: vt s. de adop. si pater. & l. ij. §. fin. & j. eod. l. liberos. j. respon. secus si de iudicio: vt dictum est.

DE CAPITE* MINVTIS TITVLVS V.

I. GAIVS libro quarto ad Edictum prouinciale.

CApitis minutio est status h permutatio.

Hoc edictum habet locum in capitis deminutione quæ salua ciuitate contingit, non in aliis. hoc dicit vel breuius: Hoc edictum habet locum in minima capitis deminutione tantum. Bart.

B

II. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

PErtinet[i] hoc edictum ad eas capitis deminutiōes, quæ salua ciuitate contingunt[k]. Ceterùm siue amissione ciuitatis[l], siue libertatis[m] amissione contingat capitis deminutio, cessabit edictum: neque possunt hi penitus conuenire[n]†. Dabitur planè actio in eos[o] ad quos bona peruenerūt eorum. Ait prętor, *Qui quæve postea quàm quid cum his actum[p] cōtractumve sit, capite deminuti deminutæ esse dicentur: in eos eásve perinde quasi id factum non sit, iudicium dabo.*[q]

C

Capitis deminutio non liberat quem à naturali obligatione, nec eū impedit postea ciuiliter obligari. Bartolus.

PErtinet. } CASVS. Scire debes tres esse capitis demi. vt j. e. l. vlti. & dicit quod istud edictum de quo tractatur in hoc ti. locum habet in minima capitis demi. Illi enim qui patiuntur ca. de. maximam vel mediā, non possunt conueniri. illi tamen illorum loco conueniuntur ad quos bona eorū perueniunt. & hoc dicit. {AIT.} In isto. §. pronuntur. verba prætoris. & scire debes quòd de iuri ciuili si tu contraxisti cum aliquo cuius status est postea mutatus: quia quælibet obligatio tollitur: sed de iure naturali tenet: & licet de iure ciuili, vt dictum est, tollatur, tamen prętor eū restituit ex auctoritate sua: & agetur cum eo act. in factum ex hoc edicto, ac si nunquam eius status esset mutatus. {HI QVI.} Primo contraxi cum aliquo, & postea mutatus est status eius. nam primo fuit sui iuris, modo autem effectus est alieni: vel econuerso. sine dubio de iuris rigore, quia alius est nouus homo, non tenetur, scilicet ciuiliter de eo quod præcesserat actum vel statum mutatum naturaliter autē sic. Sed pone quòd post capi. demi. contraxi cum aliquo qui primo fuit sui iuris: deinde autem dedit se in adrogationem, & tunc contraxi: vel econuerso. & dic quòd hoc edictum de hoc nō tractat. vnde non datur actio: & hoc dicit. & duobus modis intelligitur circa literam. {NEMO.} Si quis deliquit, & postea dedit se in adrogationem, nunquid ideo liberatur quo minus puniatur? Videtur quod sic: quia nouus homo videtur: tamen contrarium est, quia non definit teneri ex primo delicto. {EI QVI.} Debitorem meum adrogaui, extinguitur actio. nunquid si eum iterum emanciparem, restitueturne mihi mea actio? Dicitur quod non*. {HOC.} Hæc actio in factum quæ in locum actionis amissæ restituitur, perpetua est: & datur heredibus, & in heredes. Viuianus.

D

i *Pertinet hoc edictum.* quod est j. ea. l. §. ait prætor.

k *Contingunt.* id est ad minimam: vt j. eo. l. fi.

l *Ciuitatis.* quæ est media.

m *Libertatis.* quæ est maxima: vt d. l. vlti. & j. eo. tutelas. §. pe. & institu. eo. §. j. ij. & iij. Accursius.

n *Conueniri.* nec etiam conuenire, nisi vt j. eo. l. legatum. & nisi fuerint restituti ad quotam partem: vt C. de sen. paf. l. fi debitor.

o *In eos.* vel in dominum: vt j. eo. tutelas. § si libertate. vel in fiscum: vt C. de bo. dam. si vt proponis. & de sen. paf. si ademptis. & C. ad le. Iul. de vi pub. vel priua. l. ij. vel in filios: vt j. de bo. dam l. cum ratio. §. fi.

p *Actum.* hoc est generale verbum, sequens speciale: vt infra de verb. signifi. l. Labeo.

q *Iudicium dabo.* i. actionē in factū. Nūqd & prima vtilis? respic.

ita vtilis enim actio non excludit hanc prætoriã: quia vtraq; de æquitate datur. Item quę est differentia inter hunc titu. & illum ff. quod cum eo. s. quo ad emancipationem? Respõ. per hũc restituitur actio amissa, ob hoc ꝙ alius homo esse videtur, cum statum mutauerit: vt infra de solu. l. qui res. §. aream. per illum autem modificatur condemnatio inquantum facere potest filius. Item hoc locum habet cũ quis sui vel non sui iuris transit in alienam familiam: illud non.

a *Minuuntur.* emancipatione puta.

b *Manent obligati naturaliter.* & restituitur ciuilis per hoc edictũ.

c *Pertinet.* q. d. nõ datur nec aufertur actio sibi ex hoc edicto.

d *Sed interdum.* ideo dicit interdũ quia quandoque non datur: vt in mutua pecunia & in voto, secundum Io. vt ff. de polli. si quis rẽ. §. voto. & secundũ hoc pũcta ibi, deminutionem. & quod sequitur, & quidẽ &c. est exemplum prædictorũ. Vel dic ꝙ cõtraxit cum eo qui erat capite minutus, & emãcipatus, & iterũ fuit capite minutus. vt quia dedit se ad adrogandũ: & sic inter vtranq; capitis demi contraxi. & secundum hoc pũcta ibi, cũ his. & differt à superiori. respõ. ceterum: quia & ibi post capitis demi. contraxit: & agebã ante secundã capi. demi. hic autem post secundam ago.

e *Cum his.* scilicet capite minutis.

f *Labor est.* quin detur in adrogatorem: vt ff. de pecu. in adrogatorẽ. & ff. de adopt. l. oneri, immo in adrogatũ, scilicet iure communi secundum primum casum: vel ex hoc edicto secundum secundum casum.

g *Obligabitur.* s. adrogãs. immo adrogatus, vt filius. s. quilibet.

h *Nemo exuitur.* q. d habet locum hoc edictum in delictis: licet verba dicant de actu vel contractu secundum quosdam. Vel e contra dic quòd in delictis non habet locum: quia in illis non liberatur. & ideo non est opus ibi hoc edicto, secũdum Azo. ar. ff. eo. tutelas. §. j. & ff. quod cum eo. sed si. §. ij. Vel dic quòd de criminali accusatione loquitur: secus si ciuiliter agatur. Vel dic hic si minima, secus si maxima vel media. Itẽ no. hic ar. quòd si quid est in pœnam statutum, non debet cõuerti in præmium: vt ff. de adi. leg. l. legata inutiliter. & ff. de regu. iur. l. non fraudantur. §. nemo. Item facit ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. fi. & C. de decurio. l. ne quis officiam. lib. x.

i *Semper fiat.* Quid si mihi x. & tibi x. à Titio debeantur, & eũ adrogaui, & tu me conuenias vt eum defendam: & tibi insolidum satisfiat: & dicas mihi rationem nõ habẽdam: quia extincta est actio? Respon. mei rationem habendam, vt pariter in bonis admittar: licet iure ciuili perierit actio: vt ff. de separa. l. debitor. & ff. de pecu. lega. l. si quis creditori.

k *Hoc iudicium perpetuum est.* i. perpetuum esse potest. sic ff. de stat. libe. l. Labeo. quid enim si redhibitoria tenebatur? certe non erit perpetuum in hoc casu: & idem in similibus. Et eodem modo intellige quod de heredibus dicit. sic ff. de exerci. l. si tamen. in fi. & de tribu. illud. §. fi. & est pro hoc. ff. titu. j. l. fi. & ff. ea. l. §. ait prætor.

Liberos } Casvs. Habebã filios, dedi me in adrogationẽ alicui. tũc ego ꝙ filij mei in potestatẽ adrogatoris trãsiuimus: vnde illi etiam filij mei capite minuuntur. {Emancipato} Planus est: quia emancipatione filiorum, vel etiam nepotis, vel aliorum qui sunt in potestate mea, contingit capi. demi. ceterum manumissione seruorum nõ cõtingit capi. demi. quia caput nõ habent: quia serui manumissi incipiũt caput habere cũ sunt manumissi. & hoc dicit cum l. seq. quæ cõtinuatur cum ista.

l *Potestate.* scilicet adrogantis.

m *Emancipato.* dic ꝙ ista quatuor nomina sunt datiui casus, vel ablatiui absoluti. Alij dicunt ꝙ prima duo sunt ablatiui absoluti: & alia duo datiui: dicẽtes quòd emãcipatione filij & nepos sui iuris efficitur: vt ff. de adop. sed etiã. quod reprobo: vt ff. de adop. l. libertum.

n *Ceteris personis.* videbatur tamen nepotem non minui capite, cum in eo duæ emancipationes desiderentur: in filijs tres: vt C. de ado. l. fina.

o *Deductus.* sed cum hodie non fiant tales venditiones: vt instit. quib. mod. ius pa. pot. sol. §. præterea & C. de emanci. l. fin. nunquid ob hoc minus dicitur capitis deminutio? Respon. non ideo minus: vt C. ex qui. cau. infa. irro. l. decreto. Itẽ nec est hæc sola ratio, sed hæc: quia familiã mutat: vt ff. e. l. j. in fi. j. respon.

p *Nullum ius.* de iure ciuili: vt ff. de re. iur. l. quod attinet.

Missione. } Casvs. Si interdictũ fuit alicui aqua & igni, capite minuitur. {Qvi deficiunt.} Imperator fuit in exercitu contra Sarracenos & hostes populi Romani. deseruit aliquis imperatorem, vel magistratus militum forte, & transtulit se ad hostes. sine dubio ille capite minuitur. Idem si aliquis fuerit hostis iudicatus populi Rom. à senatu: quia iste capite minuitur. & hoc dicit. {Nvnc.} Iurisconsul. seipsum cõtinuat, & dicit quòd hic tractat de minima cade. & eius effectu. & dicit quod per eam non tollitur publicum ius. vnde si iudex magistratus vel senator minimam capitur de. non ideo definit esse senator vel iudex. nullum enim officium pub. tali capi. demi. tollitur. Viuianus.

q *Capitis minutio.* scilicet media.

r *Interdictione.* loco cuius hodie successit deportatio: vt ff. de pœnis. l. ij. & ff. ad l. Iul. pe. l. iij.

s *Minuuntur.* media capitis deminutione.

t *Et in hostium.* vt transfugæ. Accursius.

u *Conferunt.* quia ciues esse desinunt: vt ff. de capti. & postlimi. reuer. l. postliminium. §. filius quoque. non tamen est seruus: vt ff. de tut. l. si quis tutor. & dic hic vt in d. §. filius.

x *Hostes.* qui erant de subditis. Accursius.

y *Lege lata.* antiqua litera dicit, relegati: & tunc impropriè, id est deportati. Relegati enim non amittunt ciuitatem: vt ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. hæc est differentia. & hoc si stricte accipiatur vocabulum. Large enim relegati etiam continent deportatos: quia commune nomen est. sed Pisana litera est, lege lata, scilicet à populo, vel exprimendo personam alicuius, vel generaliter: vt, Quicunque hoc fecerit, sit capite minutus, vel ciuitatem amittat. vt & dicitur quis ipso iure cadere in canonem latæ sententiæ quandoque. Accursius.

z *Vsque eo.* scilicet minuitur capite &c.

a *Publica.* auctoritate & vtilitate.

Hi qui capite minuuntur,[a] ex his causis quæ capitis deminutionem præcesserunt, manent obligati[b] naturaliter: ceterùm si postea, imputare quis sibi debebit cur cõ traxerit, quantum ad verba huius edicti pertinet[c]. Sed interdum[d] si contrahatur cũ his[e] post capitis deminutionem, danda est actio. & quidem si adrogatus sit, nullus labor[f], nam perinde obligabitur[g] vt filiusfamilias.

Capitis deminutio non tollit actiones ex delicto descendentes. Bartolus.

Nemo delictis exuitur[h], quamuis capite minutus sit.

Adroganti restituitur actio per hoc edictum. Bartolus.

Ei qui debitorem suũ adrogauit, non restituitur actio in eum postquam sui iuris fiat[i]. Hoc iudiciũ perpetuum est[k]: & in heredes & heredibus datur.

Adrogatione patris, filij capite minuuntur. Bartolus.

III. Paulus libro vndecimo ad Edictum.

Liberos qui adrogatum parentẽ sequuntur, placet minui caput* cum in aliena potestate[l] sint, & cum familiam mutauerint. *capite.

Emancipatione capitis deminutio contingit. Item qui caput non habet, illud non mutat. Bartolus.

Emãcipato[m] filio, & ceteris personis[n] capitis minutio manifestò accidit: cum emancipari nemo possit nisi in imaginariã seruilem causam deductus:[o] aliter atque cum seruus manumittitur: quia seruile caput nullum ius[p] habet: ideo nec minui potest.

IIII. Modestinvs libro primo Pandectarum.

Hodie * enim incipit statũ habere [cum manumittitur] * eo dit.

V. Paulvs libro vndecimo ad Edictum.

Amissione ciuitatis fit capitis minutio q: vt in aqua & igni* interdictione[r]. * aquæ & ignis interdictione.

Qui ciuitatem Romanam perdunt, capite minuuntur. Bartolus.

Qui deficiunt, capite minuuntur.[s] Deficere autẽ dicuntur qui ab ijs quorũ sub imperio sunt, desistunt*, & in hostium[t] numerum se cõferunt.[u] sed & hi quos senatus hostes[x] iudicauit vel lege lata[y] vtique vsque eo[z], vt ciuitatem amittant. *desistunt.

Capitis deminutio quæ publici iuris sunt non perimit. l. d. cum l. sequenti. Bartolus.

Nunc respiciendũ, quæ capitis deminutione pereant: & primò de ea capitis deminutione, quæ salua ciuitate accidit: per quam publica[a] iura non interuerti constat: nam manere magistratum, vel senatorem, vel iudicem certum est.

VI. Vlpianvs libro quinquagensimoprimo ad Sabinum.

NAm & cetera officia quæ publica sunt, in eo non finiuntur [a]. capitis enim minutio, priuata hominis [b] & familiæ [c] eius iura, non ciuitatis [d] amittit.

Quod alicui sub nomine appellatiuo cõceditur, illo peremptо perit concessio: aliàs secus. Item capitis deminutione nomina iuris pereunt, non nomina naturalia. b. d. Primò ponitur dictum. secundò quædam illatio. tertiò ponitur ratio. quartò ratio dicti & illationis. secunda ibi, ergo. tertia ibi, sed legitimè. quarta ibi, ex nouis. Bartolus.

XVI. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

TVtelas etiã nõ amittit [e] capitis minutio [f], exceptis his [g] quæ in iure alieno [h] personis positis deferũtur *. Igitur testamẽto dati vel ex lege [i] vel ex senatusc̃ulto, erunt nihilominus [k] tutores. Sed legitimæ tutelę ex duodecim tabulis [l] interuertũtur eadẽ [m] ratione, qua & heredi tates exinde [n] legitimę [o], quia adgnatis deferũtur, qui [p] desi nunt esse [q], familia mutati *. Ex nouis [r] autẽ legib' & hereditates & tutelæ plerũq; [s] sic deferũtur, vt personę naturaliter [*t] designẽtur: vt ecce deferunt hereditatẽ senatusconsulta [u] matri & filio.

Actiones ex delicto cum capitis deminutione ambulant. Bartolus.

Iniuriarũ [x] & actionum ex delicto venientium obligationes cum capite ambulãt.

In eum qui maximam, magnã, vel mediam capitis deminutionem patitur, ex hoc edicto nulla actio restituitur. Bartolus.

Si libertate adẽpta [y] capitis deminutio subsecuta sit, nulli restitutioni aduersus seruum [z] locus est: quia nec prętoria iurisdictione ita seruus obligatur, vt cum eo actio sit: sed vtilis actio aduersus dominum [a] danda est: vt Iulianus scribit. & nisi insolidum defendatur, permittendum mihi [b] est in bona quæ habuit mitti [c].

Eoipso quòd quis amittit ciuitatem, perdit omnia bona sua, sine aliqua publicatione. Bartolus.

Itẽ cũ ciuitas amissa est, nulla [d] restitutiõis ęquitas est, ad uersus eũ q̃ amissis bonis & ciuitate relicta nud' exulat. [e]

Male hal. non deferũtur. Aug. 1. emẽ. cap. 2.

*mutata.

a Nam. *Non finiuntur.* quòd capitis deminutio intercedat.
b Hominis iura. vt est operarum obligatio, & vsus, & vsusfru. secundum hæc iura: vt instit. de adqui. per adrog. §. j.
c Familiæ. id est adgnationis: vt infra de verb. sig. l. pronuntiatio. §. communi. Accursius.
d Ciuitatis. vt ĵ. de iudi. l. quippe. & infra ad Trebel l. nam quod.
Tvtelas.} CASVS. Ista l. continuatur cũ præceden. Dictum est enim. s̃. ꝑ minimã capitis deminutionẽ nullum officiũ publicũ tollitur. hic dicitur quòd per talẽ capi. de. tollitur ius adgnationis: non autem pub. iura: vt dixi. idem est & in quibusdã tutelis legitimis. i. ex l. xij. tab. descendentibus. nam tutelæ istæ legitimæ interuertũtur, & desinit esse tutor illa cap. demi. sed si datiua esset tutela vel testamentaria, non periret illa ca. demi. Idem videtur. nam si deferatur ex l. xij. tabu. perit ius succedẽdi: alias nõ tollitur. de quibus tria exẽpla ponit. quæ autem sunt legitimę aliæ quã ex. l. duodecim tabu. illæ nõ expirãt. Illa enim expirat capitis deminutio. minima: vt dictum est. Dicit enim in fine quòd quædam sunt nouæ leges, quæ quibusdam certis personis tutelas & here. deferũt. {INIVRIARVM.} Tenebaris mihi actione iniuriarũ. licet capite minuaris, adhuc remanes mihi obligatus. & cũ ista casus positione concor. s̃. eo. l. ij. §. nemo. vel dic aliter hunc casum, quia si cõpetat ei actio iniuriarum ante capitis deminut. nunquid desinit eã habere, licet capite minuatur? {SI LIBERTATE.} Libertus propter ingratitudinem fuit redactus in seruitutem, qui fuerat debitor meus, dicitur hic quòd non restituar contra eum: sed contra eum ad quem bona peruenerunt, vel aduersus dominum, vel aduersus fiscum ad quem bona peruenerunt. Viuianus.
e Non amittit. id est amittere non facit.
f Capitis minutio. scilicet minima.
g His. s. tutelis legitimis ex lege duodecim tabul. delatis.
h Alieno. duobus modis expone, & vtroque vt deferatur ex l. xij tabul. Primo vt deferatur filijsfa. qui sunt in alieno iure, id est in aliena potestate: quod euenit in duobus casibus: & quando pater est furiosus: quare præcedere eum non potest. & quando libertus est maternus: cuius est tutor filiusf. quæ tutela dicitur legitima: vt instit. de legit. pa. tu. aliàs autem legitimæ tutelæ demum mortuo patre deferuntur: vt infra famil. erciſc. l. si maritus. & ĵ. de tute. l. antepe. Secundo dic in iure alieno, id est in adgnatione: vt s̃. de iustitia & iure. l. fin. & dic iure alieno nunc, scilicet cum capite minutus est: non olim. & quod dicit deferuntur, id est deferentur si capitis deminutio non interceſsisset. vel dic alieno, scilicet eius cuius tutela defertur.
i Vel ex lege. scilicet alia quàm xij. tab. ne contradicat s̃. & ĵ. Et da exemplum de tutela quæ confirmatur ex lege Velleiã. veluti si auus relinquat tutorem nepoti viuo patre: quo casu cum à principio sit inutilis: mortuo tamen patre viuo suo confirmatur ex l. Velleia: vt ĵ. de testa. tute. l. si hereditas. §. qui filium. & sic potius ex lege quàm ex testamento datur: vt ĵ. de verb. sign. l. lege obuenire. Item da exemplum de eo qui dabatur ex lege Atilia, vel Iul. vel Plautia: vt instit. de Atil. tu. Item da exemplum de lege Cor. quæ facit filios succeſsores patri ab intestato apud hostes defuncto, & eadem postea dat inter fratres hereditatem & tutelã vel expressim vel ex interpretatione secundum regulam: Ad quem emolumentum, & onus. Quod autem dicit de senatusconsulto da exemplum de eo qui datur loco tutoris surdi, muti vel furiosi: vt ĵ. de tute. l. pe. Item dic quòd senatusconsultum Tertyl. fratres defuncti matri præponit: vt instit. ad Tertyl. §. j. ergo per interpretationem hos vocat ad tutelam. Vel dic quòd apud Græcos secundum omnes sunt istæ leges nouæ, & sena. ex quibus vocantur ad hæreditatem & tutelam aliqui.
k Nihilominus. id est quamuis sint capite minuti.
l Duodecim tabulæ delatæ. Accursius.
m Eadem. quam statim dicet &c.
n Exinde. i. ex l. xij. tab.
o Legitimæ. s. interuertuntur, deferendæ, nõ delatæ: vt infra. vnde lib. l. fin.
p Qui. bona ratio: qui ciuile nomen est.
q Desinunt esse. scilicet adgnati.
r Ex nouis. nouas cõstitutiones appellat post duodecim tabulas inductas.
s Plerũque. quia si maritus vxori & econtra succedit, personæ non naturaliter designantur. vel plerũq; ideo dicit, quia licet senatusc̃o. Tertyl. fratrum vel sororũ meminit præfẽdo matri: tamen hodie per constitutionẽ cũ matre succedũt, secundum M. & secundũ hoc ad successionẽ plerunq; tantũ refertur. Vel verius plerũq; ideo dicit, quia nõ semper nouis legibus deferuntur, sed per testamentum.
t Naturaliter. i. nomine quod est immutabile, non iure ciuili adgnationis. Accursius.
u Senatusconsulta. Succedit matri gnatus per Orficianum inuidiam pariens econtra Tertylianum. Licet ergo capitis deminutio intercedat, nihilominus hic filius, illa mater remanet. quod secus est in adgnatis. cum enim adgnati vocentur, & adgnati esse desinant: non vocantur. Et quod dixi in matre, de tutela testa. & datiua seruatur. dicit enim testator. Titius tutor esto. iudex etiam hoc idem dicit: vnde nihilominus sunt tutores: quia hic Titius remanet: sed adgnatio tollitur: nisi in casu: vt C. de le. tu. l. iiij. & in alio: vt instit. de leg. agnat. §. fin. & propter hoc dicit, plerunque. instit. de leg. agnat. §. fina. Sed an adgnatio hodie tollitur per minimam capit. de? Videtur quòd non: quia adgnatus semper remanet adgnatus: & cognatus ita vt adgnatus vocatur: vt in auth. de her. ab inteſt. §. ex ijs. colla. ix.
x Iniuriarum. scilicet actio. & potest intelligi vt dixi supra. l. ij. §. nemo. Vel dic quòd loquitur de actione competenti ipsi qui capite minutus est.
y Si libertate adempta. per ingratitudinem, vel quia passus est se vendi ad pretium participandum.
z Seruum. nam in seruum non datur actio nisi in casu: vt C. vbi cau. fisc. l. fi. idem dicunt infra de sepul. vio. l. prætor. §. penul. sed ibi dic dari in eum actionem, id est propter eum: vel nomine eius. sic s̃. de iurisd. omn. iudic. si quis id. & idem dicunt. ĵ. vi bon. rapt. l. prætor. ij. §. in seruum. & ĵ. de incen. ruin. nau. l. j. §. item in seruum. Accursius.
a Dominum. bonorum vel serui.
b Mihi. idem quo ad hoc quod dicit hic, & nisi &c. si ciuitas & libertas salua sunt, dum tamen familia mutata sit: vt instit. de adquisi. per arro. in fin. tit.
c Mitti. sed si non sufficiunt bona: nunquid pro noxa dabitur? Respon. non: quia non pro debito, sed pro maleficio fit noxa: vt instit. de noxa. in princ.
d Nulla. sed cur secus est vbi dedi me in adrogationem: nam & hic bona mea in alium deuoluũtur? Respon. ideo quia hic remanet talis qui obligari non potest: filius vero adrogatus potest: secundum Io. Sed nonne qui solam ciuitatem amisit, obligari potest? Respon. vtique, cum sit liber. Dicendum est ergo aliud esse in adrogato: quia adrogatus fere omnia retinet: vt instit. de adqui. per adro. non autem in deportato. Accursius.
e Exulat. sed tenetur ille ad quẽ bona peruenerunt: vt dixi supra

supra eod. l. ij. Accursius.

A

Et actiones competũt capite minuto. & dicit si aliqua actio capi minuto competit: distinguitur vtrum descendit ex naturali obligatione: & tũc minor capi. de. non tollitur. aut descendit ex ciuili: & tollitur. & assignat in literatione: quia ciuilis ratio naturalia quidem &c. & ponit exẽplum in act. de dote: vt cum illa cap. de. nõ tollitur. idem est si alimenta vel habitatio fuerit relicta. illa enim capitis deminutione non pereunt. & hoc dicit hæc lex cũ sequẽtibus. Vultanus.

Obligationes quæ causam naturalem respiciunt, capitis deminutione non pereunt. & loquitur ista lex de obligationibus actiuè competentibus his qui capite minuuntur. Bartolus.

VIII. GAIVS libro quarto ad Edictum Prouinciale.

EAs obligationes [a] † quæ naturalẽ prestationẽ habere intelleguntur, palã est capitis deminutione [b] nõ perire, quia ciuilis ratio naturalia [c] iura corrũpere nõ potest. Itaq; de dote [d] actio qa in bonum & æquũ cõcepta est, nihilominus durat etiã post capitis deminutionem:

IX. PAVLVS libro vndecimo ad Edictum.

VT quandoque emancipata [e] agat.

Summata est cum præcedenti. Bartolus.

X. MODESTINVS libro octauo Differentiarum.

LEgatũ in annos singulos vel mẽses singulos relictũ, vel si habitatio legetur, morte quidẽ legatarij legatum intercidit: capitis deminutione tamẽ interueniente perseuerat, videlicet quia tale legatum in facto † potius quàm in iure consistit.

B

C

Iurisconsultus ponit hic tria genera capitis deminutionis, quæ not. Bartolus.

XI. PAVLVS libro secundo ad Sabinum.

CApitis deminutiõis tria genera sunt: maxima, media, minima. Tria enim sunt quę habemus [h]: libertatem, ciuitatem, familiam [i]. Igitur cum omnia hęc amittimus: hoc est, libertatem, & ciuitatem, & familiam:

D

DIctũ est ꝛ. de restitutionibus quibus ꝛã: nũc de his quæ dantur ratione absentiæ: vt ꝛ. de in integ. restit. l. i. in fi. Vius edicti. } CASVS. Iurisconsul. assignat rationem quare istud edictum fuit introductum: & dicit quòd per istud edictum subuenitur illis qui sunt læsi per absentiam, & ex causa: iusta enim absentia nulli debet esse damnosa vel lucrosa. { VERBA. } Iste §. ponit edicti prætoris verba. & habet illud edictũ tres partes. Prima est qualiter absens cõtra præsentem restituatur. nã si presens vsucapiat rẽ absentis, ille reuersus restituetur cõtra præsentem: siue vsucepit rem corporalem, siue act. liberatus sit. & hoc vsque ad §. illum, item si quis &c. Secunda clausula edicti est quando præsens cõtra absentem restituitur: vt ecce si absens præscripsit rem presentis, restituetur præsens. & durat vsq; ad §. item si qua &c. & ibi incipit tertia pars, & durat vsque ad fi. quia dicitur qꝫ quandocunq; esset æquum qꝫ restituatur, prætor restituet.

EX QVIBVS CAVSIS maiores vigintiquinque annis in integrum restituuntur.

TITVLVS VI.

Primò commendat edictum, & ponit eius summarium. Secũdò ponit verba edicti ad literam. secunda ibi, verba. Bart.

I. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

PRætor edicti [l] causam nemo [m] nõ iustissimã esse confitebitur. Læsum [n] enim ius per id tempus quo quis reipublicæ operam dabat, vel aduerso casu laborabat, corrigitur [o]: necnõ & aduersus eos succurritur: ne vel obsit vel prosit quod euenit [p]: Verba [q] autem edicti talia sunt: *Si cuius quid de bonis [r] * cum is metu: aut sine dolo malo reipublicæ causa abesset, inve vinculis, seruitute [s], hostiumq; potestate esset: siue cuius [t] actionis eorum cui [u] dies exisse dicetur: item si quis [x] quid vsu suum fecisset [y], aut quod nõ vtendo amisit [z], cõsecutus [a] actionéve quã [b] solut [c], ob id quod dies [c] eius exierit cum absens non defenderetur*

*erit deminutum.

l *Huius edicti.* quod est infra ea. l. §. j.

m *Nemo.* hic sunt duę negationes. s. nemo & non. & faciunt vnã affirmationem: vt ꝛ. de verb. sign. l. duobus.

n *Læsum.* i. amissum.

o *Corrigitur.* id est restituitur, vel emendatur.

p *Quod euenit.* s. absentia: vt neq; absenti noceat, cum detur ei restitutio: nec prosit, cũ detur cõtra eum: vt ꝛ. prox. §. & ꝛ. si ex noxa. cau. aga. l. ij. in fin. & ꝛ. e. l. videlicet. & l. ergo. in fi. j. respon. & infra de reg. iur. l. absentia. & sit vnum pro absente, & aliud contra eum inducitur: vt infra de iureiur. l. eum qui. j. respon.

q *Verba.* Nota quòd tres habet partes hoc edictum. Prima qualiter absens cõtra præsentem restituitur, & hoc vsque ad illum ver. item si quis. Secunda econtra. & hoc vsque ad ver. item si qua. vbi interserit quædam de præsente contra præsentem. Tertia est generalis extra prædictas: vt in fi. huius. l. dic ergo, si cuius. i. alicuius. quid. i. aliquid.

Edictũ est qui. cau. ma io. tres habet partes.

r *De bonis.* vsucap. seu præscrip. in rebus corporalibus. item amiserit seruitutem: nam hæc duo hic comprehendit.

s *Seruitute,* quæ facti est. ad veram enim seruitutem non porrigitur: vt infra eo. l. rectè.

t *Siue cuius.* dic quòd hęc clausula respicit omnia supradicta: vt quia dies actionis exiuit: quia metu abfuit, vel reipub. causa, vel simili. & sic duo cõtinet. §. iste. & quando de bonis exiuit, scilicet aliquid corporale vel incorporale, vt seruitus. vel actio amittitur, scilicet personalis. & dices, siue dies cuius id est alicuius actionis dicetur exisse. Accursius.

u *Cui.* id est alicui eorum.

x *Item si quis.* scilicet absens: vt colligitur. ꝛ. eo. item ait.

y *Fecisset.* rem corporalem.

z *Amisit.* scilicet præsens: aliàs amissum sit. s. seruitutem.

a *Consecutus est.* scilicet absens.

b *Quã.* id est aliqua.

c *Quòd dies.* idẽ in ceteris in quibus lædi potest: vt infra eo. l. cum miles. §. fi. secundum quosdam.

Obligationes. hæc lex & aliæ duæ leges sequentes loquuntur quando actiones competunt capite minuto. Accursius.

b *Deminutione.* minima. Accursius.

c *Naturalia.* vt instit. de leg. agn. tu. §. fi.

d *De dote.* Sed nonne actio ex empto similiter habet æquitatẽ naturalem: id est. de iure gen. licet formula sit à iure ciuili inducta: vt ꝛ. de iust. & iur. l. ex hoc. Resp. olim paucæ: quia quinque erãt actiones quę darentur filiæfa. vt ꝛ. de obl. & ac. l. filiusfa. & l. in factum. inter quas hæc de dote erat: vt ꝛ. sol. ma. l. ij. vnde hodie omnes ex cast. pec. vel quasi, vel ex aduentitia causa non pereunt sibi tali minima capit. deminutione, cum iure proprio sibi competant actiones in prędictis: vt C. de bo. quæ lib. l. fina. Est & alia specialis æquitas in dote: vt ꝛ. sol. ma. l. j. in his enim ius ciuile repugnat naturali. nam secundum ius ciuile tantum patri, secundũ ius naturale tãtum filio. quod ius ciuile succumbit naturali: & ideo naturale prævalet, & in alijs prævalet ciuile: vt non detur filio. & sic non amittit, quia non habet. Sed quare magis in his succũbit ciuile ius naturali? Respon. in quolibet vides rationem æquitatis.

e *Vt quandoque emancipata.* Idem videtur etiam si maximã vel mediam capitis deminutionem sit passa: nisi vna de quinque legibus fuit damnata: vt ꝛ. de bo. damna. quinque. Vel dic qꝫ licet non publicetur dos, aliàs tamen ipsa non potest repetere: quia debet remanere apud maritum. Accur.

f *Legatum. Relictum.* ad alimenta.

g *Quàm in iure.* quia non cõsideratur an possit capere ex testamento vel non: sed hoc factum, an possit comedere, vel non, vel bibere: nam etsi non sit capax, admittitur, etiam si maximam capitis deminutionem passus sit: vt arg. ꝛ. de ali. leg. seruos ad custodiã, & l. is cui. & de his quę pro non scrip. haben. l. iij. Et est hoc speciale fauore alimento. idem in habitatione: quia nec sine ea viuere quis potest.

h *Capitis. Quæ habemus.* scilicet præcipua.

i *Familiam.* id est ius adgnationis inter adgnatos.

k *Mutatur.* mutari large hic accipitur: siue de sua in alienã: siue de aliena in suam: siue de aliena in alienam transfertur. Io. sed & omnes infames statu vel fama dicuntur minui: vt ꝛ. de var. cog. l. cognitionum. §. existimatio. Vel dic non mutari, sed minui. & facit instit. e. §. j. & ij.

inve vinculis[a] *esset, secúmve agẽ di potestatem*[b] *non faceret, aut cum eum inuitum in ius vocari non liceret*[c], *neque defenderetur: cúmve magistratus de ea re appellatus esset*[d], *siue cui pro magistratu* * *sine dolo ipsius*[e] *actio exempta esse diceretur, earum rerum actionem intra annum*[f] *quo primum de ea re experiundi potestas erit. Item si qua alia mihi iusta causa esse videbitur, in integrum restituam*[g] *quod eius*[h] *per leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principum licebit.*

Iurisconsultus tractat hic de vltima parte edicti. Bartolus.

II. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

HOc edictũ[k], quod ad eos pertinet qui ei * continentur, minus[m] in vsu frequẽtatur[n]. Huiusmodi enim personis[o] extra ordinẽ[p] ius dicitur ex senatusconsultis & principalibus cõstitutionibus.[q] Hoc autem capite[r] adiuuantur in primis hi qui metus causa abfuissent, scilicet si non superuacuo timore deterriti abfuissent.

III. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

METus autem causa abesse videtur, qui iusto[s] timore mortis vel cruciatus corporis cõterritus abest. & hoc[t] ex affectu[u] eius intellegitur: sed nõ sufficit quolibet[x] terrore abductum * timuisse, sed huius rei disquisitio iudicis est.

IIII. CALLISTRATVS libro secundo Edicti monitorij.

ITẽ hi qui reipublicæ causa sine dolo malo abfuissent. Dolũ malũ eo pertinere accepi, vt qui reuerti[z] potest neq; reuerteretur, in eo quod per id tẽpus aduersus eum factũ est, nõ adiuuetur: veluti si alteri grãdis cõmodi captãdi gratia id egerit vt reipub. causa abesset[a], reuocatur ab isto priuilegio.

V. VLPIANVS libro duodecimo ad Edictum.

Consensisse. Cassvs. Retento eodem casu vt in l.j. ad hoc iudex eorum cognoscat,vt se non subiecta sciant iurisdi.esse : si non errent in iure credentes.sed si Mutinen.credant quòd iudex Bononien.posset cognoscere inter eos, Mutinen.nil agunt : quia iudex non erit.idem si errant in facto : quia consensisse non videntur qui errant.idem si est potestas Bononien. compulit hunc Mutinen.coram se litigare:quia nullum est iudicium:idem est si credant vnum prætorē esse alium. {Convenire.} Sicut dictum est,consensus facit iudicem,alias non erit. an autem solus litigantium consensus faciat : an necessarius est & iudicis consensus? Et dicitur quòd non:nec obest si ignoret eos in se consensisse.{Sed si ivdex.} Dictum est quòd non est necesse quòd ordinarius consentiat : sed quid si delegatus vel in delegato:quia pone : iudex fuit delegatus vt intra certum tempus cognosceret, quæritur an illud possit prorogari iudicis & partium consensu? Et resp. quòd sic, nisi à principe fuerit prohibitum.{Legatis.} Si aliqui sint legati sic missi Romam causa legationis, habent priuilegium, vt non conueniantur Romæ dum sint in legatione , de his quæ contraxerunt ante legationē. In his qui missi sunt Ro. causa iudicij testificandi vel exercendæ causa appel.vel exercendi se à tutela,Romæ non conuenientur, nisi contraxerint Ro.sed hoc fallit in legatis : quia si fuerint quodam tempore Ro.& ibi contraxerint,& iterum venerint Ro. quia isti nunquam conuenientur pro contractibus initis in prima legatione. Item si legatus extra Ro. contraxit dum erat in leg. Ro. vel aliàs, habet ius reuocandi domum.Si verò in Italia vel vrbe contraxerit:domum non reuocat. vel dic in alio quam ad legato.vel si contraxit in prouincia:sed si in Italia vel Ro.nō. {Item si extra.} Hic.§.in legatis non loquitur, sed in aliis qui vadunt Ro.causa testificandi, vel causa appel. exercendæ:de quibus dicitur quòd si non contraxerint in prouincia sua,sed extra:non habent priuilegium Ro. illorū contractuum:sed illorum qui celebrati fuerint in prouincia sua:& nō in aliis aduersus quos ipsi egerint, & etiam alios casus omnes.hoc autem fallit cum eis fit iniuria qui Ro.sunt,& habēt ius reuocandi domū:vel cū eis fit furtū vel damnū: qui prorā libus factis possunt agere.tamē nō conueniri : nec respōdere tenentur aliis quòd iustā habēt causam: quia si aliter diceremus,vt possint cōueniri,iā delicta remanerēt impunita:quia antequā vellent ibi cōueniri, pro eo quod debent dimitterēt, ne agerent.& alia ratio:quia sic esset in potestate eorū qui volunt eos cōuenire,subiicere eos iurisdictioni alterius. {Sed et si dvbitetvr.} Si superiores personæ agant Ro. poterunt cōueniri:nō tamen si agant , cōueniuntur ibi si velint agere de iniuria sibi illata:vt hoc habuimus.§.prox. Hic autē ponit quid iuris sit si dubitetur : quia si dubitatur an ius habeat reuocādi domū,an nō: dicit quòd iudex Romanus ad quē vocati sunt,debet cognoscere de hoc:& si cōstat habere priuilegiū, vt in prouinciā suam remittātur satisdabunt tamē sine fideiussore de respondendo in prouincia sua.{Inomnibvs.} Cōueni Titium aliqua particulari actione,quæ intra paucos dies exitura est.iudex dat multas dilationes. si debeat propter hoc prorogari iudicium:non sustinebo damnū: quia restituitur mihi actio si finita sit.{His.} Ordinarij iudices habent ius indicendi mulctam:non autem alij. Viu.

Consensisse.

rogatio. Hic quaritur qualiter & qualis debeat esse iste consensus: & breuiter hoc intendit: In prorogatione iurisdictionis de persona ad personam, requiritur consensus partium, qui sciant illum non esse iudicem suum: & consensus iudicis non requiritur. sed in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur consensus iudicis & partium. h.d. vsque ad.§.legatis.

11. IDEM libro tertio ad Edictum.

CONsensisse autem videntur qui sciant se nō esse[a] subiectos iurisdictioni eius, & in eum consentiant. ceterùm si putent eius iurisdictionem esse, non erit[b] eius iurisdictio. Error enim litigatorum (vt Iulianus quoque libro primo Digestorum scribit) non habet consensum. Aut si putauerunt alium esse prætorem[c] pro alio: æquè error non dedit iurisdictionem. Aut si cum restitisset quiuis ex litigatoribus, viribus prætoræ[d] compulsus est: nulla iurisdictio[e] est. Conuenire[f] autem vtrum inter priuatos sufficiat, an verò etiam ipsius prætoris consensus necessarius est? Lex Iulia iudiciorum[f] ait, *Quo minus*[g] *inter priuatos conueniat*. sufficit ergo priuatorum[h] consensus.[i] Proinde si priuati[k] consentiant, prætor autem ignoret consentire[l], & putet suam iurisdictionem, an legi[m] satisfactū sit, videndum est. & puto[†] posse defendi eius esse iurisdictionem[n]. Si & iudex[o] ad tempus datus & omnes litigatores consentiant[p], nisi specialiter principali iussione prorogatio fuerit inhibita[q], possunt tempora intra quę iussus est litem dirimere, prorogari.

A hoc vltimo casu debet haberi consensus iudicis. ? si spectes hunc.§.fic.si superiorem, non. Sed magis dico eum consentire debere, cum sua iurisdictio[b] extendatur.

b Idem Bartol.

r *Legatis.* ideo, ne à legatione auocentur: vt j.eod.non aliàs. in fin.& l.de eo. Et accipe legatum, siue princeps eum miserit, siue aliqua terra ad principem, vel Romam: vt j. de legatio. Paulus.j.§.j. & l.legatus creatus. & C. qui. ex cau.ma.l.j.

Qui ex causa legationis, vel testimonij, vel alia legitima causa ad alium locum se transfert, ibi non potest conueniri: & habet priuilegium domum suam reuocandi. Bar.

Legatis[r] in eo quod ante legationem contraxerunt, item his qui testimonij[s] causa euocati sunt, vel si quid iudicandi causa arcessiti sunt, vel in prouinciam destinati, [t]reuocandi domum suam ius datur[u]. Eo* quoque qui ipse prouocauit, non imponitur necessitas intra tempora prouocationis exercendæ, Romæ, vel alio loco vbi prouocatio exercetur[x], aliis pulsantibus respondere. Nam Celsus huic etiam domus reuocationem dandam ait: quoniam ob aliam causam venerit[y]. hæc Celsi sententia: & rationabilis est. Nam & diuus Pius Plotio Celsiano rescripsit, eum qui tutelæ reddendæ causa Romam erat à se euocatus, alterius tutelæ causa, cuius causa non erat euocatus, non debere compelli iudiciū suscipere. Idem Claudio Flauiano rescripsit, minorem vigintiquinque annis qui desiderarat in integrum restitui aduersus Asinianū, qui alterius negotij causa venerat,[z] non esse Romæ audiendum.

**Ei.*

s *Testimonij.* Et est ratio, ne diu à suis negotiis auocentur: vt infra quemad. te. ap.l. sed si quis ex signatoribus. idem & in his qui à principe sunt euocati: vt j.eo. non aliàs.in prin. & facit supra ex qui.cau. ma. sed & si per prætorem. §.fina.& de in ius voc. quique.& supra si quis cau.l.ij. §. simili modo.

t *Destinati.* & faciebant transitū per Romam[c]: ar.ff.ex qui cau. ma qui committuntur §.item paganum. versic.qui reipub. Vel licet ratione cōtractus vel alia possint conueniri in ea prouincia in quam missi sunt: tamen reuocabunt domū: vt j.prox.§. aliàs etiam iure communi in alia terra nō debēt conueniri.

c Et sic idē iudicium de loco per quem sicut de loco ad quem Bart. & Lange.

u *Ius datur.* id est licentia reuocandi, scilicet iudicium ad domum, id est, ad locum vbi habent domicilium, non domum tantum: vt j.ad munici.libertus.§.fola. Accursius.

x *Exercetur.* sed in sua prouincia, vbi appellatum fuit, debet defendi: vt j. eū qui appel.in pro.debere defen. l.j. & ij. & infra apud eum à quo ap. l. j.quæ sunt contra.

y *Ob aliam causam venerit.* quamcunque: dummodo necessaria, vel probabili: vt causa religionis: argu. supra.de procura.l. aut religionis. idem ergo si pater alicuius vadat ad filium ad scholas Romæ, vt eum videat

arg. supra ex qui. cau.ma.l.necnon. Accursius.

z *Venerat.* scilicet, propter causam appellationis exercendæ.

a *Contraxerunt.* scilicet Romæ: vt sic plus operetur ratio loci & contractus, quàm loci tantum. sic & in authen. de consan. & vte.fra.§.hæc igitur.collat.vj. vel etiam contractus tantū, vt aduena: vt infra eo.l.heres.§.j. & supra ibi, vel in prouinciā destinati. Accursius.

b *Si contraxerunt.* scilicet alio tempore.

c *Dummodo ante legationem contraxerunt.* ergo si in legatione contraxerint, vel delinquerint ipsi, vel eorum serui, tenebuntur iudicium pati: vt j.eo.non aliàs.§.legati. Secus si quasi cō. traxerint etiam tempore legationis: vt infra eod.de eo. Item secus si dies est exitura: quia tunc lis contestatur, licet ante contraxerint: vt infra eo.sed & si restituatur.§.ædium.

d *Non cōpelluntur.* imò videtur ꝙ sic: vt j. de constit.pecu.l.eū qui.§.Iulianus.j.ratio cōtra. Sol. ibi in legatione cōtraxit: vn de exceptionē opponere nō potest: hic verò ante legationē istam

a *Non esse.* in iure errantes.

b *Non erit.* id est non fiet.

c *Alium esse prætorem.* supra ergo errorem iuris posuit. nā hic est facti error: vt j. de iur. & fac. igno. l.j.§.fi quis. & facit hæc lex pro opi. nostra, quam diximus contra G.s. de iurisom. iu. sit per errorem.

d *Prætoræ.* nō suæ. & idē in quolibet iudice.

e *Nulla iurisdictio.* s. ipso iure: sicut nec dos per metum promissa: vt s. quod met. cau. si mulier.§. si dos metu. & de aucto. tut. l.j. in fi. sed arg. contra in d.l. si mulier.§. si metu. & j. quod fal. tut. auct. l. interdum.

ADDITIO. Dic ꝙ ibi non tractatur de iurisdictione concedenda, sed de potestate litigandi concedenda parti.

f *Iudiciorum.* scilicet, priuatorum: de qua habetur mentio supra de arbi. l. sed & si in seruum.§. si quis iudex.

g *Quominus.* forte talia erant verba: si quid non interueniat quo minus cōueniæ inter litigatores, iudicium erit ratum.

h *Priuatorum.* etsi prætor non est præsens: patitur tamen pōst an te se litem contestari. vel dic vt in hac sequenti glo. vers. videtur quòd &c.

i *Consensus.* Sed quid si scholaris reus non allegauit priuilegium magistri sui: sed erran do passus est in se litē contestari? Videtur quòd sicut si soluisset indebitum, fauorabilem exceptionem habens potest repetere: vt infra de condic. indē. qui exceptionem. hic & iste posit condicere ipsam contestationem. Itē plus, quia non videtur valuisse contestatio: vt hic dicit. Sed contra dico, quia non errauit, cum erat suus iudex: vt supra in præc. digesto. in fin. & in l. Fe. de habita. C. ne filius pro patre. facit alia quę incipit, statuimus quæ no in l. omnes. C. de epi. & cler. sed de priuilegio certat, non de iure communi. Item ibi damnum euitat: hic lucrum vult.

k *Siprimati.* hic videtur eundum casum ponere quem & s. l. proxi. Dic ergo quòd prætor supra loquitur quando errando in iure credens se vltra territorium suum iurisdictionem habere: hic quando in facto: vt quia istos de iurisdictione sua esse credebat. hoc quidem non noceret: vt hic.

l *Consentire.* vt in non suum.

m *An legi.* scilicet Iuliæ priuatorum iudiciorum.

n *Iurisdictionem.* hic est arg. quòd etiam ante lit. contest. est iurisdictio. sed dic, hic forte lite contestata.

o *Sed si iudex.* scilicet consentiat.

p *Consentiant.* in tempore prorogando.

q *Inhibita.* scilicet, à delegante. Sed an tempus triennij potest prorogari? Respon. non[a]: vt C. de iudi. properandum. & infra e. si iudex. No. ergo quòd fit prorogatio de tempore ad tempus, vt hic: quandoque de personis ad personas: vt supra e.l.j. quandoque de re ad rem: vt infra e.l. de quæ re.§.j. sed an

istam.[a] vt §. de arbi. nō distinguemus, §. item si quis & §. illud. Itē cōtra, vt in auth. vt omnes obe. iu. prouin. §. j. & ij. col. v. quæ est. C. vbi de crimi. agi. opor. auth. qua in prouincia. Sol. quod ibi dicit, quod nullo priuilegio excusatur quo minus conueniatur vbi contraxit, verum est de priuilegio per principem indulgendo. vel etiam ante indulto alicui singulariter, non per legē iam indulto: cum per auth. posteriorem hoc priuilegiū sit legatis confirmatum: vt in authē. de. san. epis. §. si vero episcopi. col. ix. sic etiā non tollitur quòd est. C. vbi se. vel cla. l. ij. Item contra infra de legatio. cum quæritur. in prin. sed satis videtur in legatione contraxisse, qui in id tempus se obligauit: arg. j. de act. & oblig. l. contraxisse. vel aliter pone[b] casum in d. l. cum quæritur, &c.

Iulianus scribit, & diuus Pius rescripsit. Planè si perfecta[a] legatione subsistant, conueniendos eos diuus Pius rescripsit. Item si extra[b] prouinciam suam contraxerunt, licet non in Italia: quæstionis est an Romæ conueniri possint. & Marcellus in eo solo priuilegio eos vti domū reuocandi, quòd in ciuitate sua vel certe intra prouinciam contraxerunt. quod est B verum.

Ex isto. §. nota quòd ille qui accusat criminaliter, non potest conueniri ciuiliter. secus in eo qui ciuiliter agit. Bartolus.

Sed & si agant,[c] compelluntur[d] se aduersus omnes defendere: non tamen si iniuriam suam persequantur, vel furtum vel damnum quod nunc passi sunt. alioquin (vt & Iulianus eleganter ait) aut impune contumeliis[e] & damnis adficientur: aut erit in potestate cuiusque pulsando eos subiicere ipsos iurisdictioni dum se vindicant.[f] Sed si dubitetur vtrum in ea quis causa C sit vt domum reuocare possit[g] nécne, ipse prætor debet causa cognita statuere[h]. Quod si constiterit in ea eū esse causa vt domum reuocet, debebit caueri[i] in iudicio sisti[k], statuente prætore in quem diem promittat. Sed vtrum nuda cautione, an satisdato, Marcellus dubitat. mihi videtur sola promissione[l]: quod & Mela scribit: alioquin *compelletur iudicium accipere[m], quam inuenire eos qui satis pro eo dent. In omnibus autem in quibus protelatur[n] admonitio,[o] hoc procedere sine temporali damno[p] creditorum oportet. His[q] datur multæ dicendæ ius, quibus publicè iudicium[r] est, & non aliis: nisi hoc specialiter[s] eis permissum est.

Contra eum qui habet exceptionem declinatoriam, non potest interponi secundum decretum. Bartolus.

III. IDEM libro quarto ad Edictum.

NOn videtur[t] frustrandæ D ni satisdare cum priuilegium allegat? Videtur quòd sic: vt hic. Vel dic quòd coram eo iudice coram quo est causa agenda: vt j. iudi. sol. l. iij. j. respon. & l. pen. & quod hic dicit, loquitur quando reuocat ad locum remotum. maximè vbi est grauior forma satisdandi in curia communi: vt Bononiæ.

a *Et perfecta* i. completa. sic exactos. i. finitos. sic & C. de restit. mi. l. j. Sed an si per momentum steterit, potest statim conueniri? Respon. non: sed aliquod tempus trāsear: vt j. de sol. l. ratum. & l. quod dicimus. & §. de neg. gest. diuortio. & j. de legatio. l. legato.

b *Item si extra.* Casum huius §. ponit Aldricus etiam in legatis: vt si legati contrahant dum sunt constituti in legatione in prouincia sua vel aliena, habeant ius reuocandi domum. si autem in Italia vel Romæ, non possint. & pro se inducit. j. e. cum furiosus. §. qui legationis. & quod dicit hic intra prouinciam, scilicet quamcunque extra Italiam. Quæ positio stare non potest in eo quod de Italia dixit, secundum Azo. nam etiam legatus si Romæ contraxerit, dummodo ante legationem, non potest conueniri: vt §. proxi. §. adeo quòd iudicium antè inchoatum perfici non potest: vt l. non distinguemus. §. item si quis. §. de arbi. sed Ald. dicebat, durante legatione, arg. §. quando non contraxerunt Romæ. Dic ergo tu casum in aliis qui numerantur. §. e. §. legatis. vt si contraxerint illi in sua ciuitate vel sua prouincia, habeant ius reuocādi domum. si autem Romæ, vel in Italia, vel in alia prouincia: vt cum sit Hispanus, contrahit in Anglia: non habet ius reuocandi. & quod dicit, intra prouinciam, dic, scilicet suam: vt ex vi repetitionis appareat ratione quæstionis factæ de sua prouincia, sed per hoc casum Ald. non inuenio reprobatum, nisi in eo articulo tantum quando in alia prouincia contraxit.

c *Sed & si agant.* oppo. infra de legatio. l. legatus. &. l. is qui. Sol. vt ibi.

d *Compelluntur.* s. interim dum agunt. & sic non ob. j. eo. sed & si. j. respon. vbi petit restitui hereditatem: & tamen postea nō conuenitur restitutus. Item aduersus omnes, cum tantum pro omnibus, quantum pro vno auocetur: & non fit alia ratio: vt j. eo. non alias. §. vlt. Sed ecōtra ab illis tantum videtur quòd se debeant defendere, contra quos agunt: vt in authen. de san. epis. §. si quis episcopus. versi. reuerendissimi. col. ix. Sed ibi agebat nomine mandantis: hic suo. sed quidam & hic hoc secundo modo intelligunt.

c *Et bene Ange.*

e *Contumeliis.* quod non debet esse. s vt j. de legatio. l. Paulus. &. l. legatus antequam. & j. eo. si longius. §. j. & arg. supra de iurisd. om. iudi. si idem. §. quod si. & facit. C. de sen. & interlo. cū Papinianus. & j. de legatio. si absenti. §. j. Item domum emere: vt l. legatus creatus. j. de legatio. alias nihil pro se, vel pro alio. vt d. l. Paulus. §. vltimo. Accursius.

f *Vindicant* cōquerendo de iniuriis sibi factis. Nō dicas propria auctoritate. vt C. de Iudæ. nullus.

d *Glo. sequitur. Bar. P. & Lance.*

g *Possit.* puta an legatus sit: vt infra de legatio. l. v. Et sic not. quòd aliquid ratione dubitationis permittitur, quod aliàs nō permitteretur.[d] vt infra eo. l. si quis ex. & supra si quis in ius

a *Et bene Bart.*

b *Idem Bart.*

A voc. l. ij. §. j. & infra de noxa. l. quotiens. §. j.

h *Statuere.* aliàs intueri. i. statuere interloquendo, vel videre. ADDITIO. Ista glo. ad hoc allegatur, quod quādo cognoscitur super declinatoria, non est necesse quòd feratur interlocutoria: sed sufficit ad vlteriora procedere. Ang. & Pau.

i *Caueret.* s. in locum illum vbi reuocatoria cautio tenet: vt j. iudi. sol. l. penul. Et facit ad hoc, quod alio tempore caueatur. & alio agi differatur: vt j. de lib. cau. l. ordinata. §. iis. & §. de offi. præt. natus consulto. in fi. & infra de adul. si adulterium. §. fi.

k *Sisti.* coram suo iudice.

l *Sola promissione.* forte pœnali: cum in hoc non grauetur in officio suo & hoc forte, nisi suspecta sit persona: quia tunc & cum fideiussore cauet, secundum quosdam: vt arg. §. qui satisda. cogi si fideiussor. §. fin. & j. de off. præsi. l. senatus. consulto.

m *Accipere.* magis subaudi. & leuius erit qui &c. Sed nunquid quod hic dicitur, seruatur in quolibet qui in non competenti foro conuenitur, vt debeat cauere? Respon. non: quia hic habet domicilium, vbi satisdat: cum Roma sit cōmunis patria: vt infra ad munici. l. Roma. Item an scholaris debeat in curia communi satisfare cum priuilegium allegat? Videtur quòd sic: vt hic. Vel dic quòd coram eo iudice coram quo est causa agenda: vt j. iudi. sol. l. iij. j. respon. & l. pen. & quod hic dicit, loquitur quando reuocat ad locum remotum. maximè vbi est grauior forma satisdandi in curia communi: vt Bononiæ.

n *Protelatur.* in iudiciis. Accursius.

o *Admonitio.* ex causis prædictis legationis, & aliis: & idem et alia causa.

p *Temporali damno.* s. vt dies actionis non finiatur. Sed contra j. e. l. sed & si. §. sed & si dies. Sol. currit, vt ibi. sed restituitur, vt hic, & supra ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. fi. & l. seq. Vel distingue, an interpellatio præcesserit, vt tunc ipso iure non curret: aliàs currat, sed detur restitutio. Vel distingue, an creditor potuit litem contestari, vt tunc non fiat restitutio, nisi quando cum difficultate potuit: quia graue erat eum tanto litigare, alioquin restituitur. & facit ad hunc. §. §. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. si cum. & C. de iur. delib. l. fi. §. donec. & in authen. vt cum de ap. cog. §. meminimus. colla. viij. & C. quibo. ce. pos. l. fi. Accursius.

q *His.* scilicet magistratibus.

r *Publice iudicium.* i. publicum officium, id est, iurisdictionem habet: secundum quosdam. sed certe & defensor ciuitatis habet publicum officium: & tamen non indicit mulctam: vt supra si quis ius di. non obtem. l. j. in prin. Vel dic, id est, qui possunt cognoscere de publico crimine, vt quia merum habent imperium: vel sic cui est publica auctoritate concessum: vt C. de modo mul. l. fin. non tamen dico quin delegatus habeat iurisdictionem: vt §. eo. l. j.

s *Specialiter.* à principe: vt C. de spor. l. fi. Item contra supra de arbi. l. non ex omnibus. Sol. vt ibi. si ergo qui non potest mulctam imponere, vocet vt imponat, & vocatus non veniat, non punitur. & sic potest lex sequens cum hac coniungi.

On videtur. } CASVS. Si legatus est præsens in ciuitate Rom. vnde non potest conueniri: an videatur latitare, quæritur? Et dicitur quòd non: ideoque non punitur. Vel pone casum vt supra de iurisdi. om. iud. l. j. §. fin.

t *Non videtur.* Pone casum in eo quem cōstat non teneri sub eo respondere: vt §. de iurisd. om. iud. l. fi. Itē pone casum j. de pecu. l. eo tēpore. in prin. & j. iudi. sol. vir bonus. Item in quolibet qui in ius vocari non potest: vt §. de in ius voc. l. ij. dūmodo hoc

do Hoc constet. alias tenetur ire: vt infra eo. l. si quis ex aliena.
a Latitare. id est turpiter se occultare: vt ff. qui. ex cau. in poss. ea. l. Fulcinius. §. quid sit autem latitare. cum suo iure vtatur: vt infra de reg. iur. l. nullus videtur.

IN CASVS. Dicit quòd nullum litigium esse potest inter patrem & filium, dominum & seruum, nisi de castrensi vel quasi, in quibus potest esse inter patrem & filium iudicium. Viuianus.

b In potestate. vt filiis & inferioribus: vt hic & infra de actio. & obligat. l. actiones. Fallit autem in castrensi & quasi peculio: vt hic & ff. de fur. si quis vxori. ij. & iij. & de fideiussio. si dubitetur. §. fi. & C. de bo. quæ libe. cum oportet. §. eadem item cum de hoc ipso sit dubium, an sit in potestate, vel non: vt C. de pa. po. l. j. Item in illis casibus in quibus compellit patrem filius vt emancipetur: quos notauimus insti. qui mo. ius pa. po. sol. §. fi. Item si petant alimenta: vt ff. de libe. agno. si quis à liberis. in prin. Item nisi hoc facit alieno nomine for te, vt tutorio, curatorio, & procuratorio: vt argu. supra de iniust. voc. quæritum. & nisi in alio casu, quem habes. ff. ad Treb. l. imperator. & inaut. vt licet. ma. & auię. §. j. col. viij. & hoc si est in potestate. cum emancipato autem potest esse iudicium: vt C. de. in ius vocan. l. fin. & facit ad hoc. §. de in ius vo. l. adoptiuum.

c Peculio. subaudi vel quasi castrensi.

Si quis. } CASVS. Vocatus à non suo iudice, venire debet, vt sciatur si suus iudex est, vel non. Vel pone sic exemplũ, Quia Titius fecit Sempronium citari: & ambo erant de vna ciuitate: sed tamen Sempronius citatus de alieno foro erat, quia clericus erat: vel de diuersis ciuitatibus erant: nunquid tenetur eam facere debet ille Sempronius? Et respond. quòd sic. & sic videtur corrigi. §. eo. nõ videtur. Solu. ibi erat manifestum eum esse de aliena prouincia: hic non, & sic debet se excusare. Viuianus.

d Aestimare. ff. cum dubium sit: vt §. e. l. ij. §. sed & si dubitetur. alias non: vt §. de iurisdi. om. iudi. l. fi. & §. de feriis. l. j Sed quomodo erit iudex in sua causa: vt C. ne quis in sua cau. per totũ? Respon. non est sua quantum ad vtilitatem, vt aliquid dicitur esse alicuius: vt ff. quando appell. sit l. j. §. in propria. sed iurisdictio sua pronuntiando ampliatur. pronuntiabit ergo se iudicem esse, vel non esse. Accursius.

Caecus. } CASVS. Titius dum esset in officio constitutus, habebat ordinariam vel delegatam iurisdictionem: & ita morbo superueniente lumen amisit. nunquid postea suo fungi poterit officio, vt poterat à principio? Et dicit quod sic. Sed videtur quòd non: vt §. de postu. l. j. §. casum. quæ videtur contraria, sed nõ est: quia ibi à principio erat cęcus: hic postea.

e Fungitur. cum ante esset iudex quàm esset cæcus: sed de no uo fieri non potest, secus in postulatore: vt §. de postu. l. j. §. casum. & §. quanuis autem. Sed qualiter sentẽtiam in scriptis dabit, quod facere debet iudex: vt C. de sen. ex breuicu. recit. l. fin. Respon. in casibus in quibus sine scriptis iudicatur, planũ est: vt in aut. posita in d. l. in aliis autem puto quòd habeat dignitatem non administrationem iudicandi. ADDITIO. Tu dic quod imò habet administrationem, & leget sententiam per alium. Bar. Bal. & Ange.

Si quis. } CASVS. Cum ego & Titius essemus de vno foro, incœpi eũ cõuenire: & litẽ cum eo cõtestatus sum. lite pẽdente cœpit esse alterius fori: quia factus est alterius ciuitatis ciuis, vel clericus: an mihi teneatur respondere sub eodem iudice sub quo sum cum eo lit. contestatus, an eius forum sequi debeam? Et dicit quòd vbi lis contestata fuit, debet cognosci de causa. Sed contra videbatur: quia actor sequi debet forum rei: vt C. Vbi in rem act. l. fin. Viuianus.

f Vel alterius. vt clericus. ADDITIO. Dic quòd si fuerit factus motu proprio, potuit condemnari per iudicem laicum, sed nõ puniri in persona. Ange.

g Non habebit. sufficit ergo tempore citationis a vocatum esse de foro vocantis, id est, de foro eius ad quem vocatur: vt hic, & supra de iurisd. om. iud. l. pe. Sed contra supra si quis cau. l. qui autẽ. Solu. hic ad postulationem suam: ibi non fuit datum priuilegiũ. vt argu. §. quod quisque iur. l. iij. Item contra. ff. de re mil. qui cum vno. §. reus. sed ibi in milite armato est speciale: hic autem de alia militia.

a Quia per citationem fit perpetuo iurisdictionis. Bar. & Pa.

† Sic Aristoteles in libello de Mũdo.

h Praesentus. vt ff. ad muni. l. incola. ij.

Si quis. } CASVS. Si aliquis dum esset in prouincia accepit mutuam pecuniã, scilicet à me, & sic ante legationem: & cum esset Ro. causa legationis, constituit tempore lega. se soluturum Romæ illud debitum, quod in prouincia accepit: dicit hic quòd non potest conueniri. Ro. act. de constituta. Viuianus.

*Ex tit. de calumniat. Coniunge l. de minoribus. Duaren.

i Ibi iudicium. ibi & vbi, temporaliter legantur, non localiter. q. d. tempore legationis constituit: sed non eo tempore legationis quo conuenitur. nam inspicitur causa præcedens, ex qua fuit constitutum: vt infra de dona. l. qui id quod. secus si in ipsa legatione incipit debere. & sic loquitur contrarium b. infra de const. pe. eum qui. §. j. Vel solue vt ibi. Vel pone casum quòd tempore legationis constituit se alibi quàm Romæ soluturum: vnde non Romæ, sed ibi conuenitur, vbi soluere debet: vt infra de act. & obl. contrax. isset. fic & infra de leg. l. cum quæritur. Vel ibi & hic ante legationem debitum erat, & vtrobique tempore legationis constituit. sed ibi Romæ, vel in Italia. hic autem in prouincia. Vel hic ante legationem constituit se soluturum Romæ. nec erit proportionalitas temporis ad locum, propter præcedentem originem: vt arg. ff. de leg. ij. cum filius. §. cum heres. & sic ibi & vbi, temporaliter, non localiter ponuntur. Accur.

b Contrariũ loquitur quando expresse cõstituit se soluturum Romæ. vbi erat legatus: hic vero quando se soluturum constituit, non dicendo in quo loco Pau.

Insulæ. } CASVS. Qui est de insula Italiæ, debet respondere in Italia: quia insulæ Italiæ, pars Italiæ sunt. Viuianus.

k Italiæ sunt. ex quo sequitur, quòd qui in illa insula est, debet respondere in Italia: vt infra ad muni. l. qui ex vico.

l Prouinciæ. scilicet insulæ sunt pars eiusdem prouinciæ. sic & infra de verb. sign. l. notionem. §. j.

m Destitisse. Distulit. hoc fallit. C. qui accusa. non pos. l. si ea quæ. Vnde si ponas ibi in ciuili, vt debeat damnari in expẽsis qui destitit, planũ est: vt ff. eo. l. eũ quem. & facit. §. de ali. iud. itẽ. §. j. & ff. de inof. test. Papinianus. §. meminisse. si autem in criminali: primo casu videtur desistere, vt puniatur criminaliter extra ordinem. In secundo non quo ad pœnam sustinendam, destitit tamen: vt C. qui accu. non pos. si ea. & infra ad Turpil. ab accusatione. Item abolitionem necesse habet impetrare, quod facile consequitur: vt C. de aboli. fallaciter.

n Desistere. §. desistere ad differentiam differre. hic desistere calumniator à non calumniante. Accursius.

o Veritate. ex interuallo, id est postquam instituit.

p Improba. id est quam post sciuit improbam.

q Instituerat. ab initio. Accursius.

r Videtur. vt in aliquo puniatur.

Si

SI à me.} CASVS. Litem cum Titio cõtestatus sum. contra quẽ agebã: vel ipse mecũ cõtestatus est: & eũ postea adrogaui, an instantia litis inter nos solui debeat, vt discedamus à lite, an nõ, quæritur. Et dicitur quod sic: cũ ab initio antequã lis esset inter nos, si ego eũ adrogassem, nõ potuissem cũ eo litem contestari. Viu.

a *Consistere.* in tali casu nobis existentibus: & sic vitiatur: quia in eum casum peruenit, à quo non posset incipere. sic ĩ. eo. Iulianus ait, si aliter. Sed arg. cõtra ŝ. eo. cæcus. & l. si quis postea. sed hoc quod est hic, magis ratione impossibilitatis dicitur nullum: vt ŝ. de in ius voc. adoptium. & facit. ŝ. de cademi. li. ij. §. pen.

CVm prætor.} CASVS. Titius & Seius inter se causam habebant: prætor delegauit eis tres iudices: & postea vni prohibuit ne inter eos iudicaret: an alij duo iudicare possint, quæritur. Et dicitur quod sic: quia aliis duobus videtur cõmisisse. {IVDICEM} Hic dicit qui possint dare iudices. quæ omnia plene prosequitur {NON AVTEM} Hic dicit qui possunt esse iudices, vel non: quæ plana sunt. {QVI POSSVNT.} Hic dicit quod nulla differẽtia est inter eos qui possunt esse iudices, an sint sui iuris, vel alieni, s. patris, & nõ domini: quia nõ possunt esse iudices: vt supra proxi. Viu.

b *Ex pluribus.* delegatis.

c *Cõmittere.* hoc est iã cõmissum relinquere.

d *Videtur.* No. quid quibusdã prohibetur, aliis concessum videtur. sic ĩ. de testi. ex eo. & ĩ. de fun. instr. l. quæsitum. §. idem resp. & ĩ. qui. ex cau. in pos. ea. l. in possessionem. §. j. & in decre. xxv. dist. qualis. Sic econtra quod in vno cõceditur, in aliis negatur: vt C. de procu. maritus. & ĩ. de compen. quid Labeo. & ĩ. de condi. & demon. cũ ita in fi. Sol. Hęc vera sunt, nisi in prohibitis vel permissis eadem sit ratio: argu. ŝ. de leg. & senatusco. l. non possunt. in fi.

e *A lege.* de lege hic ponit exemplũ. de constitutione dic vt in consule: vt ĩ. de cõdi. & demõ. si cui. & de fideicõ. liber. l. si pure. Sed alij dicunt per legẽ C. ne li. po. li. j. quod est falsum: quia illa non permittit dare iudicẽ: imo ideo quia specialiter præsidi cõmittit, prohibet ne deleget: vt ŝ. de offi. eius cui. l. j. in prin. Itẽ potest poni. ĩ. de lib. cau. l. pen. Et de senatusco. pone exemplũ in Silaniano senatusc. quod permittit delegari cognitionem, si contingit præsidem abesse. ŝ. de offi. eius cui man. est iurisdi. l. j. §. j. & §. si à familia. ab aliis etiã potest iurisdictio delegari. quod dic vt ŝ. de iurisdi. om. iudi. l. & quia.

f *Sicut proconsuli.* vt ŝ. de offi. procon. li. obseruare. §. fi.

g *Mandata est.* scilicet à proconsule, vt subiicit. & sic est vnũ dictum vsque illuc, item hi. Et sic not. quòd delegatus à proconsule, potest alij delegare. Sed cõtra. C. de iudi. à iudice. Sol. vt diximus ŝ. de offic. procon. l. legatus. Vel dic quod sunt hic duo dicta: primum quòd dilegatus à principe deleget, sicut delegat delegatus à proconsule.

h *More.* i. consuetudine: vt arg. C. de eman. libe. l. j. Sed quare magis legato procõsulis permittitur à lege, quàm his qui Romæ iudicant? Respon. quia cum esset moribus concessum, nõ fuit necesse lege concedi: vt C. de thesau. li. j. lib. x.

i *Natura.* i. naturali morbo interueniente, vt subiicit. Accur.

k *Perpetuo.* secus si non perpetuo: vt ĩ. eo. l. cum furiosus.

l *Et impubes.* dic quòd quatuor sunt ætates attẽdendæ hic. Im

trit atur iudicium, si deuenit ad eum casum à quo incipere non potuit. Bartolus.

XI. IDEM libro duodecimo ad Edictum.

SI à me fuerit adrogatus, q mecum erat litem cõtestatus, vel cum quo ago: solui iudicium Marcellus libro tertio Digestorum scribit: quoniam nec ab initio inter nos potuit consistere.[a]

Quod quibusdam prohibetur, ceteris videtur esse permissum. Bartolus.

XII. PAVLVS libro septimodecimo ad Edictum. B

CVm prætor vnum ex pluribus[b] iudicare vetat, ceteris id committere[c] videtur[d].

Iudicem dare possunt, quibus hoc lege[e] vel constitutione vel senatusconsulto cõceditur. Lege, sicut proconsuli[f].

Is quoque cui mandata est[g] iurisdictio, iudicem dare potest: vt sunt legati proconsulum.

Item hi, quibus id more[h] concessum est propter vim imperij, sicut præfectus vrbi, ceterique Romæ magistratus. C

Non autem omnes iudices dari possunt ab his qui iudicis dandi ius habent: quidam enim lege impediuntur ne iudices sint, quidam natura[i], quidam moribus. Natura, vt surdus, mutus, & perpetuò[k] furiosus, & impubes[l]: quia iudicio[m] carent. Lege impeditur, qui senatu motus est[n]. Moribus fœminæ* & serui: non quia non habent iudicium, sed quia receptum est[o] vt ciuilibus officiis non fungantur. Qui possunt esse iudices, nihil interest, in potestate P an sui iuris sint.

XIII. GAIVS libro septimo ad Edictum prouinciale.

IN tribus istis iudiciis, familiæ, erciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum[q], quæritur quis actor intellegatur: quia[r] par causa omnium videtur. sed magis placuit eum videri actorem[s] qui ad iudicium prouocasset.

XIIII. VLPIANVS libro secundo Disputationum.

SEd cum ambo ad iudiciũ prouocant, forte[t] res discerni solet.

Si iudex per imperitiam male iudicauit, condemnabitur in quantum religioni iudicantis videbitur. quod quantitatem peculij non excedit si est filiusfa. m. sed si dolo malo iudicauit, condemnabitur in totum: quæ actio contra heredem non transit. hoc dicit cum. l. seq. Bartolus.

XV. IDEM libro vicensimoprimo ad Edictum.

FIliusfamilias iudex si litẽ suã faciat[u], in tantã quantitatem tenetur,[x] quę tunc in

pubes ergo non, vt hic. Item adultus vsque ad decem & octo annos, non potest, nisi in duobus casibus, quando princeps iubet eũ ordinarium vel delegatum. Itẽ quãdo partes sciẽtes eũ minorem, in eum consentiunt: vt ĩ. de re. iud. l. quidam cum lebat. Maior. xviij. annis vsque ad. xx. potest, sed non cogitur pronunciare: vt ŝ. de l. ij. cũ lege. maior. vero. xx. cogitur, nisi petat restitui: vt d. l. cum lege. Ac.

m *Iudicio.* i. discretione vt instit. qui nõ ex per. fa. testa. §. præterea.

n *Motus est.* propter turpitudinem: vt ŝ. de senat. l. Cassius. & ita vt infamis repellatur: vt ĩ. ad leg. Iul. de vi pri. li. j. & C. de dig. l. ij. xij. Ac.

o *Receptum est.* Ca consuetudine, quæ tamen est vallata lege: vt C. de l. seruus. & ĩ. de re. iur. l. ij. & ĩ. ad Velle. l. j.

p *In potestate.* s. patris sui, vel præsidis. secus si domini, vel abbatis. Nam quatuor modis dicitur verbum potestatis: vt ĩ. de verb. sig. potestatis. Et sic monachus vel conuersus non potest esse iudex, cum mortui reputentur: vt in authent. de nup. §. per occasionem coll. iij & facit ĩ. ad Treb. l. nam quod. & ŝ. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. pen.

IN tribus.} CASVS. Duo erãt habentes tres actiones: famil. erciscundæ. quia forte erant coheredes: vel communi diuidundo. quia habebant tẽ communem forte ex legatũ: vel finium regundorum quæ datur vicinis ad fines diuidendos: & hic ambo erãt rei pro parte, & pro parte actores si ambo litigant coram iudice ordinario vel delegato, non est vis: quæritur quis eorum sit actor? Et dicit fore actorem, qui alium prius ad iudicium euocauit, facit ĩ. eod. qui prior, vel quem eorum sors decernet, si non apparet quis primo prouocauit. Hoc dicit eum l. sequenti. Viuianus.

q *Finium Regundorum.* & idem in omnibus duplicibus interdictis, quæ multa sunt: vt diximus instit. de interdict. §. pen.

r *Quia.* ideo dubito, quia &c.

s *Videri actorem.* & sic prius de calumnia iurabit: vt C. de iure iur. prop. calum. dan. l. ij. in prin. & pauciores ei dabuntur dilationes quàm reo: a vt ŝ. de feriis. l. fi. nec sic erunt fauorabiliores: vt ĩ. de reg. iur. l. fauorabiliores. & facit ad hanc. l. ĩ. famil. erciscun. l. inter coheredes. §. qui familiæ. & l. ij. & ĩ. fini. regun. l. iudicium. ij. & ĩ. communi diui. l. ij. §. fin. arg. contra. ĩ. de peculio. si vero. Accursius.

t *Sed cum. Sorte res.* per taxillos: b vt C. communia de leg. l. fi. in prin. & ĩ. famil. erciscun. l. si quæ sunt. & ĩ. de fidei commis. li. l. generaliter. §. si quis ali. circa fi. & insti. de leg. §. optionis in fi. Sed arg. contra extra de sortile. c sed quare non compelluntur consentire: vt infra de leg. j. l. huiusmodi in fi. Ac.

Filiusfamilias.} CASVS. Duo erant qui coram filiofa. iudice litigabant. & sic ille filius f. per imprudentiam iudicauit sibi tulit sententiã iniquã: quia eũ quem cõdemnare debebat, absoluit: vel ecõtra quẽ absoluere debebat, cõdemnauit. quæritur in quantam quantitatem debet condẽnari? Et dicit quòd in tantũ quantũ est in peculio. Si autẽ hoc dolo malo fecit, vel gratia vnius partis, vel meditata malitia, vel inimicitia cũ habeat vnã partem odio. nunquid insolidum ad verã æstimationem erit cõdemnandus filiusfa. Et respon. quòd sic. Viuianus.

v *Faciat.* per imprudentiam.

x *Tenetur.* dic secundũ Io. f. pater. & sic duo sunt hic specialia. Primum,

Primum, quòd datur de peculio, licet sit quasi maleficium: vt ff. de his qui deie. vel effu. l. j. §. cum seruus. Secundum, quòd non inspicitur tempus rei iud. in actione de peculio: quod debet fieri: vt ff. de pec. quæritum. j. respon. sed hoc secundū posset tolli, si dicas cum sententiam dicebat. s. iudex qui iudicat contra patrem. sed secundum Azo. dic, tenetur. l. filius: & hoc approbo. Sed oppon. quomodo tenetur ipse filius de peculio, & non insolidum: vt ff. quod cum eo. l. penul. maximè si dolo fecit? Respon. hic non dicit agi contra filium de peculio actio. sed dicit agi ad tantum quantū fuit in peculio: & agetur actione in factum. Item quare tenetur de peculio, & non inquātum æquum bono iudici videtur: vt instit. de ob. ex quasi delict. in prin. & ff. de var. eo. s. iudex? Respon. quia hoc bono iudici videri debet, vt peculiotenus damnetur quando per imprudentiam: si autem per dolum, tūc insolidum: [a] vt in fine huius legis. & C. de pœna iud. l. ij. Alij dicunt, tenetur scilicet pater filio condemnato, in actione ex quasi maleficio vt ff. de pecu. l. iij. §. sed & si.

peculio fuit, cum sententiā dicebat[a]. Iudex[b] tunc litem suam facere intellegitur[c], cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Dolo malo autem videtur hoc facere, si euidens arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram[d] æstimationem litis præstare cogatur.

XVI. IDEM libro quinto ad Edictum.

IVlianus autem in heredē iudicis qui litem suam fecit, putat actionem competere. quæ sententia vera non est, & à multis notata est[e]. B

Si iudex succedat vni ex litigatoribus in aliquo, desinit esse iudex. Bartolus.

XVII. IDEM libro vicensimosecundo ad Edictum.

IVlianus ait, si alter ex litigatoribus iudicem solum heredem vel ex parte fecerit, alius iudex necessariò sumendus est: quia iniquum est: aliquem suæ rei iudicem fieri[f].

In iudiciis iudex non est diutius expectandus: sed alius loco eius sumendus. Bar.

XVIII. IDEM libro vicensimotertio ad Edictum. C

SI longius[g] spatium intercesserum erit quo minus iudex datus[h] operam possit dare, mutari eum iubet prætor: hoc est si fortè occupatio aliqua iudicem non patiatur operam[i] iudicio dare incidente infirmitate, vel necessaria profectione, vel rei[l] suæ familiaris periculo[k].

a Debeat. filius secundum omnes casus. vel aliter id est iudex cōtra patrem. Accursius.

b *Iudex.* mutat casum: quia in fin. dicit veram æstimationem: hic secundum vires peculij. Accursius.

c *Intelligitur.* vt insolidum teneatur: quod est infra in fine. huius legis. nam & aliàs sine dolo facit litem suam. Accursius.

d *Veram.* ad hoc. s. vt veram &c. nam & aliàs de peculio tantùm, vtmodo dixi: & etiam infirmatur quando dolo: vt C. de pœna iudi. l. ij. & in authen. nouo iure.

[Vlianus autem.] CASVS. Quæritur an hæc actio in heredē iudicis qui litem suam fecit, sit danda? Et resp. quòd sic, secundum Iulianum, qui malè dixit: quia in heredem iudicis non datur actio. Viuianus.

e *Notata est.* nisi in id quod ad eum peruenit: vt ff. de oalum. l. in heredem. & infra ad Treb. l. seruō. §. cum prætor. ADDIT O. Dic quòd de iure cano: semper tenetur heres: cum teneatur exonerare conscientiam defuncti, per ea quæ habentur in ca. fi. extra de sepul. & moderni legistæ in l. Pomponi. §. cum quis. infra de adquirend. possef. Lancelotus.

[Vlianus ait.] CASVS. Duo litigabant coram iudice: & vnus eorum iudicem coram quo litigabant, instituit heredē in totum vel in partem: an ille poterit cognoscere, vel alius assumi debeat, quæritur. Et dicit quòd necesse est alium assumi, quia &c. Viuianus.

f *Fieri.* id est remanere. sic infra de confir. tut. si patronus. & infra de adquiren. poss. si rem. & de seruit. rusti. prædi. si vnus. §. si stipulator. Item no. quòd meum est, quod pro parte meū est. sic ff. de verb. sig. si pupillus. §. fi. facit ad legem istam supra de arbi. l. penult. Accursius.

Si longius.] CASVS. Duo erant qui inter se litigabant: quibus iudex delegatus fuit, vt ad certum tempus, puta ad annum cognosceret. & cum essent intra finem, aliqua causa impeditus est, ira vt non posset iudicare intra tempus ad quod fuit delegatus. & sic superesse non poterat. Dicit quòd iudex

ff. Vetus.

A iste mutatur, & alius in locum eius substituitur. SI FILIVSFAMILIAS. Pone filiusfamilias erat in absentia constitutus causa legationis, vel studiorum Romę, vel alibi: & sic ibi existens, damnū vel iniuriā vel furtū passus est: quæritur an filius possit agere, vel patrem expectare debeat: cum illa actio patri adquiratur? Et dicit quòd potest: nec est pater expectandus, cum multa accidere possint quòd pater non posset agere: & sic delicta manerent impunita. Secundo quæritur, si filiusfamilias existens in absentia aliquid credidit, vel depositum vel mandauit alicui: an danda sit inde filio actio, vel pater expectandus sit? Et dicit quòd actio est danda filio: nec pater expectatur. Tertio quæritur, quid si pater est prouincialis, filius sit senator Ro. & ei aliquid prædictorū fiat: an filius agere possit, aut patrem debeat expectare, quæritur. Et dicitur quòd agere potest. Viuianus.

Propter absentiam patris permittitur filio agere, vbi aliàs non posset absque eius consensu. Bartolus.

Si filiusfamilias ex aliqua noxa ex qua patri actio competit[l], velit experiri: ita demū permittimus ei agere[m], si non sit qui patri nomine agat. Nā[n] & Iuliano placet, si filiusfamilias legatiōis vel studiorū gratia aberit, & vel furtum vel damnum iniuria passus sit, posse eum vtili iudicio agere: nedū pater expectatur, impunita[o] sint maleficia, quia pater venturus non est: vel dū venit, se subtrahit[p] is qui noxam commisit. Vnde[q] lego semper probaui, vt si res non ex maleficio veniat sed ex contractu, debeat filius agere vtili[r] iudicio: fortè depositum repetens, vel mandati agens, vel pecuniam quam credidit petens: si forte pater in prouincia sit, ipse autem fortè Romę vel studiorum causa, vel alia iusta ex causa agat. ne si ei nō dederimus actionem, futurum sit vt impunè fraudem[s] patiatur, & egestate Romæ laboret, viaticulo[t] suo non recepto[u] quod ad sumptum pater ei destinauerat. Et finge senatorem esse filiumfamilias, qui patrem habet[x] in prouincia, nonne augetur vtilitas per dignitatem[y]?

Heres sequitur forum defuncti: nec potest proprium priuilegium allegare. Bart.

g *Si longius.* quàm sit dictum à delegāte, vel quàm sit æquum. vel id est longum. sic nec pater nimium expectatur: vt infra de iniur. l. sed si vnius. §. quod autem ait prætor. & infra proxim. §.

h *Datus.* i. delegatus.

i *Operam.* id est studium.

k *Periculo.* facit. ff. eo. iudex. & C. de pedan. iudic. l. penul. & supra de arbi. licet autem. & infra de vac. & excu. mu. l. penult. in fin. & infra de excus. tut. sed in hoc. (aliàs idem Vlpian[o]) in prin. Accursius.

l *Competit.* suo nomine: & tunc agit filius vt procurator, cum sit de coniunctis: vt supra de procura. sed & hæc. Vel verius per filium adquisita ipsi patri: vt hic subiicit, nam & Iulianus &c.

m *Agere.* id est experiri scilicet agendo vt subiicit.

n *Nam.* hoc est exemplum. Accursius.

o *Impunita.* quòd esse non debet. vt infra ad legem Aquiliam. ita vulneratus. in fin. & de fideiussu. si à reo. §. fin. & C. de defen. ciui. l. per omnes. Et dic vt ibi in concordantiis ibi factis. Accursius.

p *Subtrahat* melius est in tempore occurrere &c. vt C. quando licet vnicui. sine iudi. l. j. Accursius.

q *Vnde.* nunc ampliat ad contractus.

r *Vtili.* prout ad depositum refertur, male dicit. imò directa datur etiam iure isto: vt infra de actio. & obligationibus. l. filiusfamil. quæ est contra. Solu. refer hoc ad alia, non ad depositum. vel dic vtili, id est efficaci.

s *Fraudem.* id est pœnam siue damnū: vt infra de ædil. edict. cum autem. §. excipitur.

t *Viaticulo.* quod propter impensas in scholis datur: vt hic subiicit, & infra de rebus credi. l. cum filius. Accursius.

u *Non recepto.* quod mutuauerat, vel quòd fuerat ei ablatum.

x *Patrem habet* scilicet senatorem, & per consequens ipse senator, vel senatorius. Vel dic verius ipsum filium senatorem, sed pater non est senator.

y *Dignitate.* q. d. imò augetur per dignitatē. vt ff. de dol. l. filiusfa. Et no. quòd hic secundū has leges filiofa. suo nomine non dantur actiones nili sex. quinque sunt infra de actio. & oblig. l. filiusfa. j. & l. in factum. sexta est de dote: vt infra sol.

mat. l. ij. & licet fuissent propriæ filij, tamen demũ absente patre, & eius procuratore exercebat: vt hic, & ĩ. de iniur. sed si vnius. §. filiofa. & l. pater. & ĩ. de procu. l. filius familias. & de pact. l. in personam. aliàs autem præter prædictas sex per filiũ quæsitas exercebat filius vtilis, licet suæ non essent, patre. s. absente: vt hic dicitur.

& sic quo ad exercitiũ nõ erat vis, sed quo ad dominium. hoc olim. Hodie verò omnes actiones prouenientes ex aduẽtitia causa, suo nomine habet: licet earum exercitium cõpetat patri, si admittat vsumfru. in rebus filio delatis: quarum nomine cõuenitur, vel agit: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi autem. & insti. per quas perso. no. adqui. §. j. alioquin si respuat pater vsumfru. filius tantum conuenitur, vel agit: patre tamen consentiente, ꝙ habet necesse facere: vt C. de bo. quæ lib. l. fi. §. j. Sed nunquid potest in omnib' suprad dictis cõcedere pater exercitium filio? Videtur quòd non: vt d. l. de bo. quæ lib. l. fi. §. vbi autẽ. E contra quod sic: vt C. de colla. auth. quod locum habet ꝙ puto verum: argu. supra de procur. filius. §. ipse quoque. Item nũquid si iis casibus, qui sunt in hac. l. filius fa. j. infra de act. & obli. conueniatur in absentia patris, exigamus consensum patris? Respon non puto: sicut nec in agendo hoc desideratur. Item si est minor nunquid habebit curatorem? Puto quòd sic liti. ar. C. de auct. præstan. l. clarum. item quid in monacho, & canonico regulari: an agent in scholis sine consensu abbatis? Distingue an habeant consensum abbatis vt studeant: & tũc omnia concessisse videtur: vt supra de iurisd. om. iud. l. ij. an non: & tunc non agent: vt in infra de pecu. l. libera. & arg. in authen. de mo. §. si verò relinquens. versi erronea.

† *In hũc locum Arist. li. 3. Politic. cap. 1.*

a Gio. sequitur Bart. & est mentis tenenda. nam sicut filius potest esse procurator extranei: multo magis poterit agere in causa patris, & causa sua. B. Pan.

HERES.} CASVS. Contraxi cum Titio Romæ: & decessit Seio instituto herede. vbi iste heres conueniendus sit, quæritur. Et respon. quod vbi defunctus potuit: & sic Romæ nec poterit iste heres se tueri aliquo priuilegio extrauagãti. {SI QVIS.} Vbi quis alicuius tutelam gessit, vel aliquid aliud gessit, vnde oritur obligatio, conueniendus est: quanuis ibi non habeat domicilium: & si nolit respondere, fiet missio in bona sua. Item mercator ibi conueniendus est: vbi mercimonium suum exercuit, nisi aliud actum fuerit. sed si mercator aliquis volens ire ad nundinas alicubi hospitetur, & ibi contrahat: nunquid est ibi conueniendus? Et dicit quòd non. & idem dicit ꝙ dictum est, scilicet in §. at si quis. quòd vbi aliquis conduxit & mercimoniũ exercuit: ibi cõuenietur. Sed si est aduena, & statim inde recessurus: tunc non conuenietur ibi. ratio ibi, durissimum &c. {APVD.} Titius prouincialis habebat seruum Romæ constitutum, vt emeret & venderet: nunquid dominus Titius Ro. conueniendus est pro contractu habito cum seruo? Et dicit quòd sic. {ILLVD.} Dum erã in prouincia, stipulatus est à me Titius vt x. sibi soluerem Romæ. in prouincia potero conueniri, si ibi habeam domicilium: & Romæ etiam conueniri potero. Viuianus.

a *Heres absens.* absẽs dicitur si est extra territoriũ iurisdictionis.

b *Defendendus.* quando est absens.

c *Conueniendus.* quando est præsens.

d *Excusatur.* indulgendo per principẽ, sed per. l. indulto. sic: vt si est legatus: quia interim excusatur: vt supra eo. l. ij. §. legatis. & Item no. heredẽ debere vti iure defuncti: vt hic, & ĩ. eo. si is. & ĩ. qui ex cau. in posica. apud Iulianũ, in fi. j. resp. & de verbo. oblig. l. ij. §. j. & infra de vsur. cum quidam. §. ex locato. versi. fiscus. Argu. contra. infra de iur. fisi. l. si fiscus. in fi. j. respon. *b* & C. de quadri. præscrip. l. fi. infra de excu. tuto. l. fi. Item quid si ibi non inuenitur: Respon. vt infra proxi. §.

b Dic quòd non est contra secundũ Bart.

e *Vel quid aliud.* puta administrationem alicuius ciuitatis: vt C. vbi de crimi. agi oport. l. ij.

f *Domicilium.* Sed qualiter erat tutor, cum ibi domicilium non habebat: & sic obst. infra de excus. tuto. l. fin. sed dic quòd

XIX. IDEM libro sexagensimo ad Edictum.

HEres absens[a] ibi defendendus[b] est, vbi defunctus debuit: & conueniendus[c], si ibi inueniatur, nullóque suo proprio priuilegio excusatur[d].

Suprà proximè dixit, heredem ibi conueniendum vbi defunctus deberet conueniri. & breuiter hoc intendit: Vbi est gestum negotium ex quo resultat quasi contractus, ibi potest quis conueniri: nisi sit contractum tanquam cum aduena, quem quis sciebat de proximo recessurum. hoc dicit vsque ad §. apud Labeonem. Et primò ponit quasi contractum. Secundò de contractu. secunda ibi, proinde. Bartolus.

Si quis tutelam† vel curam vel negotia vel argentariam, vel quid aliud[e] vnde obligatio oritur, certo loci administrauit: & si ibi domicilium[f] nõ habuit, ibi se debebit[g] defendere: & si non defendat, neque ibi domicilium habeat, bona[h] possideri patietur.

Supra dixit, quando quis fortitur forum ratione quasi contractus: nunc quando ratione veri contractus. Bartolus.

C NOn est enim consentiendum parentibus, † qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt. s quod plerunque faciunt malignè circa sanguinem suum inferentes iudicium, nouercalibus delenimentis t instigationibusve corrupti.

V. MARCELLVS libro tertio Digestorum.

NAm u & his qui non ex masculis descendunt, x facultas est agendi: cum & de matris testa-

SCiendum. {CASVS. Pater fa. filiũ exheredauit: extraneũ instituit. filio datur querela, quæ nõ solum cõpetit descendẽti exheredato, sed etiã ascendenti. in transuersalibus an detur? Et respon. quod sic. s. fratri de fratris testamento: aliis qui sunt vltra fratrẽ, agere nõ expedit: quia in hoc nihil obtinere possunt.

i *Frequentes*. hoc est mendacium. Vel dic quòd loquitur secundum sua tempora. Accursius.

k *Parentibus*. ita demum datur his omnibus querela, si ab intestato succedere potuissent, vt quia nemo præcedat: vt ar. insti. de ca. de. §. fi. itẽ parentibus ita demũ datur, si sint exheredati à filiis emancipatis. si vero ab eis prætereantur, habet locum cõtra tab. quod dic vt diximus. j. e. pater filium. in fi. & l. si proponas. j. ref. vbi vero filius est in potestate qui præterit vel exheredat, cessat querela. & bo. pos. cõtra tab. quia ipso iure nullum est testamentum: vt inst. qui test. fa. pos. in prin. & ideo pater omnia occupat iure peculij: vt j. de cast. pe. l. ij. nisi filius in castrensi vel quasi peculio faciat testamentũ. tunc enim tenet: sed euitat querelã, & cõtra tab. vt C. e. l. fi. & ar. j. si à parẽ. quis fue. ma. l. j. §. est & alius. Si verò filius nec sit in potestate patris, nec sit emancipatus, vt quia in aui potestate est: qua ratione patri habenti in potestate denegari diximus querelã, eadẽ & auo & eius filio denegabitur. Si autẽ nepos ab auo emancipatur, solus auus admittitur: vt j. si à paren. quis

A fue. ma. l. j. §. nepos. Si vero parentes maternæ lineæ prætereantur vel exheredentur ab aliquo, idẽ dico quod est in ipsi tereant vel exheredent: vt insti. de exhere. lib. §. fin.

l *Proprij*. i. sui qui sunt vltrà fratrẽ. s. consanguineũ qui titur ad querelã: vt C. de inof. testa. fratres. & j. eo. pos

Alij dicũt vltra fr proprie dicicogn fratrem verò imp prie. Azo.

m *Obtinere*. i. cõ rando quod opti valeãt obtinere: præfertur ex vol tate testantis vlteri primo. Sed contrà pro socio. l. si frat §. idẽ resp. societat in gl. proferre. Sed ab testato dicit.

HOc colore. {CASVS. Si filius heredatus velit agere querela, non debet cere patrem fuisse fu riosum cũ testaret sed debet dicere fuisse functũ offic pietatis. alioquin fuisset furiosus, nul esset eius testamen vt inst. quibus non permissum facere testamentum. Vi.

n *Hoc colore*. i. hac neſtate verborũ simili colore proponit Publiciana: vt inst. act. §. aliæ.

o *Rectè*. proprie fi xisset ritè. nam rectè causam: ritè, ius vel ris solennitatem dero tat: vt j. de bo. pos. cũ tra tabul. l. nõ putant §. non quæris.

p *Pietatis*. i. officio est pietas. Quod sic fi citur inter patrẽ & fi liũ: vt hic, & j. de ob se. l. pe. Inter patron & libertũ dicitur obl quiũ. vt C. de neg. ge officio. vbi est gl. hui similis inter homi & hominẽ, benefici vt. j. de ser. expor. le uus. inter Deũ & ho minẽ, religio dicitur

q *Testamentum*. vti stit. qui. nõ est permi fa. test. §. item furio

D hic autem est: vt infra. e. Papinianus. §. fi.

I*Nofficiosum*. } CASVS. Cum filius vult agere querela, dicere debet se non iustè exheredatũ: & per instigationẽ inimicorum eius. hoc in primo. Vnde nõ est consentiendũ parẽtes heredare filiũ: quia multotiens ad hoc instigantur parentes instigationibus inimicorum filiorũ, & per instigationẽ nouercarum filiorũ. Cum ergo parentibus masculis nõ sit consentiendũ, nec etiã fœminis: cum multotiens agi cõsueuit de inof. test. matris. & agentes obtinere soleant. {HVIVS AVTEM } Qui proponit querelã, dicere debet se fuisse immerentem & inique prẽteritum vel exheredatũ: quæ prẽteritio vel exheredatio coram iudicibus allegatur: & hoc colore potest proponi quasi non fuerit sanæ mentis is à quo facta est prẽteritio, vel exheredatio. h. d. vsque ad l. postumus.

r *Prætereunt*. alios instituendo. & dic prætereunt, qui exp te matris sunt: vt insti. de exhere. lib. §. fi.

s NOn *est enim consentiendum. Inducunt*. sic infra ad Sila. si qui in graui. §. j.

t *Delenimentis*. id est blanditiis. vel id est deceptionibus, vel dissimulationibus. R. & H. vnde versus: Si linio lino: deplanat, mitigat, vngit: Leno leo lena lea siue leæna notentur. Quandoque tamen huiusmodi blanditiæ conceduntur: vt C. si quis aliquem testa. pro. l. fina.

u NAm. Bene dicit contra sanguinem: nam &c.

x NDescendunt. vt nepotes ex filia.

Prætereun

717

a *Præteritum.* præterire est neque instituere, neq; exheredare. vnde & si fiat eius mētio, nisi prędicto modo, dici potest prętermissio: vt inst. de he. quæ ab intest. defe. §. eadē. Itē not. quòd in tribus hic tit. per C. corrigitur. primo, quia olim probabāt filij se fuisse immerētes. s. exheredationem vel præteritionē: vt hic hodie heres instituendus probabit: vt C. eo. l. liberi. & l. omnimodo. Item quia olim agebatur si quartam habebat: vt j. e. Papinianus. §. quoniā autē. C. eo. cum quæritur. hodie etiā si minus, nō agitur querela sed agitur *ad supplementum*: vt C. eo. l. omnimodo. Itē olim nō trāsmittebatur nisi præparata: vt j. e. l. prox. in fi. & l. seq. hodie sic ad suum heredē: vt C. eo. licet. in fi. per auth. vero in aliis tribus. Primo, quia cum olim esset quarta, vt C. e. l. cū igitur. hodie est tricas vel semis secundū numerum liberorum: vt in auth. de trien. & semis. § j. col. iij. Item quia hoc iure quoquo relictitiu. sufficit: vt infra eo. §. igitur quartam. hodie iure instit. vt in auth. vt cū de ap. co. §. aliud. col. viij. Itē tertiū: quia hodie oportet causam ingratitudinis nominatim inseri testamento, licet olim non sic: vt in aut. vt cum de app. co. col. viij. in prædicto. §. aliud. Itē olim legata & libertates non valebant acto de inoffic. test. vt. j. e. Papinianus. in fi. hodie cōtra: vt C. de li. præter. vel exher. auth. ex causa. Sed an hodie locum habet querela: Resp. M. non, nisi inter fratres turpibus personis scriptis heredibus: vt C. e. fratres. nam si superior inferiorem, vel econtra exheredat: aut non inserit causam, & tunc ipso iure non valent, per prædictum. §. aliud aut inserit, & probatur: & tūc cessat querela: vt in eo. §. & seq. aut inserit, & non probatur: & tunc ipso iure secundum M. est irritum: vt in d. auth. vt cum de app. co. §. siue igitur omnes col. viij. sed so, licet alia concedat: hoc vltimum non. nam non ipso iure, sed per querelam debet venire, & rumpit: vt infra eo. Papinianus. §. fi.

Postumus. } Casvs. Pater vel auus exheredauit postumū, extraneum instituit: an postumus possit agere de inofficioso, qui suus heres fuisset si eius mortis tempore natus fuisset: Et dicit quòd sic. sed quid si frater fratrē exheredat: nunquid & is aget? Et respon. quòd sic: quia extiturus erat ei legitimus heres ab intestato si nullus eū præcederet. {Qvi dvo.} Si filius filij emancipati post emanci. conceptus, exheredetur ab auo: nūquid aget de inoffi? Et respon. quòd sic: quia si fuisset natus tempore mortis aui, potuisset petere bo. pos. contra tabu. sed cum talis non poterat institui, quia adire non poterat de iure ciuili: cum non esset agnatus propter eman. potest imputari testatori quare non decessit intestatus, sed si quis allegaret, nemini hoc deberet prodesse, cum non deberet alicui, qui aliàs facere testamentum non prohibetur, interdici factio testamenti. nam si fuisset natus, potuit succedere de iure prætorio per bo. pos. contra tabu. & sic de iure adiri potuisset, si fuisset institutus. sed quid si mater prægnās postumum exheredet: extraneum instituat: & postumus secetur de ventre matris: nunquid de inoffi. test. matris aget? Et respon. quod sic. Si qvis. } Si filius viuo patre & filio superstite filium exheredet, & extraneum instituat: si pater velit agere qui ab intest. ad successionē sibi admitti non poterat: & forte obtinuerit: nunquid succedet filio suo? Respon. quod nō: imo filius istius defuncti habebit hereditatem, nō pater. { Si qvis. } An exheredatus filius possit ad posteros suos querelam transmittere? Dicit Papi. quòd si inuenitur scriptū quòd filius petiit quoddam signum à iudice, puta annulum hereditarium: quod signū dicitur bo. pos. tunc trāsmittitur. si vero nō agnouit huiusmodi bo. pos. antequā decederet. sed eā præparauit porrigendo libellum heredi scripto: vel contestando litem, vt faciat eum citari: tunc in heredem transmittat. & hæc in prima. Sed in secūda dicit qualiter præparatio fit vt sic fiat transmissio ad heredes, scilicet libelli oblatio, comminatio, & denuntiatio: nec refert si sic fiat præparatio, fuerit filius in potestate an non: quo minus fiat transmissio in heredem. & h. d. cum l. seq. & sic hic distinguit: aut præparauit: aut non. Primo casu transmittit: secundo non.

b *Postum.* exheredat.

c *Suus heres.* de suo pone exemplum in filio & aliis inferioribus: vt inst. de he. qua. & dif. §. sui. & insti. de pa. po. §. ius autē. de legitimo pone in fratre consanguineo, qui est legitimus: vt insti. de le. ag. succes. §. j. versi. itaque. qui quādoque agit querela: vt C. eo. fratres. Item pone in filio qui succedit matri, qui est legitimus: in infra vnde legitimi. l. ij. §. fin. & l. iij. De cognatis pone exemplū in nepotibus aui materni. nam ipsi sunt cognati auo, & non agnati: & possunt queri de inoffic. testa. vt instit. de exhe. li. §. fi. & tūc ab intestato haberent vnde cognati: & idem in sequenti positione vt habeat locum vnde cognati: vt instit. de succe. cogna. Item melius adhuc pone in filio filij emancipati concepto post emancipationem patris: qui non potest dici legitimus: quia per emancipationem patris iura agnationis non habet: vt instit. de suc. ag. j. respon. vnde & habet bo. pos. contra tabu. non autem dicit nullum: vt infra de bo. pos. contra tabu. l. si emancipatus. j. respon. & ob hoc non sine mysterio quæritur: Quid ergo in postumo emancipati? videbatur imputandum testatori quare non decessit intestatus hic auus. nam & si eum vellet instituere, non poterat, quia adire non poterat: quod est de iure ciuili, cum non esset agnatus. Item quia alienus erat postumus, qui institui non poterat: vt instit de bo. pos. circa prin. hodie secus: vt institu. de leg. §. postumo. & infra de lib. & postumu. l. Gallus. §. ille. Item si institutus alium, rumpitur testa. vel per querelam: vt hic dicitur, & infra de bo. pos. contra tabu. si emancipatus. Et ad hoc respond. & si non potuit adire, potuit tamen habere bono. pos. secundum tabu. vt instit. de bo. pos. j. resp. Itē potuit venter mitti in possessionē: vt subiicit.

d *Sed & cognatorum.* scilicet, postumus potest dicere inofficiosum testamentum, quia & horum &c. Et no. quòd non est hæc ratio generalis. nam cognati qui erant in sexto gradu, poterunt petere bonorum pos. vt infra vnde cog. l. j. §. hæc autem. & §. si quis. & §. si qua. & tamen non agunt de inofficioso vt s. e. l. j. ergo legetur ita: bene dico quòd agit de inofficioso postumus ex filio emancipato: quia si iam esset natus: posset petere bo. pos. Io. Vel dic, potest agere querela quasi natus: quia bon. pos. petere potest quasi natus.

e *Eis.* scilicet parentibus.

f *Imputatur.* allegando dicit.

g *Impetrare.* id est allegare vt prosit. Azo.

h *Factione.* regulariter. nam causa cognita denegatur: vt j. de testa. is cui §. si quis.

i *Scriptus heres.* scilicet postumus, de quo loquitur.

k *Secundum tabulas.* & sic iure prætorio succedit qui iure ciuili non potest: vt infra de lib. & post. Gallus. §. ille. quæ est contra: sicut & quando testamentum capitis deminutione irritatur: vt institut. qui. mo. testa. infir. §. non tamen. Accursius.

l *Posse queri.* de inofficioso testamento, licet propriè non sit postumus: & hoc quando extraneum instituit: secus si filios instituisset: vt C. e. si mater.

m *Successionem.* id est ius succedendi.

n *Prosit.* Et sic not. quòd res inter alios acta, aliis prodest, nō principaliter, sed per quandā consequentiā. sic j. de bo. auct.

Recisio facta per iudicem ad petitionem vnius (etiam & si eius aliàs non interfit) prodest omnibus. Bartolus.

Si quis † ex his personis quæ ad successionem m ab intestato non admittuntur, de inofficioso egerit: (nemo enim eum repellit) & casu obtinuerit, non ei prosit n victoria: sed iis qui

Huius autem verbi de inofficioso, vis illa (vt dixi) est, dolo testamento agant, & obtinere adsiduè soleant.

In hoc. §. ponit formam libelli in querela inofficiosi. Nam primò dicit quid debet narrare. Secundò ponit medium per quod concluditur, conclusionem vero omittit. Bart.

Huius autem verbi *de inofficioso*, vis illa (vt dixi) est, dolo cere immerentem se, & ideo & indignè præteritum, a vel etiam exheredatione summo tū: résque illo colore defenditur apud iudicem, vt videa tur ille quasi non sanæ mentis fuisse cum testamentum iniquè ordinaret.

Postumus præteritus, vel exheredatus, potest agere querela eo casu quo posset iam natus succedere vt suus vel legitimus. Bartolus.

VI. VLPIANVS libro quarto-decimo ad Edictum.

POstumus b *inofficiosum testamentum potest dicere eorum quibus suus heres c vel legitimus potuisset fieri, si in vtero fuerit mortis eorum tempore. Sed & cognatorum: d quia & horum ab intestato potuit bonorum possessionem accipere. Quid ergo? eis e imputatur f cur intestati non decesserant? Sed hoc nemo apud iudicem potest impetrare. g nō enim interdicitur testamenti factione. h Hoc planè ei *imputare potest, cur eum heredem non scripserit. * Potuit enim scriptus heres i in possessionem mitti ex clausula *de ventre in possessionem mittendo.* Item natus *secundum tabulas* k haberet. Simili modo & eum qui post testamentum matris factum exsecto vētre extractus est, posse queri l dico.

*eis imputari. *scripserint.

† *Bald. in l. 2. ff. de reg. iu. dicit hūc tex. fore singu. de quo tex. vide ample. hic in nouis interpre. Bol.*

a *Præteritum.* præterire est neque instituere, neq; exheredare. vnde & si fiat eius mētio, nisi prędicto modo, dici potest prętermissio: vt inst. de he. quæ ab intest. defe. §. eadē. Itē not. quòd in tribus hic tit. per C. corrigitur. primo, quia olim probabāt filij se fuisse immerētes. s. exheredationem vel præteritionē: vt hic hodie heres instituendus probabit: vt C. eo. l. liberi. & l. omnimodo. Item quia olim agebatur si quartam habebat: vt j. e. Papinianus. §. quoniā autē. C. eo. cum quæritur. hodie etiā si minus, nō agitur querela sed agitur *ad supplementum*: vt C. eo. l. omnimodo. Itē olim nō trāsmittebatur nisi præparata: vt j. e. l. prox. in fi. & l. seq. hodie sic ad suum heredē: vt C. eo. licet. in fi. per auth. vero in aliis tribus. Primo, quia cum olim esset quarta, vt C. e. l. cū igitur. hodie est tricas vel semis secundū numerum liberorum: vt in auth. de trien. & semis. § j. col. iij. Item quia hoc iure quoquo relictitiu. sufficit: vt infra eo. §. igitur quartam. hodie iure instit. vt in auth. vt cū de ap. co. §. aliud. col. viij. Itē tertiū: quia hodie oportet causam ingratitudinis nominatim inseri testamento, licet olim non sic: vt in aut. vt cum de app. co. col. viij. in prædicto. §. aliud. Itē olim legata & libertates non valebant acto de inoffic. test. vt. j. e. Papinianus. in fi. hodie cōtra: vt C. de li. præter. vel exher. auth. ex causa. Sed an hodie locum habet querela: Resp. M. non, nisi inter fratres turpibus personis scriptis heredibus: vt C. e. fratres. nam si superior inferiorem, vel econtra exheredat: aut non inserit causam, & tunc ipso iure non valent, per prædictum. §. aliud aut inserit, & probatur: & tūc cessat querela: vt in eo. §. & seq. aut inserit, & non probatur: & tunc ipso iure secundum M. est irritum: vt in d. auth. vt cum de app. co. §. siue igitur omnes col. viij. sed so, licet alia concedat: hoc vltimum non. nam non ipso iure, sed per querelam debet venire, & rumpit: vt infra eo. Papinianus. §. fi.

Postumus. } Casvs. Pater vel auus exheredauit postumū, extraneum instituit: an postumus possit agere de inofficioso, qui suus heres fuisset si eius mortis tempore natus fuisset: Et dicit quòd sic. sed quid si frater fratrē exheredat: nunquid & is aget? Et respon. quòd sic: quia extiturus erat ei legitimus heres ab intestato si nullus eū præcederet. {Qvi dvo.} Si filius filij emancipati post emanci. conceptus, exheredetur ab auo: nūquid aget de inoffi? Et respon. quòd sic: quia si fuisset natus tempore mortis aui, potuisset petere bo. pos. contra tabu. sed cum talis non poterat institui, quia adire non poterat de iure ciuili: cum non esset agnatus propter eman. potest imputari testatori quare non decessit intestatus, sed si quis allegaret, nemini hoc deberet prodesse, cum non deberet alicui, qui aliàs facere testamentum non prohibetur, interdici factio testamenti. nam si fuisset natus, potuit succedere de iure prætorio per bo. pos. contra tabu. & sic de iure adiri potuisset, si fuisset institutus. sed quid si mater prægnās postumum exheredet: extraneum instituat: & postumus secetur de ventre matris: nunquid de inoffi. test. matris aget? Et respon. quod sic. Si qvis. } Si filius viuo patre & filio superstite filium exheredet, & extraneum instituat: si pater velit agere qui ab intest. ad successionē sibi admitti non poterat: & forte obtinuerit: nunquid succedet filio suo? Respon. quod nō: imo filius istius defuncti habebit hereditatem, nō pater. { Si qvis. } An exheredatus filius possit ad posteros suos querelam transmittere? Dicit Papi. quòd si inuenitur scriptū quòd filius petiit quoddam signum à iudice, puta annulum hereditarium: quod signū dicitur bo. pos. tunc trāsmittitur. si vero nō agnouit huiusmodi bo. pos. antequā decederet. sed eā præparauit porrigendo libellum heredi scripto: vel contestando litem, vt faciat eum citari: tunc in heredem transmittat. & hæc in prima. Sed in secūda dicit qualiter præparatio fit vt sic fiat transmissio ad heredes, scilicet libelli oblatio, comminatio, & denuntiatio: nec refert si sic fiat præparatio, fuerit filius in potestate an non: quo minus fiat transmissio in heredem. & h. d. cum l. seq. & sic hic distinguit: aut præparauit: aut non. Primo casu transmittit: secundo non.

b *Postum.* exheredat.

c *Suus heres.* de suo pone exemplum in filio & aliis inferioribus: vt inst. de he. qua. & dif. §. sui. & insti. de pa. po. §. ius autē. de legitimo pone in fratre consanguineo, qui est legitimus: vt insti. de le. ag. succes. §. j. versi. itaque. qui quādoque agit querela: vt C. eo. fratres. Item pone in filio qui succedit matri, qui est legitimus: in infra vnde legitimi. l. ij. §. fin. & l. iij. De cognatis pone exemplū in nepotibus aui materni. nam ipsi sunt cognati auo, & non agnati: & possunt queri de inoffic. testa. vt instit. de exhe. li. §. fi. & tūc ab intestato haberent vnde cognati: & idem in sequenti positione vt habeat locum vnde cognati: vt instit. de succe. cogna. Item melius adhuc pone in filio filij emancipati concepto post emancipationem patris: qui non potest dici legitimus: quia per emancipationem patris iura agnationis non habet: vt instit. de suc. ag. j. respon. vnde & habet bo. pos. contra tabu. non autem dicit nullum: vt infra de bo. pos. contra tabu. l. si emancipatus. j. respon. & ob hoc non sine mysterio quæritur: Quid ergo in postumo emancipati? videbatur imputandum testatori quare non decessit intestatus hic auus. nam & si eum vellet instituere, non poterat, quia adire non poterat: quod est de iure ciuili, cum non esset agnatus. Item quia alienus erat postumus, qui institui non poterat: vt instit de bo. pos. circa prin. hodie secus: vt institu. de leg. §. postumo. & infra de lib. & postumu. l. Gallus. §. ille. Item si institutus alium, rumpitur testa. vel per querelam: vt hic dicitur, & infra de bo. pos. contra tabu. si emancipatus. Et ad hoc respond. & si non potuit adire, potuit tamen habere bono. pos. secundum tabu. vt instit. de bo. pos. j. resp. Itē potuit venter mitti in possessionē: vt subiicit.

d *Sed & cognatorum.* scilicet, postumus potest dicere inofficiosum testamentum, quia & horum &c. Et no. quòd non est hæc ratio generalis. nam cognati qui erant in sexto gradu, poterunt petere bonorum pos. vt infra vnde cog. l. j. §. hæc autem. & §. si quis. & §. si qua. & tamen non agunt de inofficioso vt s. e. l. j. ergo legetur ita: bene dico quòd agit de inofficioso postumus ex filio emancipato: quia si iam esset natus: posset petere bo. pos. Io. Vel dic, potest agere querela quasi natus: quia bon. pos. petere potest quasi natus.

e *Eis.* scilicet parentibus.

f *Imputatur.* allegando dicit.

g *Impetrare.* id est allegare vt prosit. Azo.

h *Factione.* regulariter. nam causa cognita denegatur: vt j. de testa. is cui §. si quis.

i *Scriptus heres.* scilicet postumus, de quo loquitur.

k *Secundum tabulas.* & sic iure prætorio succedit qui iure ciuili non potest: vt infra de lib. & post. Gallus. §. ille. quæ est contra: sicut & quando testamentum capitis deminutione irritatur: vt institut. qui. mo. testa. infir. §. non tamen. Accursius.

l *Posse queri.* de inofficioso testamento, licet propriè non sit postumus: & hoc quando extraneum instituit: secus si filios instituisset: vt C. e. si mater.

m *Successionem.* id est ius succedendi.

n *Prosit.* Et sic not. quòd res inter alios acta, aliis prodest, nō principaliter, sed per quandā consequentiā. sic j. de bo. auct.

iu. pos. cum vnus. in fi. j. resp. Item not. hic quòd querela non est actio: quia actio prodesset victori, quod non facit. vt hic. Item quia perpetuo daretur: vt C. de constit. pecu. l. ij. in fi. j. §. quod hic non fit: vt C. eo. l. si quis filium. §. pen. Item daretur heredi: quod in ea non est, nisi cum fuerit præparata: vt infra proxi. §. de institut. de perpe. & temp. act. §. non omnes. Item non petitur quid dari, sed econtra. nec accusatio: quia aliquando daretur heredi: quod non esset si esset accusatio: vt C. si reus vel accusat. mor. fue. l. fin. Itē non agitur vt quis puniatur. dicitur ergo quoddam ius medium tenens inter vtrūque, rescindens in totum testamentum, vel pro parte: vt infra eo. circa. & dicitur querela. Item est hic argumē. quod qui agit de inofficioso testamento, non proponit petitio nē hereditatis: vt plene dices infra eo. l. qui de inofficioso.

habet ab intestato successionem. nam intestatum patrem familias facit.

Querela non transmittitur nisi fuerit præparata, quæ præparatio intelligitur multis modis in seq. l. expressit. h. d. cum. l. seq. Bartolus.

Si quis instituta accusatione inofficiosi decesserit, an ad heredem suum querelam transferat? Papinianus respondit (quod & quibusdam rescriptis significatur) si post adgnitam bonorum possessionem [a] decesserit, esse successionem accusationis. Et si non sit petita bonorum possessio [b], iam tamen cœpta controuersia, vel præparata, vel si cum venit ad mouendam inofficiosi [c] querelā, decesit, puto ad heredem [d] transire.

Querela inofficiosi quid sit.

VII. PAVLVS libro singulari de Septemuiralibus *Iudiciis.

QVemadmodum præparasse litem quis videatur, vt possit transmittere actionem, videamus: & ponamus in potestate fuisse eū [e], vt neque bonorū possessio [f] ei necessaria [g], & aditio hereditatis [h] superuacua sit: is si comminatus tantùm accusationem fuerit, vel vsque ad denuntiationem, vel libelli dationem præcesserit*, ad heredem suum accusationem transmittet, idque diuus Pius de libelli datione & denuntiatione rescripsit. Quid ergo [i] si in potestate nō fuerit: an ad heredem actionem transmittat? Et rectè videtur litē præparasse, si ea fecerit quorum supra [k] mentionem habuimus.

Pater nomine filij, eo inuito, querelam instituere non potest. Bart.

VIII. VLPIANVS libro quartodecimo ad Edictum.

PApinian' libro quinto quæstionū rectè scribit, inofficiosum testamentum patris non posse accusari, quamdiu filius militat: & ideo si militi filio pater exheredato decesserit, militem heredem non fieri: & ideo nec bonorum possessionem ei dari posse. Sed

do legatum: hoc est verum, nisi in tribus casibus in quibus filius non perdit legatū: licet querelā agendo succubuit, primo u filius destitit, & non perseuerauit in propria lite, non perdit filius legatū. Item si absente filio extraneus institutus fuit absolutus: natus filius nō perdit legatū. Itē si idē fuit rogatus alij restituere. Item & hoc casu legatū non perdit. ex his apparet solūmodo tribus casibus. sed pone: Pater meus me instituit: et me rogauit vt here. totam alij restituerem. omnū hered. & sic deuenit ad substitutum mihi, & sic substitutus habuit. egi contra substitutū querela inofficiosi & succubui. perdo quod habere debeam iure Falcidiæ. aliam autem partē hered. habeo ego. filius, vt alij restituam. {Si vt.} Anus maternus nepotem ex filia sua arrogauit. ex constitutione Pij debet iste filius arrogatus quartam habere. Vnde si iste auus maternus fecit testamentum, & hunc nepotem arrogatum exheredauit, iste nepos habebit quartam: licet egit querela, & succubuit, quod facere non debuit: quia repelleadus fuit, quia habuit quartam ex cōstitu. diui Pij. sed non ideo quartam amittit. {Si ex causa.} Pater meus me exheredauit & extraneum instituit: suo testamēto legata reliquit: libertates seruis suis dedit. egi contra illum extraneum institutum, & obtinui. quid erit de his quæ sunt in testamento relicta? Et dicit quòd legata non valent, nec libertas. hæc vera sunt si extraneus heres non soluit: sed si extraneus heres soluit, repetere potest: & ego filius repetam si ille soluit de bursa hereditaria. sed si ipse soluit de suo, ipse heres repetat. Hæc vera sunt si ego filius egi intra quinquennium. Sed pone quod egi post quinquennium: quia fuit restitutus, & obtinuit. dicitur quòd valent libertates directæ & fideicommiss. veruntamen quilibet seruus dabit mihi xx. aureos. sed si egi intra quinquennium vt dixi, directæ non valent, sed fideicōmiss. debent præstari: & quilibet seruorum manumittendorum dabit. xx. aureos. h. d. cum l. seq.

a *Querelam.* circa testamentum matris.

b *Ipsius.* scilicet filij tantùm. sed mala ratio videtur. nam in actione iniuriarum præfertur pater: vt j. de iniu. l. sed si vnius. §. filio. Sed dic quòd illa tangit patrem, vt etiam suam habeat actionem pater. hic nou: imò & si esset institutus filius, posset non adire: vt dicitur de seruo: vt C. de hered. instituť. l. iij. Item not. hic arg. quod querela non est actio: aliàs esset patri quæsita iure veteri in totum: hodie quo ad vsumfructum, & iniuito filio intenderet: vt C. de bo. quę lib. l. fi. §. vbi autem. Accursius.

c *Ordinandæ.* contra institutum ab auo materno.

d *Bonorum.* tres sunt bonorum possess. quæ non tribuunt ius, scilicet Carboniana, & quæ datur ventri, & hæc de qua hic dicit, quæ datur his qui erant incogniti iure ciuili: vt filio emancipato & postumo alieno: & aliis cognatis. nam cum querela fit de iure ciuili, non dabatur prædictis personis, quæ de iure ciuili sunt incognitæ: sed quoddam signum petebāt vnius rei hereditariæ, annuli vel alterius rei. vt sic à prætore recognoscerentur, & ad querelam admitterentur: & de hac hic dicit, & ē. eo. postumus. in fi. & ē. eo. l. proxi. & C. eo. l. ij.

e *Possessionem.* in bonis matris.

f *Finitam.* nec enim transit ad heredem, cum non habet heredem: vt infra de castren. pecu. l. ij. aliàs transiret, cum præparata sit: vt supra eod. l. postumus. §. fi. hodie etiam ab intestato habet heredem: vt in auth. de hered. ab intest. veni. §. j. col. ix. & sic transiret querela. Sed quare querela non dabatur patri occupanti iure peculij bona, sed restitutio in integrum, sic supra de minoribus. l. iij. §. Pomponius? Respondetur, quia

ff Vetus.

ficiosi querelam [a] patrem filij sui nomine instituere non posse inuito eo. ipsius [b] enim iniuria est.

Querela etiam quæ est præparata, non transit ad patrem qui bona occupat iure peculij, non iure hereditario. Bart.

Sequenti loco scribit: si filius post agnitam litis ordinandæ [c] gratia bonorum [d] possessionem † [e] decesserit. finitam [f] esse inofficiosi querelam: quæ non patri* sed nomine dabatur filij.

Desistens semel ab hac accusatione, postea non auditur. Bartolus.

Si quis post rem inofficiosi ordinatam, litem dereliquerit [g], postea non audietur.

Dignitas instituti hanc querelam non impedit. Bart.

Si imperator sit heres institutus [h], posse inofficiosum dici testamentum, sæpissimè [i] rescriptum est.

Testamentum veterani subiacet querelæ, nisi intra annum missionis decesserit. Bartolus.

Papinian' libro secūdo responsorum ait, contra [k] veterani patris familias testamentū esse inofficiosi querelam, etsi ea sola bona habuit, quæ in castris quæsierat. Si quis in militia fecerit testamentum, & intra annum post militiam decesserit: dubito an quia ad hoc vsque temporis iure militari testamentū eius valet [l], querela inofficiosi cessat. Et potest dici querelam inofficiosi cessare [m].

Tabulæ pupillares non subiacent querelæ per se, sed rupto testamento paterno in totum, & ipsæ tabulæ pupillares rumpuntur: secus si pro parte. Bart.

Sed nec impuberis [n] filij mater inofficiosum testamētum dicit: quia pater ei hoc fecit [o]. & ita Papinianus respōdit nec patris frater [p], quia filij testamētum est. ergo nec frater impuberis, [q] si patris non dixit. [r] Sed si in patris [s] obtentum est: nec hoc valebit, nisi si pro parte patris rescissum est [u]. tunc enim pupillare valet.

Si quarta causa mortis donetur, querela excluditur. h. d. Illud hodie corrigitur:

querela est odiosa. Accursi. ADDITIO. Ista. glo. est singularis quod querela hodie transit ad patrem secundum Bald.

g *Dereliquerit.* prorsus desistendo: vt supra titu. j. l. destitisse. Vel dic eo ipso quòd die statuta à iudice non egit: sicut est in accusatione: vt C. qui accusat. non poss. l. si ea. Sed in causis ciuilibus aliis seruat quod dicitur supra tit. j. ad peremptorium. cum seq.

h *Institutus.* & filius exheredatus.

i *Sæpissime.* idē si deū quis fecerit heredem: arg. j. ad l. Fal. l. j. §. ad municipū. Vnde Augustinus: Qui deum vult instituere, filium autem exheredare, alium quærat pro confilio, vel qui recipiat, non Augustinum. *Filius in bonis paternis deo præfertur.*

k *Contra veterani.* secus in militāte adhuc: vt j. eo. si instituta. §. de inofficioso. quę est contra. Itē secus in filiosa. etiā veterano: vt C. e. l. fi. Sed hodie videtur habere locum querela in castrēsi & quasi castrēsi peculio: vt in auth. vt cū de ap. co. §. aliud quoq;. versi. sancimus itaq;. col. viij. & in auth. de san. episc. §. presbyteros. col. ix.

l *Valet.* vt instituť. de mili. testa. §. quinimo.

m *Cessare.* scilicet inofficiosi testamenti querelam. argu. infra de mili. testa. l. ex militari. §. j. & ad leg. Fal cid. l. si miles.

n *Sed nec impuberis.* pater filium impuberem instituit. eidem extraneum turpem substituit: moritur impubes in pupillari ætate: substitutus accepit hereditatem: mater pupilli mortui fraudata filij hereditate inofficiosum dicere vult: non potest, & redditur ratio: quæ ratio est materia secundæ quæstionis, an frater defuncti testatoris admittatur: & eodem mantello reuoluto defenditur substitutus: & infert quòd nec frater impuberis admittitur, ea ratione qua mater.

o *Hoc fecit.* non filius, de cuius inofficioso testamēto agitur: & sic est bona ratio contra matrem.

p *Frater.* qui substituit turpem personam.

q *Impuberis.* qua enim ratione excluditur mater, & impuberis frater: vel qua ratione excluditur pater, eadem frater impuberis. Et sic not. quòd hæc lex variantem heredem admittit. sic infra de collat. bon. l. nonnunquam. Sed argumen. contra. C. de testi. si quis testibus. Et est ratio quare hic admittatur variatio, secundum quosdam, quia testamentum est patris & filij. quæ responsio non valet: quia non tractatur nisi de testamento impuberis, id est, de substitutione. Dic ergo quòd verè patris est etiam substitutio, quantū ad ordinationē filij: aut verius quia de sua hereditate agitur: vt arg. j. de vulg. substi. l. patris & filij.

r *Non dixit.* scilicet testamentum inofficiosum.

s *Si in patris.* scilicet testamento.

t *Obtentum est.* scilicet, à fratre impuberis, & in totum. vnde ne hoc, scilicet, pupillare valet, quia pars est & sequela paterni testamenti: vt instituť. de pup. sub. §. liberis. Sed quomodo potuit insolidum rescindi, cum non possit dicere nisi pro parte sua: vt infra eod. mater? Respond. de facto fuit: vt supra eod. l. postumus. §. si quis. At rumpi non potest per contra tabul. vel adgnatione postumi, nisi in totum: infra de iniust. testi. l. pe. Sed cum rumpitur pupillare, rupto paterno per querelam, vt hic: quare non per contra tabul. vt infra. de vulg. & pup. sub. ex duobus. §. fin. & l. sequen. cum per contra tabul. testamentum irritetur: vt infra de leg. præstan. l. j. & C. de col. l. vt liberis. circa princi. Respon. imò non irritatur, quia de iure prætoris, non testamenti, quæritur in contra tab. vt infra. eo. filio. §. contra tabu.

u *Rescissum est.* scilicet testamentum.

Quarta intelligitur deducto ære alieno, & funeris impensa, seruis libertate donatis. h.d.primò. Item institutus primo gradu ex causa habet querelam contra sibi vulgariter substitutum: & omittendo hereditatem non incidit in edictum.h.d.Primò ponit vnū edictum. Secundò formal duas quæstiones, & eas determinat. Tertiò ponit dictum inconueniens quod sequitur in vna determinatione. Quartò dat vnum remedium seu consilium contra dictum inconueniens. Secunda ibi, sed an & libertates. Tertia ibi, cū igitur. Quarta ibi, nisi forte. Prima pars est clara. Bartolus.

Si quis mortis causa filio donauerit quartam partē eius quod ad eum esset peruenturum si intestatus paterfamilias decessisset: puto securè[a] eum testari.

Propter pupillarem substitutionem filius non habet querelam. Bartolus.

Si quis impuberi filio substituit secundas tabulas faciēdo: non ob hoc admittemus[b] ipsum impuberem ad inofficiosi querelam.

Facit partem qui non admittitur ad partem, sed admitti speratur. Bartolus.

Quoniam autē quarta debitæ[c] portionis sufficit ad excludendam querelam: videndum erit an exheredatus partem faciat,[d] qui non queritur:[e] vt puta sumus duo filij exheredati. Et vtique faciet,[f] vt Papinianus respondit. Et si dicā inofficiosum:[g] non totam hereditatem debeo, sed dimidiam petere. Proinde si sint ex duobus filiis nepotes, ex vno[h] plures, tres puta, ex vno vnus: vnicum sescuncia,[i] vnum ex illis semuncia[k] querela excludit.

Quarta autem accipietur scilicet deducto ære[l] alieno, & funeris impensa. Sed an & libertates quartam[m] minuāt, videndum[n] est: & nunquid[o] minuant. nam si cum quis ex asse heres institutus est, ideo non potest dicere inofficiosum quia habet Falcidiam,[p] Falcidia autem libertates nō minuit: potest[q] dici[r] deductis libertatibus quartam ineundam. Cum igitur placet quartam minui per libertates,[s] eueniet, vt qui seruos tantùm habet in patrimonio[t] suo: dando eis libertatem, inofficiosi querelam excludat:[u] nisi fortè hic filius si non fuit in potestate, à patre heres institutus meritò omittit hereditatem, & ad substitutum[x] transmittit quid si sit in potestate? Respon. si substitutus adiit, idem: & sic deficient libertates: cum à substitutione pendeant: vt infra de le.j. licet intentata postea querela. Si vero non adit, quia hic remansit nihilo minus heres qui abstinuit, nec aliunde pendet ex gradu qui vitietur, libertates valebunt: vt infra de fideicom.lib l.cum quasi. §. sed & si quis. Et sic not. quòd seruus hoc modo grauatur: vt & alibi. infra ad l. Fal. si debitor. Item quod dixi pendere, verum est in fideicō. sed quid in directis, cum statim competant: vt infra de ma.test.l.testamento liber. Seruus enim statim velit nolit est heres: & sic valet non etiam si primus gradus vitiatur: quia non potest, cum sit institutus. rursus à secundo non pendet. Respond. imò hoc casu cum datur substitutus, non est heres necessarius: quia testator videtur ei permittere abstinere: & sic à secundo gradu pendet, qui postea vitiatur. Respon. idem distinguendum in omnibus scilicet an habeat substitutum. & rationem distinctionis approbo per. l. quæ est infra de iniu. rup. test. nam & si. §. rumpendo. secundum Azo. Sed siue sit in potestate siue emancipatus, cū institutus sit, qualiter intentabit querelam, nec enim est exheredatus, vel pro exheredato habitus. Respon potest iure veteri quia quartam non habet: vt C. eod. omnimodo. Vel dic quòd erat institutus pure, & exheredatus si nollet ex testamento heres esse: licet hæc exheredatio sit inepta, exheredo te si non vis esse heres: quia qui non vult esse heres, ipsa sua voluntate videtur se excludere ab hereditate: vnde superflua est exheredatio: tamen tenet: quia non sequitur, non vult esse heres ex testamento, ergo non vult esse heres. & probantur prædicta infra de hered. institu. leg. iam dubitari. Vel dic, agit querela, quia non potest contra aliquem agere ad supplementum: cum ipse sine dolo suo, vt excludat fraudem defuncti, repudiet hereditatem. Vel plenius secundum Azo. loquitur de querela inofficiosi testamen. id est de bo. pos. contra ta quam habet siue nullo modo instituatur, siue exheredetur inutiliter de iure, vel inutiliter quantum ad emolumentum: vt hic, & infra de bo. pos. contra ta. l. non putauit. §. non quæuis.

Intestato.

a *Securè* hodie debet iure institutionis: vt in authen. vt cum de ap. cog. §. aliud. col. viij.

b *Admittemus.* nulla enim videtur esse facta iniuria ei, cū ipse sibi testari non posset: vt inst. de pup. sub. §. j. & facit. C. eo. l. ex tribus. sed quid si per fideicom. & ita vltra pup. ætatē eum grauauit? Respō. olim agebat, cum quartā sine onere non habebat: vt j. eo. §. si conditioni. hodie non, sed vt remoueantur onera: vt C. e. l. quoniā ij.

c *Quoniam quarta debite.* scilicet ab intestato: vt & C. eo. parentibus. hodie semis, vel triens: vt in auth. de trien. & se. §. j. col. iij. Accursius.

d *Partem faciat.* id est, vt partem habeat tantum, non totum. sicque exponitur. j. de lega. j. huiusmodi. §. si Titio. & de leg. ij. cum pater. §. libertis. & j. de bo. pos. contra tab. l. j. §. si ex tribus. Accursius.

e *Qui non queritur.* id est non conqueritur: conqueri tamen sperat. nam secus si repudiasset: vt infra eo. qui repudiantis. quæ est contra. ADDITIO. Solue secundum Bart. hic, quia ibi loquitur in eo qui non admittitur: nec admitti speratur, quia repudiauit. hic in eo qui speratur admitti. de hoc vide eundem Bart. in l. pater filium infra eo.

f *Faciat.* scilicet partē. i me admitti ad partem tantū: & sic sufficit quarta dimidiæ.

g *Inofficiosum.* f. in totum, & obtineam non totam &c. vt supra eod. l. postumus. §. si quis ex his. Vel dic, non totam, id est non totum dico inofficiosum, quo perlato venitur ad petitionem hereditatis.

h *Ex vno.* id est altero.

i *Sescuncia.* id est vncia & dimidia.

k *Semuncia.* id est media vncia: & hoc ideo quia in stirpem hereditas diuiditur: vt institu. de hered. ab intesta. §. cum filius.

l *Aere alieno.* sic instit. ad leg. Fal. §. cum autem.

m *Quartam.* debitam iure institutionis: ex qua colligitur an etiam quarta iure naturæ minuatur: vt infra Falcidia autem, &c. secundum Ioan. & Hu. & Azo. potest etiam dici vt tota loquatur de quarta iure naturæ debita.

n *Videndum est.* quando filius exheredatur.

o *Et nunquid.* potest ita legi: nunquid minuant si cum quis ex asse heres esset institutus. & abundat, cum. procede, & repete nunquid, & dic: nunquid ideo nō potest dicere quia in solidū est heres. & sic sit &, pro vel: aut quia habet Falcidiam. facilior est tamen lectio si prætermittatur: nunquid minuant. vsque illuc, si cum quis &c. & in fin. versus legatur, nunquid &c. ideo potest etiam legi vt neque si, neque cum abundet, litera ordinata in hunc modum: & nunquid minuant si quis ex asse est heres institutus. & adhuc repete, nunquid: & assume, nunquid ideo non potest dicere inofficiosum testamentum, quia habet Fal. postea sequitur responsio: vt ponatur autem, pro sed: & fiat repetitio cum, prætermisi: & dicamus, sed cum Fal. quæ debetur iure institutionis, libertates non minuat, potest dici deducta quarta, scilicet debita iure naturæ &c. Vel ponas in quæstione, Falcidia autem &c. & post respondetur, potest dici &c. secundum duas primas lecturas. Quod autem in libertate dicit cessare Fal. recipit distinctionem: quia cum aliquid alicui legatur vt seruum manumittat: an vt suum: & tunc patitur Falcidiam. an vt alienum: & tunc ita demum si plus est in legato quàm faciat pretium serui: vt infra de fideicom. li. l. decem. & ad l. Falcidiam. si seruus. & l. sequen. sed in herede rogato serua quod hic dicit. Sed

p *Falcidiam.* prima facie, quia totum habet.

q *Potest.* hoc refertur ad vtranque quæstionem quando exheredatus, & quando in totum institutus.

r *Dici.* solutio vtriusque quæstionis, secūdum Ioan.

s *Per libertates.* nōante libertates per quartā.

t *Patrimonio suo.* & nihil aliud.

v *Excludat.* quod est inconueniens.

x *Ad substitutum.* quē habet: & sic cum non aditur hereditas ex testamento, nihil valet de his quæ in eo scripta sunt: vt C. de fideicom. l. eaquam. nam nec ex substitutione, cū ea per querelam irritetur. Sed

a *Intestato.* si non habet institutum, vel non accepit.

b *Citra edicti.* illius. s. si quis omis. cau. testa. & hoc ideo, quia facit vt fraudē defuncti repellat: vt j. si quis omis. causa test. l. qui autem. §. non simpliciter. & j. de leg. ij. cum pater. §. Titio.

c *Iussit.* vt ita sit heres si decem dederit filio testatoris exheredato.

d *Excludatur.* & certe excluditur. agnouit enim &c. secundū Azo. sed Hu. dicit hic non responderi: sed casuū dubitationis poni.

e *Idem est.* s. respondendū secundū Azo. vel quęrendum, secūdum Hu.

f *Excludi.* imò adhuc agit vt quarta saltem ibi impleatur: vt C. ea. scimus. in princ. & §. sancimus. versi. repletionem. quæ est cō tra. Sol. nec ibi agitur querela: sed condictione ex lege. Item nec potest negari quin vetera iura in hoc corrigantur: quia olim non agebat ad supplementum si agnouisset legatum: vt hic. Item si non agnouit, agebat querela, hodie non.

g *Maxime.* quare hoc statim dicet.

h *Quoniam.* respond. quoniam, &c.

i *Querela.* vnde nec quinquennium currit prius: vt C. e. scimus §. illud. erit ergo ratio, quia facilius impeditur competitura, quam iam nata extingueretur: argu. supra de his qui sunt sui vel ali. iur. l. patre furioso.

k *Euentum.* id est datione & acceptione. nam oblatio tantum intercessit.

l *Antequam maxime.* nam idem si post.

m *Quod delictum est.* & accipitur. Accursius.

n *Videatur.* nisi quòd agitur ad supplementum iure nouo: vt modo diximus: sed videtur quod talia non debeant imputari in quartam: vt infra ad l. Fal. l. id autem. quæ est contra. Sol. hic dicit de quarta iure naturę ibi de Treb. secundum M. Vel dic, hic imputatur, scilicet vt non possit agi de inofficioso: quia confirmare videtur accipiendo: ibi autem non imputatur in quartam iurę institutionis quo minus possit habere quartam de legatis, si in aliis rebus quartam nō habeat prima autem solutio stare non potest: quia quicquid datur ei qui hereditatem restituere debet, in quartam imputatur ei: vt j. ad l. Fal. in quartam. §. j.

o *Vnde si quis* infert ex. §. quoniam autem quarta. quia enim diuerat quartam sufficere ad excludēdum: vnde si quis &c. & merito dicendum est &c. vel ad proximum. §.

p *Deberetur.* scilicet ab intestato cuius quarta erat semuncia. secundum M. alij sextans debetur ex necessitate scilicet. & pone exemplum in eo qui habet filium & filiam ex altero filio præmortuo: qui cum succedat cū diminutione tertiæ partis, remanent ergo octo vnciæ ab intestato filio: quarum quarta est sextās: vt inst. de here. ab intest. §. item vetustas. versi. diui. & C. de suis & le. here. l. si defunctus.

q *Nullum iudicium.* Sed quod iudicium potest mouere, cum sit institutus: & poterat etiam agere ad supplementum? Respon.

r *In Falcidiam.* scilicet iure naturæ. alij Treb. Sed certe non videntur imputari: vt C. ad Treb. l. iubemus. in fin. quæ est contra. Sol. secundum quosdam ibi loquitur in liberis primi gradus: hic in vlterioribus. Nam & in aliis est inter

tens, querelam inofficiosi instituet: vel ab intestato [a] citra edicti [b] pœnam habeat hereditatem.

Datum causa conditionis implendæ, in legitimam imputatur, & querelam excludit. Bartolus.

Si conditioni parēre testator heredem iussit [c] in persona filij vel alterius qui eandē querelam mouere potest, & sciens is accepit: vidēdum ne ab inofficiosi querela excludatur. [d] adgnouit enim iudicium. Idem est [e] & si legatarius ei vel statuliber dedit. Et potest dici excludi [f] eum, maximè [g] si heredem ei iussērat dare. Ceterum si legatarium, nūquid semel natā inofficiosi querelam nō perimat legatarij oblatio? Cur ergo in hede absolutè diximus (Quoniam [h] ante aditam hereditatē nec nascitur querela. [i] Ego euentum [k] puto sequendum in hac re: vt si fortè antequā [l] iudicium moueatur, oblatio ei fiat eius quod relictū [m] est, quasi ex voluntate testatoris oblato eo satis ei factum videatur [n].

Grauatus de restituendo post certum tempus fructus medij temporis sibi in legitimam computet. Bartolus.

Vnde si quis [o] fuit institutus fortè ex semisse, cum ei sextans ex substantia testatoris deberetur, [p] & rogatus esset post certum temporis restituere hereditatem: meritò dicendum est nullum iudicium [q] mouere: cum debitam portionem & eius fructus habere possit. fructus enim solere in Falcidiam [r] imputari non est incognitū. Ergo [s] & si ab initio [t] ex semisse heres institutus rogetur post decennium restituere hereditatē, nihil habet quod queratur: quoniā facilè potest debitam portionem eiusq; fructus medio tempore cogere.

Potest quis eligere vtrum dicat nullum vel inofficiosum. Bartolus. B

Si quis & irritū [u] dicat testamentum vel ruptum, & inofficiosum: cōditio [x] ei deferri debet vtrum prius mouere [y] volet.

Ius rescindēs potest in modū contradictionis proponi. Bartolus.

Si filius exheredatus in possessione sit hereditatis, scriptus quidem heres petet hereditatem: [z] filius verò in modū contradictionis [a] querelā indicat: quemadmodū ageret si non possideret, sed peteret.

Quod aufertur ab indigno, applicatur fisco. Item indignus est cōtra quem præsentem sententia in querela profertur. Bart. C

Meminisse autem oportebit eum qui testamentū inofficiosum improbè dixit, & non obtinuit [b]: id quod in testamento accepit, perderet [c], & id fisco vindicari, quasi indigno ablatum. [d]

Sed ei demum aufertur quod testamento datum est, qui vsque ad sententiam iudicium lite improba perseuerauit. Ceterum si ab initio [t] lis improbata non fuit, quia nec ipsi aufertur quod ei datum est. Et ideo si quis ab intestato petat, & ante sententiam moriatur, transmittit hereditatem ad heredem suum. Quod si ante litem contestatam, nihil transmittit. Quod si post litem contestatam, sed ante sententiam, transmittit, si modo ipse vicisset. Quod si ante sententiam moriatur, nihil transmittit. Quod si post

a *Desiit.* parcitur pœnitenti: vt hic, & ff. de eo. quod cert. lo. l. fi. & §. quod me. cau. l. si cum ex. §. j. & de pub. hoc edicto & ff. rem ra. habe. amplius argu. contra ff. de ædil. edict. l. quis sit fugitiuus. in princ. & ff. de fur. l. qui ea mẽte. & infra vi bono. rap. l. pen. APPITIO. Dic verum esse quando pœnitet ante consummatũ delictum: vt hic. secus si post consummatum: vt in legibus contrariis supra alle. Pau.

b *Quod accepit.* quia non perseuerauit in lite improba, vt dicunt: vel quia magis propter absentiam videtur perdidisse, quam quia habeat malam causam: vt infra de euic. si ideo. & facit ff. de repu. l. fin. in fin. & quod no. ff. de iu. fisci. l. senatus. §. senatus.

c *Iniuria.* cui scilicet restituere debet. Ac.

d *Institutus.* scilicet si liuis. Accursius.

e *Non obtinuit.* i. succubuit. Sed quomodo etiam fuit admissus cũ fuerit institutus? Respon. vt dixi supra e. l. §. quoniam autem quarta. in illa glo. scilicet quem habet, &c. scilicet quia cum fuit rogatus, fuit ei datus substitutus, propter hoc quòd timebatur ne etiam ille fideicommissarius nollet. vnde tacite intelligitur repetitum: vt ff. de lega. j. licet. si ergo omittat & accipiat substitutus, licet non habeat effectum substitutio: tamẽ cõuenitur querela quæ datur contra eum qui possidet pro herede, vel pro possessore: & si succubuit, perdat Falcidiã. sed nõne perdidit omittendo? Resp. non: ideo quia omnino omittebat, vt alia via caperet: sicut qui omittit ex testamento vt habeat ab intestato.

f *Falcidiæ.* s. Trebellianicæ. vel dic etiam iure naturæ: pars autem restituenda non perditur: quia non debet per eum aliis iniqua conditio afferri. Sed quæro hic, an filius possit habere duas quartas, & Trebellianicam, & debitam iure naturæ? Resp. si purè rogatus est de restituendo, non puto quòd vtranque habeat: quia quod capit statim per Trebellianicam, imputatur in eam quam debet habere iure naturæ: cum institutus sit, & aliquid possit habere iure institutionis: vt infra proxi. §. Idem multo magis si detrahat quartã iure institutionis: vt ff. proxi. §. Si autem rogatus sit si decedat sine liberis: statim filio primi gradus consulitur in quarta, vel hodie in triente: & in residuo tenet fideicommissum, de quo detrahet existente conditione quartam. nec enim quartam habet statim rogatus: tum quia pendet conditio, tum quia præmori potest fideicommissarius: vt C. ad Treb. iubemus. si in diem certum sit rogatus, fortè idem est quod esset si sub conditione: quia loco additionis est restitutio, vt sic, & tunc quartam detrahat. & pro hoc est extra de testa. Rainutius. licet sit arg. contra in authen. de here. & Fal. §. si quis autem non implens. col. j. & no. de his. C. ad l. Falci. l. quanquam. Accursius.

g *Ex personis.* veluti nepos ab auo paterno, vel materno, si filius exierit de potestate aui: vt insti. de adop. §. sed hodie.

h *Concedendam.* non quasi ex defuncti volũtate, sed quasi ex constitutionis necessitate: vt supra de adop. l. si adrogator.

i *Contra testamentum.* s. totum: alioquin si pro parte, valent libertates etiã in totum: vt C. eo. cũ duobus. & dic vt ibi. Azo.

k *Ipso iure.* sit hic ius ex sententia. vt ff. eo. eum qui. §. fin. sic in causa filiationis: vt ff. de li. ag. l. j. in fi. & l. ij. Sic & in causa ingenuitatis: vt supra de sta. ho. ingenuum. Argu. contra infra. cod. l. qui repudiantis. in fi. & dic vt ibi.

l *Erit.* nisi sit colluſum: vt ff. de le. j. si seruus plurib. §. pen. Ac.

m *Contendit.* vt quia sit de cognatis lineæ inferioris vel superioris, vel filius emancipatus, cui non sunt heredes, sed bonorum possessores: vt insti. de bon. poss. §. quos autem. Sed hic quomodo? Respond. egit filius, nec tamen bona vult: vel nec inferioris vel superioris: vel filius emancipatus vel cognatus quem nemo repulit.

n *Non valent.* l. directę. nam fideicom. sed vt ff. l. proxi. Item hoc in seruis defuncti. secus si heredis: vt infra eod. si sub hac. quę est contra. Sed videntur omnes valere, & lega-ta: vt ff. de excep. rei iu. d. l. j. Sol. potest dici aliud in inofficioso testamẽto: aliud in rupto, vel irrito, vel iniusto, id est non solenni: vt ibi. nam & in alio differunt: vt infra eo. Tutia. vel distingue quo agente dicatur iniustum: vt si agente herede, id est illo, obtineat quod hic dicitur. si legatario quod ibi. Vel ibi collusio heredis adfuit, hic contra: & nititur æquitate media so. scilicet proxi. præcedẽte cum ius omnium legatorum pendeat ab herede: sed non econtra: vt infra de pigno. si superatus. vbi etiam aliæ duæ solutiones sunt. Azo. Item contra ff. de leg. præstan. l. virilis §. si adierit. Sol. plus facit querela quam contra tabu. vt dices. ff. eo filio. Vel dic, pro parte fuit adita. Vel dic vt ibi: hodie vero ex causa præteritionis vel exheredationis &c. vt C. de lib. præte. vel ex hered. authen. ex causa. & sic corrigitur quod hic dicitur. vel dic vt ibi. Accursius.

o *Repetuntur,* condict. inde. vt ff. de conditio. inde. l. iij.

p *Qui soluit.* si de suo soluit.

q *Obtinuit.* si de hereditate soluit.

r *Repetuntur.* ab eo qui obtinuit. nam qui soluit, habet directam. Azo.

s *Ferè autem.* ideo fere dicit, quia si scriptus de suo soluit ante motam controuersiam, ipse repetet, & non qui obtinuit. alioquin imputabitur ei si postea soluat: vel ideo, quia si scriptus heres cautionẽ interposuisset cuncta hereditate legata reddi, & de hereditate soluta ipse repeteret: vt ff. ad l. Fal. dolo.

t *Cæptum est.* sed quæ est ratio huius distinctionis ante quinquennium, vel post quinquennium? Resp. quia vbi post quinquennium dicitur inofficiosum: non contingit illud, nisi ex causa magna restitutionis, vel quasi dispensationis: vt hic subiicit, & C. in qui. cau. in integr. rest. non est necesse. l. ij alias nõ vt C. e. si quis filium. in fi. sed restitutio vel dispensatio contra libertatem, locum habere non potest, scilicet iam competentem: vt ff. de mino. si ex causa. in fi. at ante quinquennium suo iure communi. vnde aliud est: vt supra de mino. l. verum: §. quòd si minor. Item contra C. de peti. here. l. fi. §. fin. quia ibi dicit, post annum. Sol. ibi in peti. here. cum testamentum nullum, non annullandum, dicitur. Item & aliud cõtra eos seruos inducitur.

u *Sed autem. Libertates.* scilicet directæ.

x *Non competunt.* idẽ si ex falso testamẽto vel codicillo libertas fuerit postea præsita, secundum quosdam. sed tu dic. si ex testamẽto falso, ipso iure nõ valẽt: vt C. de peti. here. l. fi. & pe. in fi. Si verò ex codicillis falsis, tũc est idem quod hic: vt ff. de manu. test. l. cũ ex falsis. quia à domino, id est herede sunt manumissi,

---

Testatore intra quinquennium. Modestinus libro singulari de inofficioso Testamento.

Si autẽ intra quinquennium egerit, libertates u nõ cõpetũt x: sed Paulus ait, præsta cedendam h.

Rescisso testamento non debentur legata vel libertates: & soluta repetuntur: sed libertates debentur si post quinquennium agatur: vel etiam ante, si sunt directæ relictæ: sed pretium pro eis præstabitur. h. d. cum l. seq. Bart.

Si ex causa de inofficio si cognouerit iudex, & pronuntiauerit cõtra testamentum, nec fuerit prouocatum, ipso iure k rescissum est, & suus heres erit l secundum quem iudicatum est, & bonorum possessor si hoc se contendit m: & libertates ipso iure non valent, n nec legata debentur: sed soluta repetuntur o aut ab eo qui soluit p, aut ab eo qui obtinuit q. & hæc vtili actione repetuntur r. Ferè s autem si antè cõtrouersiã motam soluta sunt: qui obtinuit, repetit. & ita diuus Hadrianus & diuus Pius rescripserunt. Planè si post quinquennium inofficiosum dici cœptum est t ex magna & iusta causa, libertates non esse reuocandas quæ competierunt, vel præstitæ sunt, sed viginti aureos à singulis præstandos victori.

IX. MODESTINVS libro singulari de inofficioso Testamento.

Si autẽ intra quinquennium egerit, libertates u nõ cõpetũt x: sed Paulus ait, præsta

manumisi, vel legatario dati vt manumittat.

a *Fideicommissas.* secus in directis si ante quinquennium dicatur inofficiosum. vt s. l. proxi. in fi. & est ratio, vt dicunt, quia fideicommissariæ duplici auctoritate nituntur, id est herede & testatore: directæ solo defuncto. Item not. quod hodie nihil præstatur: quia ex causa præteritionis, &c. vt dixi supra l. proxi. in fi. magnæ glo. scilicet directæ.

S *1 pars.* CASVS. Exheredatus fui à patre meo: & cum vellẽ agere querela inoffi. delegati sunt quatuor iudices inter me & heredem institutũ: duo dederunt sententiam pro me: alij duo pro extraneo instituto. Dicitur hic quòd sententia illorum valet, qui iudicit pro testamẽto nisi, &c. (ILLVD.) Filius exheredat⁹ percepit legatum sibi ab herede instituto relictũ. Dicitur hic quod talis filius nõ ager amplius querela, nisi esset alias restituturus. Viuianus.

b *Spectauit.* & dic quod pares erant partes, alias staretur maiori parti: vt supra de arbit. item. §. fin. & l. seq. & infra. de re. iu. l. uo ex tribus. Idem seruatur in causa libertatis: vt infra de re iud. l. inter pares. & infra de reg. iur. l. in ambiguis.

c *Iniquè.* id est per gratiam, vel per sordes: quo casu non valet ipso iure: vt C. quando prouo. non est necess. l. venales. Vel melius dic inique, id est contra ius litigatoris. & sic tenet sententia: si tamen in causa appellationis hoc probetur vel seruabitur ius cõmune si sint delegati, et tm pendenti: si ordinarij, pro reo: vt infra de re iudi. l. duo. & l. inter pares. Accursius.

d *Administrauit.* ex necessitate: quia de hoc testator eum rogauit. Nam non videtur quisquam &c. vt infra de reg. iur. nõ videtur quisquam.

ETiam. ¶ CASVS. Filius exheredatus egit querela, succubuit: non perdet dona. quam habuit à patre suo: si pater dedit pro filia dotem, illa dos non reuocatur. Viuianus.

e *Obtinuerit* id est succubuerit. Et sic negatiua in affirmatiuam resoluitur: vt §. eod. Papinianus. §. meminisse. sic contra §. de dolo. l. non debet. in fi.

f *Perfecisse.* fuerat ergo emancipatus: aliàs non posset perfectè donare.

g *Infirmari.* quia non pendent ex testamento. sic & in dona. causa mor. eadem ratione: vt infra de his qui, vt indig. post legatum. §. qui mortis. & hoc nisi sit testamento confirmata arg. infr. de bo. lib. l. si vero. §. pen infra de contra tab. sub conditione. § fin Sed H contra dicit quod lex illa, post legatum. loquitur in eo genere donationis quæ fuit facta vt non reuocetur. cum sint duo genera: vt infra de dona. cau mor. l. ij & l. seq. natus §. mortis.

h *Partem.* quia pro parte egit querela filia dotata à patre viuo filio suo. Accursius.

NEC. ¶ CASVS. Pater exheredauit filium, & legauit seruo filii. x. filius agnouit illud legatum. quæritur an filius repellatur à querela? Et dicitur quòd sic. Ratio, quia nihil interest &cæt. Vnde si pater meus me exheredauit, & seruum meum instituit: si ego eum manumittam, non agam querela. (SI CVM.) Titius testamentum fecit, & filium exheredauit: & extraneum instituit: cui filio exheredato legatum in testamento reliquit: postea fecit codicillos, in quibus tale legatum filio ademit. egit filius iste ad habendum legatum, & succubuit: & ideo nihilominus potest iste filius intentare querelã inofficiosi. (FILIVS.) Eram emancipatus à patre meo, & ego & Titius x. illi patri meo debebamus insolidũ. pater meus fecit testamentum, & me exheredauit: & Titio liberationem legauit: & sic fui ego per consequens liberatus. Dicitur hic quod non ideo videor agnoscere iudicium defuncti patris mei: & ideo potero agere querela. Viuianus.

i *Præscriptione.* id est, exceptione.

k *Summouebitur.* quia iudicium defuncti comprobauit: & idem est cum quis sibi aut filio aut seruo adscribit: nam æqualiter punitur: vt infra ad legem Cor. de Falcid. l. de eo. & infra si quis omis. caus. testamen. leg. j. §. parui. Differt tamen alibi: quia petita contra tabulas legata dantur liberis, non autem seruis: vt infra de lega. j. l. iij §. j. & C. de bon. posses. contra tabu. l. j. Item differt an fiat directo: vel per obliquum: vt infra eo. l. fin. & vt dixmus infra de inter. act. si defensor. §. illud. Item nota tacite quẽ suo iuri renuntiare: vt supra eo. si pars. § fina. & infra de leg. commis. l. penult. & C. de pac. inter emp. l. commissoriæ. Accursius.

XII. IDEM libro singulari de Præscriptionibus.

NIhil interest, sibi relictum legatum filius exheredatus agnouerit, an filio seruóve relictum consecutus sit. vtrubique enim præscriptione summouebitur. k Quin etiam si idem l instituerit seruum m prius quàm adire hereditatem tuberet, manumiserit, vt ille suo arbitrio adeat hereditatem, idque fraudulẽto n consilio fecerit: summouebitur o ab actione.

Si à statulibero p exheredatus pecuniam petere cœperit q, videri adgnouisse parentis iudicium.

Petitio sine effectu, non remouet filium à querela. Bartolus.

Si cum filius ademptum r legatũ s instituerit petere, summotus repetat inofficiosi querelam: præscriptione remouendus non est. Quamuis enim agendo testamentum cõprobauerit t: tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur, vt meritò repellendus non sit u.

Quod alicui per consequentiam queritur absque facto suo, eum non remouet à querela. Bartolus.

Filius testatoris qui cũ Titio eiusdẽ pecuniæ reus x fuerat y, liberatione Titio legata, per acceptilationem Titij liberatus, z ab actione inofficiosi non summouebitur. a

1 *Idem.* filius.

m *Seruum.* suum.

n *Fraudulento.* ob hoc scilicet vt fraudaret legatarios & fideicommissarios. Accursius.

o *Summouebitur.* argumen. ex prædictis quòd eligendo vnum contrariorum, alij renunciare videtur. sic supra de minor. l. si filius. & infra de contra tabu. l. iij. §. fin. arg. contra infra de leg. ij. l. debitor. §. seruo. & infra. de le. præst. l. iij. sic infra de condict. inde. in summa. §. sed & agere. Accursius.

p *Si à statu libero.* & sic manumisso exheredato pecuniam daret: non dicas quòd fuerit rogatus per fideicommissum dare pecuniam: quia sic stare non posset: vt infra de lega. j. l. planè ij. in fin. & l. seq.

q *Cœperit.* & consecutus fuerit. Hugo.

r *Si cum filius ademptum.* scilicet in codicillis.

s *Legatum.* scilicet in testamento, quod fieri potest: vt instit. de adimen. leg. §. j.

t *Comprobauerit.* id est comprobasse videtur.

v *Non sit.* sic supra eodem. Papinianus. §. quoniam ibi, cum agitur. &c.

x *Reus.* id est debitor ex causa mutui.

y *Fuerat.* scilicet patri: quia emancipatus erat.

z *Liberatur.* nam vno reorum per acceptilationem liberato, & alius per consequens admittitur: vt infra de noua. §. rem. §. fin.

a *Non submouebitur.* quia non directo, sed per obliquum lucratur: vt infra eodem l. si is. §. si heres. alias contra: vt supra ea. lega. j. respond. ADDITIO, solus

Solue secundū Bar. quòd hic cōsecutus est per consequentiā absq; aliquo suo facto. ibi verò interuenit factū suū propriū.

Titia. {Casvs.} Titia habebat duas filias & filium: vnā de filiabus instituit, & filium exheredauit: vel instituit, & aliam filiam exheredauit: & legata reliquit filio. & sic cauit: quę dari fierive iussi, dari fierive volo, & si non valeat iure test. volo vt valeat ab intest. ex heredata filia egit, & obtinuit pro parte sua. an legata repetita ab intestato debeantur ex parte euicta, quæritur. Huic quæstio. non respon. Scæuola: sed alij, scilicet si quæratur, an si is qui testamentum fecisset, cauisset vt si legata relicta in testamēto suo non valeant iure testamenti, quod præstarentur ab intestato, an possit sic fideicommittere? Respond. quod sic. Paulus reprehendit eum quare non respon. ad propositam quæstionem. Dicit ergo quòd fideicom. sic relicta non debentur, quasi à demente relicta. Viuiano exheredato, vel præterito, vel etiā instituto: & tunc dicitur legatum, id est prælegatum.

Coniunge l. 88. §. vlt. de lega. 2. Duar.

Rupto testamento per querēlam non debentur legata ex vigore repetitionis facte ab intestato. Bartolus.

XIII. Scævola libro tertio Responsorum

TItia* filiam heredem instituit: filio[a] legatum dedit: eodem testamento ita cauit: *Ea omnia quæ supra dari fieri iussi, ea dari fieri volo ab omni herede bonorúmve possessore qui mihi erit etiam iure intestato.* * *Item quæ dari iussero*: [b] *ea vti dentur fiantq;, fidei eius*[c] *committo.* Quæsitum est, si soror[d] centumuirali[e] * iudicio obtinuerit, an fideicommissa ex capite[f] suprascripto debeantur. [Respondi] si hoc quæratur, an iure eorum quos quis sibi ab intestato heredes, bonorúmve possessores successuros credat, fidei committere possit. Respondi posse. Paulus notat. § Probat autem nec fideicommissa ab intestato data deberi, quasi à demente.[h]

* intestati.

Apud centumuiros de hoc iudicio solitū fuisse agi apparet ex l. qui repudiauit §. ex l. vlt. C. de lib. præter. ex Ciceronē 1. de Oratore, cū mit, in centūuiralibus iudicijs testamentorū ruptorū aut ratorū versari. Ex Valer. li. 7. ca. 7. & 8. ex Plī. li. 5. epistō. & 6. Vnde Duarenus meritò emendabat inscriptionem. li. 7. 28. & §1. huius ti. legebatq; nō septēuiralibus sed centumuiralibus. Eodē quoque modo iudicem iuris consultorum emēdandum putō. L. R.

In successione contra testamentum filiorum causa est potior quàm causa parentū, quibus exclusis parētes admittūtur: licet turbato ordine eis successio debeatur. Bar.

XIIII. Papinianvs libro quinto Quæstionum.

PAter filiū emancipauit, & nepotē ex eo retinuit, emācipatus suscepto postea filio, duobus[i] exheredatis, patre præterito, vita decessit[k]. In quæstione[l] de inofficiosi testamenti *, præcedēte causa filiorum patris intētio adhuc pendet. Quòd si contra filios iudicetur, pater ad querelam[m] vocatur †, & suā intentionem implere potest:

XV. Idem libro quartodecimo Quæstionum.

NAm & si parentibus nō debeatur filiorum hereditas propter votum parentium[n], & naturalem erga filios charitatem: turbato tamen ordine[o] mortalitatis, nō minus parentibus quàm liberis piè relinqui debet.

Qui à lite mota desistit, querelam non transmittit. Bartolus.

Heredi eius qui post litē de inofficioso præparatā mutata voluntate[p] decessit, non datur de inofficioso querela. nō enim sufficit litē instituere, si non in ea perseueret.[q]

Potest quis testamentū pro parte rescindere, alia parte valida remanente h. d. vel bre uius. Ex postfacto potest quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. Bar.

Filius qui de inofficiosi actione aduersus duos heredes expertus, diuersas sententias iudicum tulit, & vnum vicit, ab altero superatus[r] est: & debitores[s] conuenire, & ipse à creditoribus conueniri pro parte[t] po-

a Filio. exheredato,

b Dari iussero. scilicet, in futurum.

c Eius. qui erit heres etiam ab intestato.

d Si soror. s. Titię quę etiā agit cōtra filiā Titię, quę est turpis persona, secundū quosdā. quod non placet. Vel dic sororinstitutę quę potest agere: vt infra eo. mater.

e Centumuirali iudicio. id est petitione hereditatis, quæ à centumuiris est facta: vt C. de peti. here. l. fi. in prin. & hoc perlata querela.

f Capite id est repetitione facta ab intestato.

g Notat. s. reprehēdendo Scæuolā. quia nō respōdit quæstioni, & ipse soluit. sed in quo differt dictū Scæuolæ à dicto Pauli? Resp. dictū Scæuolæ quando alio modo rumpitur, vel nō valet testamentum: sed Pauli quando rumpitur per querelam.

h Quasi à demente. vt hic, & ī. de le. iij. l patronus liberto. §. fi. & ī. eo. l ij. & ī. eo. qui repudiantis. §. cū cōtra testamentū. secus si aliter pronuntietur iniustum: quia tunc ab intestato data valent vt C. de fideicom. l. ea quam. & ī. ad Trebel. si patroni §. fi. quæ sunt contra. nam quā do inofficiosum, persona testantis deficit: aliàs alia accidentia. Accursius.

PAter. {Casvs. Habebam patrē & etiā filium: & sic pater meus me emancipauit: & filiū meum qui est nepos suus, retinuit in potestate. postea habui aliū filiū post hoc feci testamentum, & ambos filios meos exheredaui, & etiā patrē meū prætериui. Dicitur hic quòd primo agent filij mei: secundo loco pater meus aget. nec est mirum si pater succedit filio: quod est quando ordo turbatur. & h. d. hæc lex cum prin. l. seq. quæ continuatur cum ista. {Herēdi.} Filio exheredato agente, postea liti renunciante, si decedat, an transmittat querelam ad heredē suum, quæritur. Et resp. quòd nō {Filivs.} Habebā duos filios: vnū institui, & aliū exheredaui, & extraneū instituui: egit exheredatus contra extraneum, & obtinuit, an debitores conuenire possit, & à creditoribus cōueniri, & ad iudiciū diuisorū cum fratre peruenire possit? Et resp. quòd sic: nec obstabit quòd pater partim decesserit intestatus, & partim testatus: quia hoc non est absurdum: licet aliud esset si quis filium in vno semisse instituisset: nec in alio. Viuianus.

i Duobus. filiis suis. vno. s. in potestate aui retento, altero nato post ea.

k Decessit. scilicet filius emancipatus.

l In quæstione. si quæratur cui datur querela prius.

m Ad querelam. sed cum in subsidiū datur querela: vt inst. eo. tam autem. & ī. eo. qui de inofficioso. & ad Carbo. l. j. §. generaliter & huic datur contra tabul. vt ī. si à pa. quis fue. ma. l. j. quomodo hanc querelam habet? Resp. querelam. i. contra tab. bo. pos. secus si esset filius exheredatus. vt ī. e. l. j. secūdum Azo. Sed si querela ageret, posset repelli: quia alij eum præcedūt. sed Al. dixit patri præterito contra testamentū filij dari querelā inofficiosi testamenti: vt hic, vnà cum contra tab. sed filio emancipato contra testamentum patris non dari querelam inofficiosi testamenti: vt ī. eo. si proponas. sed secundum eum cū facit defunctum intestatum: nunquid filij iam exclusi in querela ab intestato admittantur? Resp. Al. sic arg. proe. ī. eo. l. postumus. §. si quis ex his. Bul. tamē contra. & pro eo. ī. e. & qui repudiantis. j. ref. sed certe secundum Al. aliud est quādo repudiauit, vt nunquam ad eum redeat qui repudiauit, licet alter in totum obtineat: & aliud quando per sententiam fuit exclusus. Item pro eo. ī. eo l. si non mortis. §. si quis. sed ibi non in totum testamentum fuit irritum. Sed secundum nos qui dicimus dari contra tab. non habet locum hæc quæstio, cum non fiat omnino intestatus: vt ī. e. filio, in fi. Item no. hic non interesse quem non habere filios: an tales, qui à querela excluduntur: sic insti. de succes. li. §. sed nostra. & in auth. de nup. §. quoniam infirmas. col. iij. Sed an post patrem admittatur auus, & proauus? Respon, secundū Azo, & est ratio: quia non habuit necesse eos instituere: sed patrē sic: cum esset eodem gradu, quo filij: vt ī. de iniusto testam. l. si quis filio exheredato. in prin. licet filij sint potiores: vt hic dicit, præcedēte &c. & in aut. de here. ab intest. §. j. co. ix. & inst. de her. qua. & diffe. §. sui. & idem est in filio & nepote, si filius tempore mortis præcessit. nam nepos suo iure non potest habere querelam: sed patris sui, & ita intelligendum est quod dicitur ī. eo. l. si is. & C. eo. l. si quis filium. quæ dicunt neporem habere querelam: sed dici potest secundum H. contra, vt & auus, & proauus, & nepos successiue admittantur, etiam suo iure: vt ī. eo. si is. in prin. & l. si non mortis. §. fi. & sic intelligebat. C. eo. si quis filium. §. sed nos &c.

n Nam & si. Votum parentum. Votum parentum est, vt liberi eis succedant, & non ipsi liberis, & vt eis acquirāt: vt C. de legitimi. here. l. de emancipatis. & ī. vnde li. l. scripto. in fin. & ī. de bo. dam. l. fi. in prin. & infra de bo. lib. l. pen.

o Tamen ordine. Ordo est, vt prius moriatur pater quàm filius. cum ergo aliter contingit, turbatur ordo. vnde Bulg. cū decessisset filius eius, inquit: Ordine turbato succedis Bulgaro nato. Item nota hic quòd vna ratio vincit duas, scilicet pietas vincit votum, & charitatem: quia potior est. aliàs plures vincunt vnam: vt in auth. de consang. & vteri. fra. §. fina. colla. vj. Accursius.

p Voluntate. quia renuntiauit: vt argu. ī. eo. Papinianus. §. ij.

q Perseueret. Dic argumen. vt infra de in rem ver. si pro patre. §. versum.

r Superatus est. quia vnus erat filius defuncti, alterno: vel quia vnus probauit de ingratitudine, alter non. sic. ī. eo. circa.

s Debitores. nunc respondet.

t Pro parte. Quid de legatis? Respon. heres qui obtinuit partem.

tem, præstabit si sunt diuidua: aliàs verò totũ vel æstimationem partis: vt ĵ. de leg. ij. cum filius. j. respon. filius verò nihil: vt ĵ. eo. Papinianus. §. fi. & ĵ. eo. l. qui repudiantis. §. fi.

a *Pro parte.* ideo pars &c.

b *In testamento.* i. apud institutum in testamento: licet diuerso iure sint heredes.

c *Videri.* scilicet ex post facto, aliàs contra: vt instit. de here. instit. §. hereditas. versic. neque enim. hic autem in nulla parte decessit intestatus ab initio.

Filius. } CASVS. Titia duos filios habebat, & vnam filiam. decessit vno filio instituto, & altero exheredato vnà cum sorore. filius ex heredat' querelam mouit. & obtinuit. quæritur vtrũ sorori exheredatæ prosit querelam non moventi? Et respo. quod non: vnde filius ille qui obtinuit, non tenebitur hic communicare illi sorori quod cõsecutus fuit. {CONTRA.} Filius emancipatus patrem præteriit: filiam suam exheredauit: extraneum instituit. pater petit bo. pos. contra tabu. & obtinuit: filia nihilominus vult agere. quæritur an sit audienda. Et respond. quòd ĩc: nec valet quod pater fecit: quia in lite patris solum querebatur an esset præteritus: non an inofficiosum esset testamentum. vnde filiæ agenti vniuersa hereditas restituetur. Vivianus.

Si vnus ex filiis pro parte sua querelam intentauit, alteri tacenti non prodest. Bartolus.

XVI. IDEM libro secundo Responsorum.

FIlio [d] qui de inofficioso matris testamento contra fratrem institutum de parte [e] ante egit, & obtinuit: filia quæ non egit, aut non obtinuit, in hereditate legitima fratri non concurrit.

Pater qui contra tabulas querelam indebitè intentauit, vincentibus filiis in querela, hereditatem & fructus restituere tenetur. Bartolus.

Contra [f] tabulas [g] filij [h] possessionem [i] iure manumissionis [k] pater accepit, & bonorum possessionem adeptus est: postea filia defuncti, quam ipse [l] exheredauerat, quæstionem inofficiosi testamenti rectè pertulit [m], possessio quam pater [n] accepit, ad irritum recidit. nam [o] priore iudicio de iure patris [p], non de iure testamẽti [q] quæsitum est: & ideo vniuersam hereditatem filiæ cum fructibus [r] restitui necesse est.

Qui non admittitur nec admitti speratur ad partem, non facit partem: secus si speratur admitti. Bartolus.

XVII. PAVLVS libro secundo Quæstionum.

QVi repudiantis animo non venit [s] ad accusationem inofficiosi testamenti, partem non facit [t] iis qui eandem querelam mouerevolunt. Vnde [u] si de inofficioso testamento patris alter ex liberis exheredatis ageret [x]: quia rescisso testamento alter quoque ad successionem ab intestato vocatur, & ideo vniuersam hereditatem non rectè vindicasse [y]: hic si obtinuerit, vteretur rei iudicatæ [z] auctoritate: & ipsa si de iure ciuili. sic expugnat contra tab. vt argu. in fra de bon. possess. contra tabul. filium quem. §. sed quemadmodum. & instit de leg. ag. ture. in fin. & hic dicitur. Item alia ratio, quia cum edictalis bo. possessi. nihil faciat patri auo præcedente: ergo nec decretalis: vt C. quo. bo. l. j. Alij dicunt non per querelam admitti filiam, sed prætoris auxilio.

d *Fitio* scilicet testatricis. Azo. & dic quòd duo erant fratres vnus institutus, & alter exheredatus, vel præteritus: & vna soror similiter exheredata, vel præterita. & regitur hæc dictio, filio, à verbo concurrit. & constructio incipit, filia &c.

e *De parte.* scilicet sua tantum: vt infra si pars hered. pe. l. j. §. si ego. & infra fami. erciscun. Lucius. & sic soror non aufert ei quicquam: vt hic, & argumen. C. depos. i. l. fina. secus si in totum: quia nemo eum repulisset: vt infra eo. l. mater. Accursius.

f *Contra.* prima casus positio est: [a] filius emancipatus patrem præteriit: filiam exheredauit. pater primo egit contra tabulas, cum debuit differre post filiam. filia postea egit querela, & obtinuit. rumpit quidem testamentum quod non erat ruptum per contra tabulas patris. habebit filia omnia bona cum fructibus. Secundo pone casum, quòd pater filiũ emancipatum præteriit: filiam exheredauit. filius egit contra tabulas, & obtinuit. filia postea potest agere querela, & rumpit testamentum quod non erat ruptum per contra tab. fratris. & habebit omnia bona: sed dimidium dabit fratri succedenti cum ea ab intestato.

g *Tabulas.* hic. §. duas habet literas: & sic duobus modis aptatur casus.

h *Filij.* quidam habent, filij. hæc bona. alij, filius.

i *Possessionem.* hæc est litera Pis. secundum primam lecturam, prout habes, filij, scilicet iure manumissionis pater accepit bonorum possessionem &c. Sed secundum aliam, scilicet filius, non debet hic esse hæc lectura Pis.

k *Manumissionis.* id est emancipationis. Accur.

l *Quam ipse.* scilicet defunctus.

m *Pertulit.* si autem non proferret, pater iure videtur egisse: vt infra eod. si non mortis. §. fina. & C. qui admit. ad bon. pos. l. fina. in fin. & infra de bo. lib. si filius qui patri. §. cum filius. Sed si pater primò petiit contra tabulas, ergo rumpit testamẽtũ: vt ĵ. de leg. præstan. l. j. in princip. & C. de col. l. vt liberis. ergo amplius per querelã rumpi non potest: vt infra de iniu. test. nam & si Respon. testamentũ est de iure ciuili. & bo. pos. de iure prætorio, quod non expugnat ius ciuile querela, cum

n *Quam Pater.* aliàs pater, alias frater.

o *Nam.* bene dico recte egit filia. nam &c.

p *De iure patris.* aliàs patris: scilicet an pater, & an præteritus sit. aliàs, fratris.

q *De iure testamenti.* an esset inofficiosum: quod modo dicit filia. nam ad eam primò spectat. Accursius.

r *Cum fructibus.* secũdum primam literam planum est: secundum aliam dic quòd ipsa tenebitur restituere dimidiam fratri: vt infra eo. mater. Accursius.

Qvi repudiantis. {CASVS. Hæc l. vsque ad §. cum contra. ponit tres casus. Primus est: Titius decessit tribus filiis relictis exheredatis. duo egerunt querela inofficios. vnus repudiauit. dicit quòd portio illius accrescit istis duobus. vnde isti duo agent in solidum, & non pro partibus. Secundus est: si duo erant filij exheredati, & vnus agit in totum, & male. cum non debeat agere nisi pro parte: dicitur hic quod si obtineat alter qui non egit, admittitur vna cum isto qui egit. Tertius est: quòd si iste qui non egit, pendente iudicio renuncianit: dicitur hic quòd accrescit isti qui egit in totũ, & ei soli proficit. {CVM CONTRA.} Pater filium exheredauit: extraneum instituit. egit filius querela, & obinuit eo præsente, id est scripto herede tempore sententiæ: an legata & libertates ex tali testamento debeantur, quæritur. Et respon. quòd non videtur fecisse testamen. pater. Sed quid si contra testamentum præsente filio exheredato, & absente scripto herede esset pronuntiatum? in hoc casu sententia ius non facit, & legata & libertates debentur. & hanc dist. admittit constitutio duorum fratrum. Vivianus.

s *Non venit.* id est recusat venire: quia repudiauit: sic supra eo. l. etiam. Accursius.

t *Non facit.* id est non facit eos particulares, id est vt partem tantum habeant, immo totum accrescit: vt infra eod. si proponas. §. finali.

u *Vnde si.* mutat casum. supra enim repudiauit: hic non. vnde hoc modo egit vnus in totum altero non repudiante: & sic male vincit: tamen admittitur alter: vt hic, & supra eo. postumus. §. si quis ex his. Sed quid si pendente iudicio repudiat ille qui non egit? Respon. proficit ei qui vicit, victoria in totum. & hoc subiicit, hic si obti. &c. Item quid si pro parte sua tantum agit, & alter pendente lite repudiat? Respond. non nisi in sua parte datur sententia: vt argu. supra de iudi. l. non videtur.

x *Ageret.* scilicet in totum.

y *Vindicasset.* scilicet vbi alter non repudiauit. Hic, id est in hoc casu, vbi alter repudiauit, totum habebit: vt innuit, quasi centumuiri, &c.

z *Rei iudicatæ.* contra omnes qui vellent aliquid de bonis illis petere, & iure speciali: vt subiicit: quia in querela speciale est vt fiat præiudicium inter omnes, quasi hic solus fuerit filius: vt infra de leg. j. si seruus plurium. §. j. & concordat infra de contra tabulas. l. si post. §. liberi. & C. de cadu. tol. §. his ita. & infra eod. si non. §. fin. & l. si proponas. §. fina.

Quasi

†Centum uiros non eosdē fuisse qui & senatores docet ex Cicerone & Fest. Bud. in annot. ad l. vlt. C. de senato.

a *Quasi centumuiri.* id est senatores, †qui centum erant numero. vt C. de petit. here. l. fi. circa prin. qui senatores induxerūt petitionem hereditatis: vt ibi patet.

b *Testamentum.* aliàs intestatum: & aliàs testamentum. Accur.

c *Cum contra testamentum,* i. contra institutum in testamento.

d *Factionem* actiue accipe: vt insti. de here. qua. & dif. §. testamēti.

e *Respondente.* i. non veniēte ad audiēdam sententiam. Lis enim erat cōtestata: aliàs nō.

f *Non creditur.* quia magis propter absentiam heredis condemnatus videtur: vt hic j. de cuic. si ideo.

g *Petūtur.* sed à quo: ab herede non: vt infra ad l. Falci. l. in ratione. §. imperator. à legitimo nō: quia nō sunt relicta à legitimo: sed à scripto: vt C. de fideicommiss. l. ea quam. & supra eo. Titia. in fin. Sed resp. præstabuntur proposita actione in rē pro legatis contra possidentes, quando sunt relictæ res in specie: & ita rursus agitabitur quæstio querelæ opponendæ legatariis vel fideicommissariis: item seruis quibus est relicta libertas, dicentibus se liberos, contra eum qui obtinuit in querela: & ita rursus de querela cognoscetur. ex quo prima sententia non fecit ius. Vel dic petent legata legatarij ab herede instituto: vt infra de leg. j. si seruus plurium. §. si quis ante. versic. sed si subiecit delatorē. quia sua culpa litem amisit. aliud si fine: vt d. l. infra ad l. Fal. l. in ratione. §. imperator. sed à legitimo qui vicit: vt no. supra de transac. l. controuersia.

h DE *quare. Fratrū.* Seueri & Antonini. ADDITIO. Imò Marci Antonini, & L. Veri.

quasi centumuiri [a] hunc solum filium in rebus humanis esse nunc cum facerent intestatum [b] crediderint.

Sententia lata in querela, facit ius quo ad omnes si lata est contra præsentem: secus si contra absentem. Bartolus.

Cum contra testamētum [c] vt inofficiosum iudicatur, testamenti factionem [d] habuisse defunctus non creditur. Non idem probandum est si herede non respōdente, [e] secundum præsentem iudicatum sit. hoc enim casu non creditur [f] ius ex sententia iudicis fieri: & ideo libertates competunt, & legata petuntur [g].

XVIII. IDEM libro singulari de inofficioso Testamento.

DE qua re etiam constitutio extat diuorū fratrū, [h] quæ huiusmodi distinctionem admittit.

Querela non potest intentari nisi pro ea parte pro qua quis ab intestato succedere uetus est: sed si pro solido testamentum infirmaretur, à successione ab intestato non repellitur qui ex testamento adierat. hoc dicit. Diuide: Primò ponit thema & quæstionem. Secundo arguit pro filia præterita. Tertiò arguit pro filia instituta contra præteritam, secundum id quod fieri debuerit. Quartò arguit ad id secundum id quod factum est. Quintò respondet quæstioni factæ in contrarium. & responsionem suam probat. Sextò & vltimo ponit conclusionem circa premissa. Secunda ibi, respondet. Tertia ibi, sed non est. (omisso versiculo, præterea, & coniuncto versi. & ideo.) Quarta ibi præterea, (omisso versiculo, & ideo. coniuncto versiculo, cæterū.) Quinta ibi, nec enim. Sexta ibi, ex quibus. Bartolus.

XIX. IDEM libro secundo Quæstionum.

MAter decedens extranеū ex dodrante heredem instituit, filiā vnam ex quadrante: alterā præteriit. [i] hæc de inofficioso egit, [k] & obtinuit [l]. Quæro, scriptæ filiæ quomodo succurrendum sit. Respondi. [m] filia præterita id vindicare debet, quod intestata matre habitura esset. Itaque [n] dici potest, eā quæ omissa est, etiā si totā hereditatem ab intestato [o] petat, & obtineat, solā habiturā vniuersam successionē, quemad modum si altera [p] omisisset [q] legitimā hereditatem. Sed nō est admittendum, [r] vt aduersus sororem audiatur agendo de inofficioso.

Præterea dicendū est, non esse similem omittenti [s] eam quæ ex testamento [t] adiit: & ideo [u] ab extraneo semissem [x] vindicandum: & defendendum, totum semissem esse auferendum: quasi semis totus ad hanc pertineat. secūdum [y] quod non in totum testamētum infirmatur: sed pro parte intestata efficitur: [z] licet quasi furiosæ iudicium vltimum eis damnetur. [a] Cæterum si quis [b] putauerit filia obtinente totum testamentum infirmari, [c] dicendū est etiam institutam ab intestato posse adire hereditatem, nec enim quæ ex testamento adiit quod putat valere, [d] repudiare legitimā hereditatē videtur, [e] quā quidē nescit sibi deferri: cū & hi qui sciant ius suū, [f] eligētes id quod putant sibi cōpetere, [g] nō amittant. quod euenit in patrono

i *Præteriit.* quod pro exheredatione valet: vt instit. de exhere. lib. §. fin.

k *Egit.* contra extraneum, & contra sororem quæ adierat: vt omnia sequentia concordent.

l *Et obtinuit.* iuste contra extraneum: sed iniuste contra sororem.

m *Respondi.* scilicet allegando. falsum est enim: vt in fi. huius l. dicitur. & not. quod nō respōdet quæstioni: sed j. respondebit. ibi, ex quibus &c.

n *Itaque.* bene infert. si enim id debet habere, & intestata matre totum esset habitura, cum altera repudiaret: ergo & hic, cum hic adeundo ex testamento, videtur repudiare ab intestato. & hoc subiicit, itaq; &c.

o *Ab intestato petat.* licet per querelam vt dicunt: nos contra vt dices infra l. proxi.

p *Altera.* quæ fuit instituta. Accur.

q *Omisisset.* scilicet verbis expressis: vt sic hæc sint paria, tacite renuntiare, & expresse. & est pro hoc tacite repudiare, vt j. de re iudi. sæpe.

r *De inofficioso.* quia suam partem tantum habet, nec illam totam: vt j. ū pars here. pe. l. j. §. si ego. aliàs secus: vt infra eod. §. is qui. §. j. quæ est contra.

s *Omittenti.* id est repudianti, licet admittatur in totum præterita de facto: & sic aliàs ratione obuiaturet.

t *Ex testamento adit.* nec enim adhuc ab intestato poterat succedere.

v *Et ideo.* quia nō ditur contra sororem in petitione hereditatis perlata querela.

x *Semissem.* sed non ne pro dodrante contra extra meum ruptum est testamentum? Dicunt quidam quòd sic. quis ergo pe-

y *Secundum quod.* quia diximus semissem tantum peti posse.

z *Efficitur.* vt infra eod. circa. Azo.

a *Damnetur.* vt supra eo. l. ij. vnde non videbatur aliquid valere: vt C. qui testa. face. pos. l. furiosum.

b *Si quis.* stultus scilicet. Azo.

c *Infirmari.* aliquo casu: qui tamen nō inuenitur. vel dic quod est quando nemo eam repulit: vt in primo casu huius l. fuit.

d *Putat valere.* scilicet inexpugnabiliter. Azo.

e *Videtur.* vt argu. infra tit. j. legitimam. & dic quæ sit legitima, vt ibi.

f *Ius suum.* scilicet se posse ab intestato succedere per contabulas.

g *Competere.* s. inexpugnabiliter. & not. hic duo. Primū, quod nō videor amittere quod habeo, quod tamē nō credo habere licet

MAter. ¶ CASVS. Berta habebat duas filias: vnam diligebat, aliam non. quam diligebat, instituit in tribus vnciis: aliam præteriit, & extraneum instituit in ix. vnciis: & mortua est Berta filia præterita egit querela contra extraneum: & in totum obtinuit. Item egit contra sororem scriptam in tribus vnciis, & obtinuit similiter in totum: & sic filia præterita totum habet. modo quæritur qualiter consulatur illi scriptæ. videtur quòd non sit ei succurrendum: quia adeundo ex testamento videtur renūtiasse here. ab intestato. ergo illa præterita totum habere debet. sed hoc est falsum: vnde consulitur filiæ scriptæ per restit. in integ. vt repellat sororem præteritam agentem querela. & illa præterita debebat agere pro sex vnciis. Sed pone quòd scripta non repellit sororem præteritam agentem querela. hoc casu dabitur scriptæ medietas hereditatis, & communicabit præterita omnia illi scriptæ. nec videtur scripta renuntiare successioni ab intestato: quia nesciebat sibi illud auxilium competere: & hoc probat per similem casum. pone libertus fecit testamentum, & præteriit patronum: & illi patrono legatum reliquit, quod ademit codicillis. si egit patronus pro legato, & sic repulsus est, potest agere contra testamentum: quia patronus non videtur renuntiare. vnde secundum prædicta, soror præterita communicabit omnia illi scriptæ. Viuianus.

quod penes extraneum remanet? Respond. nec præterita potest petere, vt hic: nec etiam instituta: quia non est ius accrescendi post aditam hereditatem de illis tribus vnciis: vt infra de vsufru. accre. l. j. §. interdum. Sed si repudiat extraneus, quid accresceret præteritæ? Respon. non: vt j. de bo. poss. sed cui patrono. Tu ergo dic vt euitetur absurditas prædicta, nō videri pro semisse vitiari testamentum perlata querela: vt s. eod. l. filio. j. respon. & ita vnus quadrans remanebit penes institutum qui ab aliquo auferri non potest.

737

licet eligam quod heredo habere, vt hic, & j. eo. eũ qui j. resc. & j. eo. l. nihil. §. pen. & j. de inter. ac. de ætate. §. ex causa. & ar. s. de pactis. si cũ te. & j. de acqui. her. l. in repudianda. & l. Claudius. & C. de fur. l. fi. §. antepe. & j. de instit. act. habebat. in fi. j. rel. Secũdo no. quòd qui scit suũ ius, eligẽdo aliud quod credidit habere, nõ amittit quod habet: vt dicitur de patrono qui accepit legatum, quod tamen erat ademptũ cõdicillis, vnde iustè erranit: vt hic, & inst. de ac. §. si quis agens. in fi. §. secus si in iure cessisset: vt j. si quid in fraud. pa. j. si patronus. in prin. Accur.

a *Ex quibus.* s. prædictis apparet, quod est infra.

b *Rescisso testamento.* scilicet in totum.

c *Adeundæ hereditatis.* s. in semissem, non enim tantũ debet habere eã partẽ, ex qua fuit instituta, sed virilẽ: vt j. de cõtra tabulas. l. nõ putauit. §. fi. & l. filium. §. & hoc sit consequens. secundum Ir. sed secũdum Io. est falsum tãtum in ea parte, qua fuit instituta: cum ex testamento adeat, non ab intestato: & quod dicitur eam debere habere virilem, verũ est, cũ ex virili vel maiori parte fuit instituta: vt. j. de le. præs. l. filiũ. §. penul. & l. is qui in potestate. §. antepe. & j. de cõtra tab. si ex duobus. §. sed illud. Tu autẽ dicere potes quòd dictũ Ir. locũ habeat quãdo instituta non adiuit: ex testamento tamẽ extraneus adiuit cõtra quẽ proposita fuit querela. Itẽ contra institutã potest proponi querela, si ipsa patiatur. nã cõtradicere potest: vt in hac. l. §. sed nõ est. licet ipse nõ adisset. nã vno adeũte nascitur querela: vt arg. cõtra. j. si quis testa. li. j. §. ante. & §. eo. Papinianus. §. si cõditioni. sed dictũ loã. quãdo ex testamẽto adiuit, locũ habet: & sic prædicta iura quę videntur cõtraria, soluũtur. & hoc placet. Vel aliud in querela, quã in cõtra tab. quia per querelã ipso iure desinit esse heres qui adiuit: & ideo in virilem succedit: sed nõ desinit esse heres per contra tab. quia nec prętor heredem facere potest. vt inst. de bo. possess. §. quos autem. quod non placet.

Qui de inofficioso.} Casvs. Pater fa. filium impuberẽ exheredauit: & extraneum instituit. ille impubes agebat querela: heres scriptus negauit eum filium defuncti. iste filius impubes petit mitti in pos. ex edic. Carb. dicitur quòd hoc casu filius meus impubes non habebit edictum Carbon. sed habebit querelam. Viuia.

d *Accipere.* hæc non datur exheredato rite: aliàs sic. Item nec instituto: nisi sit postumus, qui postea negetur filius: vt infra de Car. edicto. l. j. §. Pomponius.

e *Si verè.* alias si vere. alias si verus filius, & negaretur.

f *Heres esset.* ab intestato, & nullo obstante: hic autem obstat exheredatio. & facit j. de Carbo. edic. l. j. §. & generaliter.

g *Non patiatur.* ergo videtur quod possit agere contra debitores hereditarios: sed contra j. de Carb. edict. l. iij. §. missum. Respon. quòd non patitur præiudiciũ: quia tempora non currunt: vtẽ. de iudi. l. ij. §. contra. Vel refert an velit agere contra eum qui dicit se heredem: & tunc non potest: ne præsumptio &c. vt ibi. an aduersus alios: & tunc potest: vt hic. vel refert verum satisfecerit de rebus restituendis si apparuerit eum non esse filium: & tunc potest. aliàs non potest. vt j. de Carb. edi. sed si is. §. denique. & §. an autem. & l. penul. Vel dic, non potest nisi satisfecerit, & tunc vsque ad contestationem tantum si res sit peritura.

h *Debet.* licet probetur filius.

i *Petitionem.* per lata querela.

k *Exercere.* huius. l. ar. dicunt quidã eum intendere petitionẽ hereditatis, qui querelã proponit, sed hoc falsum est. Primo, quia institutus est heres, donec cõtra eũ pronuntietur. vt j. de vul. substi. ex facto. §. fin. ergo alius ex parte vel in solidũ heres esse nõ potest: vt j. de reg. iu. l. quod cõtra. §. j. Secũdo, quia ceteras actiones intẽdit pater inuito filio: sed querelã nõ: vt §. eo. Papinianus. j. resp. Item pro nobis est in ea. l. §. si filius. & l. postum°. §. si quis. Itẽ ille si petit hereditatẽ, ergo ex testamẽto, vel ab intestato: vt j. ti. j. l. j. ij. & iij. ex testamẽto nõ: cũ nõ sit institut°. sed nec ab intestato: quia quãdiu &c. vt j. de reiu. quãdiu. & C. cõmunia de suc. l. antequã. Itẽ petitio hereditatis datur cõtra eũ quĩ possidet pro herede putatiuo: vel pro possessore. hic autẽ verũ est esse eum heredem, ergo ea non tenetur. Si autem obiiciatur quod secundum hoc sunt duo iudicia: resic ita, scilicet querelæ, & peti. hereditatis. Vel dic quòd licet petitio sit noua actio: tamen statim mandatur executioni, quatenus de ea sit cognitum: sicut fit in actione in factum, quæ nascitur ex re iudicata. Sed cõtra videtur. C. eo. l. j. *rem ad causam ibi proponebatur querela, dicit constituit iura heredi scripto, quæ habere posideret. Ad hoc respond. quod querela sicut petitio heredi proximi. l. ex qui pro herede vel pro possessore possidet: alio tamen respectu: quia in petitione hereditatis titulus pro herede vere non est titulus: sed in querela vere quidem est titulus: quia scriptus heres vere est heres interim: sed fingitur & videtur quantum ad querelam non heres: quia non videtur destitutus &c. vt supra de in integ. restitu. l. nemo. nec videtur possessionem adeptus, &c. vt infra de acquiren. possess. l. non videtur. vtraque tamen eodẽ libello proponi potest, hoc modo peto testamentum rumpi, quia inofficiosum, & eo rupto hereditatem restitui: sicut in ff. ad ex hr. & rei vin.*

* *inofficioso.*

† *Querela introducit tra fideicommiss. dari actionem, ac si pro herede posideret. §. 1. & de inter. fis. l. de. querela vere quidem est titulus. ferre. §. fin. stius literæ. Bal. hic sumitur de. l. si ex re. §. fi. ff. de stipu. ser.*

l *Confitetur.* eum esse filium.

Evm qui.} Casvs. Pater meus instituit Titium extraneũ, & me exheredauit: volo contra Titium agere: & dolo Titij renuntiauit querelæ: quia dixit quòd mihi aliquid erat relictum in testamento: puta tertia pars here. an possim redire postea ad querelam: quæritur. & respon. quod sic. Item si heres scriptus post motam controuersiam à filio exheredato legata soluit: an repetet pendente lite inoffic. quæritur. Et respon. quòd non. quia sciens etiam indebite soluit. (Idem.) Titius extraneũ cui tenebatur instituit, & filium exheredauit. filius exheredatus egit querela: & obtinuit. an scriptus possit petere debitum? Dicitur quòd sic: & si inuicem fuerit debitum, compensare. Viuianus.

m *Actionem.* inofficiosi.

n *Deseruisse.* quia non tam paciscitur quàm decipitur. sic & supra de transact. l. qui cum tutoribus. §. fin. & supra eo. nihil. §. si cum filius.

o *Actam.* id est finitam.

p *Soluit.* legatariis, vel aliis, vel isti filio qui agit querela.

q *Sciens indebitum.* id est quòd indebitũ fieri debebat per querelam: vt hic, & j. de condic. inde. quod quis. secus si ignorãs vel titubans: vt C. de condic. inde. l. fin.

r *Non fuisset.* vt §. eo. Papinianus. §. fi. & l. qui repudiantis. §. fi.

s *Competere.* vt j. de he. vel ac. vẽ. l. ij. §. fi. & C. e. si marit°. in fi.

t *Compensationem.* si inuicem sit debitum: nisi ipse dolo fecerit. tunc enim perdit quod sibi debetur: vt j. de his qui. vt indig. heredem. & j. ad Sila. propter veneni. §. neptis.

Filius

Filium.} CASVS. Mater filium exheredauit, extraneum instituit, patri sui filij legatum reliquit. si pater agnoscat legatum, an non: an ideo minus possit nomine filij agere: quæritur. Et respon. quòd nō ideo minus: & ideo agnitio patris nō præiudicat filio. Sed quid si succumbat pater in querela, cum agit in nomine filij: nunquid auferendum est ei legatum, & applicandum fisco? Et respon. quòd non. & hoc in prima. Sed quid si filius exheredatus egit, nec perfecit, & pendente lite decessit: nunquid heres suus cui in illo testamento erat relictum legatū, possit perficere querelam inchoatam à defuncto, nec legatum amittitur? Et respon. quòd non amittet. Sed pone quòd filius egit, & pendente lite dedit se in adrogationē ei cui in testamento erat relictum legatū. si adrogator agat nomine filij adrogati: an debeat amittere legatum? Et respon. quòd non. & hoc in tertia. Viuian.

Factum patris non tollit querelam filio competentem. Et qui nomine alterius egit querelam, & succumbuit, non perdit id quod sibi relictum est. Bartolus.

XXII. TRIPHONINVS libro septimodecimo Disputationum.

FIlius[a] non impeditur quo minus inofficiosum testamentum matris accusaret, si[b] pater eius legatum ex testamento matris accipiet, vel adisset hereditatem: quanquam in eius esset potestate. [c] Nec prohiberi patrem dixi* iure filij accusare[d]. nam indignatio filij est[e]. Et quærebatur, si non obtinuisset[f] in accusando, an quod patri datum est publicaretur[g]: quoniam alij commodum[h] victoriæ parat. Et in hac causa nihil ex officio patris, sed totum de meritis[i] filij agitur: & inclinandum est, non perdere patrem sibi datum, si[k] secundum testamentum pronuntiatum fuisset. Multo magis si mihi legatum testator dedit[l], cuius de inofficioso testamento filius agens decessit me herede relicto, egoque hereditariam causam peregi[m] & victus sum: id quod mihi eo testamento relictum est, non perdam: vtique si iam defunctus agere cœperat[n]. Item si adrogaui eum qui instituerat litem de inofficioso testamento eius qui mihi legatum dedit, litémque peregero nomine filij, nec obtinuero: perdere me legatum non oportet: quia non sum indignus vt auferatur mihi à fisco id quod derelictum est: non proprio[o] nomine, sed iure cuiusdam successionis egi.

Si testamentum rumpitur per contra tabu. siue per querelam: nepos in potestate retentus filio emancipato coniungitur. Bartolus.

XXIII. PAVLVS libro singulari de inofficioso Testamento.

SI ponas * filium emancipatum præteritum, & ex eo nepotem in potestate retentum heredem institutum esse: filius[p] potest contra filium suum testatoris nepotem petere bonorum possessionem[q]: queri autem de inofficioso[r] testamento non poterit. Quod si exheredatus sit filius emancipatus, poterit queri: & ita iungetur[s] filio suo: & simul cum eo hereditatem obtinebit.

Per contractum ab exheredata cum herede factum, videtur testamentum approbari. Bartolus.

Si hereditatem ab heredibus institutis exheredati emerunt, vel res singulas, scientes eos heredes esse, aut conduxerunt prædia, aliudve quid simile fecerunt, vel soluerunt heredi quod testatori debebant[t]: iudicium defuncti adnoscere[u] videntur & à querela excluduntur.

In querela est locus iuri accrescendi. Bartolus.

Si duo sint filij exheredati, & ambo de inofficioso testamento egerunt[x], & vnus postea constituit nō agere[y]: pars eius alteri adcrescit[z]. Idémque erit & si tempore[a] exclusus sit.

Fili. tres ponit casus lex ista. Accursius.

b *Si.* id est quamuis.

c *Potestate.* s. filius.

d *Accusare.* scilicet testamentum inofficiosum. & hoc quando alius erat heres: licet patris & filij eadem persona videatur: vt C. de impu. & ali. sub. l. fin.

e *Filij est.* scilicet querela: vel melius, exheredatio.

f *Obtinuisset.* s. pater.

g *Publicaretur.* videtur quòd non: quoniam &c. vt instit. eo. §. fi tutor.

h *Alij commodum.* scilicet filio. & sic patet quòd secundum hæc iura aliquid etiam extra castrense vel quasi quæratur filio, secundum Constantinū certum est: & secundum Arcadium omnia materni generis: hodie omnia aduentitia: vt C. de bo. ma. l. j. & ij. & de bo. quæ lib. cum oportet.

i *De meritis.* an meruerit exheredari, vel non.

k *Si.* id est quamuis.

l *Dedit.* id est reliquit.

m *Peregi.* nam necesse habui hoc facere: vt C. quomodo & quando iudex. aut. qui semel. & j. de bo. lib. l. qui cum maior. §. sed si minor. & ideo dicit, magis.

n *Cœperat.* aliter enim nō transmittitur etiam hodie ad extraneū: sed ad suum sic: vt C. e. scimus. in fi. & concor. huic. §. infra de fideicom. lib. l. si filius. §. erit. & de bo. lib. l. si filius. & j. prox. ref. & j. de his qui. vt indi. post legatū. §. qui accusauit.

o *Cum non proprio.* assignat causam omnium prædictorum. & est arg. de tanquam, id est de dictione tanquā: vt dixi supra de adop. si pater. §. qui duos. Quod facit, vt si ille qui tulit sententiam, succedit iudici appellationis, possit iudicare. Itē hæc successio de qua hic dicit, est instit. de acqui. per adro.

SI *proponas.*} CASVS. Titius filiū emancipatū præteriit & nepotē, extraneo instituto, an filius possit agere querela? Et ref. quòd nō: sed petet bo. pos. cōtra tab. secus si fuisset exheredatus.} SI HEREDITATEM.} Filiū exheredauit: extraneū insti. filius noluit agere: sed her. emit ab herede scripto

---

k *Non faciunt.* Quia nemo dicit rem quam possidet in solidum pertinere ad se. Vel verius, quia quilibet alium coheredem confitetur. Et not. quòd innuit hic §. (quod est verum: vt C. fami. ercis. l. in familiæ.) quòd cessat fami. ercis. iudiciū vbi de hereditate fit quæstio: quia vnus alterū negat coheredem. & sic est contra infra fami. ercis. l. j. & l. fundus qui dotis nomine. §. si ego. vbi dicit etiam vbi est controuersia, habere locum fam. er. iudicium, ex quo ambo possident. Solu. ibi possessor pro eo quod possidebat, intentabat iudicium fami. ercisc. quod potest, licet coheres negetur: hic vero pro eo quod non possidet nō posse intentare fam. ercis. iudicium innuit. quod verum est.

l *Possideat.* pro indiuiso.

m *Sua parte.* tūc enim quia nō possidet quod sit alterius, conueniri non potest. nec enim medietas mihi pro indiuiso competens est tua: nec tibi competens est mea: puta, vna vocetur b. alia, a. quæ est mea s. a, nō est tua: neque b. mea. At opponitur, constituatur aliquod totum ex a. & b. & illud vocetur c. hoc est mihi & tibi commune: ergo quælibet eius pars, secundum Ioan. non sequitur: vt infra de verbo. signi. littus. §. prædia. Azo.

n *Cēterum ratio.* scilicet prædicta. s. eodem. §. proinde. & §. quinimo. sed mala est, quia hic loquitur cum pro indiuiso possidet hic coheres: ibi cum pro diuiso. Vel verius dic, ratio scilicet stricti iuris: vt hic, & j. fami. ercis. l. item Labeo. in princ. quæ est contra. sed æquitas contradicit: vt hic subiicit, & procedit: vt j. famil. ercisc. Lucius. & s. de inoffic. test. l. filio. j. respon. & l. mater. §. præterea. & C. depositi. l. fi. Vel dic, [b] ratio in genere aliud suadet: sed ratio in specie suadet secundum Pegasum. Accursius.

o *Item si cum.* Dic casum, & duo eramus coheredes, & æqualibus portionib⁹: sed quilibet possidet quatuor vncias: & alius quidā extraneus quatuor. agā ad dimidiā eius quod quilibet eorū tenet. & sic à quolibet eorū habeo duas vncias: & sic habeo vltra quàm debeam: ergo reddam duas vncias coheredi. & ne hic circuitus fiat, dic compensationem fieri.

p *Trientem.* id est hereditarias res pro diuiso, quæ faciunt trientem. Ioan. res enim non dicitur proprie pars hereditatis: vt j. si quis omis. cau. te. l. quanuis non proprie.

q *Possiderem.* & alium coheres meus, & alium extraneus quidam, & omnes pro diuiso.

r *Persequi.* s. à duobus: quorum vnusquisq; trientem possidet, & eorum vnus est mihi coheres. Azo. Sed nunquid pro indiuiso possident? Respon. non, vt dixi. tunc enim nihil à coherede meo peterem: vt s. e. l. §. si ego. Nunquid ergo pro diuiso? Respon. ita. quare ergo sextantem peto a possidente? immo cum pro dimidia sim heres, dimidiam petere deberem. Respon. sextantem peto totius hereditatis, qui continet dimidiā illius trientis: quia in dimidiam me heredem dico: vt s. ea. l. §. j. & illa dimidia sextans dicitur.

s *A singulis.* scilicet sui trientis: quia in dimidiam me heredē dico: vt s. e. l. j. §. j.

t *Sic fieri.* quia non condemnatur nisi in dimidiam eius quod possidet. Io.

u *Ipse.* scilicet ego.

x *Tenebor.* coheredi meo à quo sextantem petij.

* *Summo iure cū vtro que experiri debeo, cū vter q; partem meam possideat.* s. §. *quinimmo.* L. R.

* *scilicet vt perplexitas & ambages (bis enim ageretur ea de re) vitetur.* L. R.

b *No: quòd ratio in specie, vincit rationē in genere. vide quod no. per Dy. in c. 2. de regiur in 6.*

Sidno possideant. f. pro diuiso. secus si pro indiuiso: vt j. ea. l. si ego. & j. eo. sorori j. respon. secundum Azo. tu dic etiam si pro indiuiso possident illi qui conueniuntur, habere locum hunc. §. quia nō potest magis primus petere à primo, quàm à secundo: & secūdus magis à primo quam à secūdo: & ideo am bo petent à primo: & ambo à secūdo. Ar. ad hoc j. de fideiuss. l. generaliter. vbi dicit quòd si vnus conreorum succedat alteri conreo, quòd neutrius obligatio extinguitur: quia non potest apparere quæ magis. Item non ob. sequens §. si ego. quia certus est a quo petere possit. s. ab extraneo, & non coherede qui nil vltra suam partem possidet. Item l. illa, sorori. & pro diuiso & pro indiuiso potest intelligi.

b *Dicant.* & verum sit.

c *Alter.* possessorum.

d *Primi.* scilicet tantùm.

e *Secundi.* scilicet tantùm.

f *Et si possessor.* quilibet in parte possidet, & in parte petit.

g *Hereditatem.* id est res hereditarias, & pro diuiso, puta vnus possidet fundum Seianum, alius Gabinianū. vt infra de exceptione rei iudicatæ. l. si inter. in prin.

h *Adserat.* scilicet cōpetere: & petenti scilicet aduersario ni-
hil. pone ergo quòd possideo rem quæ continet dimidiā: con
uenior a te coherede meo pro parte dimidia rei, & vnam me-
dietatem huius rei meam esse dico, alteram dico nō esse tuā.
tu quoq; omnino idem mihi respondes, cum postea conuenio
te pro dimidia eius quod possides.

i *Consequantur.* s. quilibet dimidiam eius quod possidet aduer
sarius. nam in parte qualibet quilibet habet suam dimidiam.
hic & j. qui. mo. pi. vel hypo. sol. si consenserit. §. fi. & j. de vsu-
fru. si mihi & tibi. & j. eod. §. item si cum. & infra de coniun-
ctis cum eman. li. l. j. §. filio. Sed contra j. pro so. l. si Titius cū
quo. in fin. Sol. ibi. in pecunia speciale. Item contra infra de
rei vin. l. si ex equis. alias incipit Pomponius libro 36. probat,
ff. ex. & j. proxi. §. vbi tantum vnam partem actor prosequitur.

a *Compensatio.* sed quomodo fit cõpensatio, cũ hinc inde corpus non quantitas debeatur: vt C. de compen. l. fi? Respon. fit vtraq; parte volẽte expresse, vel etiã tacite: vt quia dicit quihbet, quòd nõ alias restituet nisi & sibi restituam. nam tacite videmur cõpensare. Vel dic quia id quod hinc inde debetur, est indiuisibile, & quasi in genere debitum, fiat compensatio. & pro hoc. j. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. fi de Falcidia. & l. imperator. §. fi centum.

b *Indulget.* sic est etiã in rei vindi. vt j. de rei vindi. l. iij. & l. quæ de tota. § j. & j. communi diui. l. & si nõ. §. j. Acc.

† *Iste. §. est not. secundũ Bal. & adde secundum eundem quod no. in l. quæ de tota. §. 1. j. de rei. vin. & in l. 1. §. si quis argentũ. j. depos.*

c *Vtputa.* pone casum secundum Azo. in successione collateraliũ, puta fratris: in qua olim fiebat diuisio in capita: vt j. de su. & legit here. post consanguineos. §. hereditas. Item vbi nullus fratrum supereſt: vt instit. de legi. agna. succes. §. ceterum. versi. nos vero. in fin. at in successione ascendentium etiam olim in stirpes diuidebatur: vt instit. de here. ab intest. §. cũ filius. versicu. & quia placuit. hodie vero in collateralibus idem: vt in auth. de here. ab intest. §. fi ergo defunctus. colla. ix. Azo. Dic ergo, defuncti fratris scilicet, præmortui. fuerant enim quatuor fratres: tres prius decesserunt: vnus relicto filio nato: alij duo relictis vxoribus prægnantibus: nunc vltimo decesse alius sine filio: ad cuius hereditatem filius fratris & ventres vxorum aliorum vocantur. Alij vt Io. ponunt casum quòd tractatur hereditate aui. & secundum hoc corrigitur per Iusti. vt instit. de hered. quæ ab intesta. defec. §. cum filius. versi. & quia placuit.

d *Hereditatis.* s. aui secundũ Io. vel fratris: vt dixi ponendo casum secundũ Azo. Sed nonne quartã partẽ hic nepos interim petere debet: si esset vnus venter: vel septimam, quando duo ventres secundũ casum Io. vt j. e. antiqui? Respon. potest dici aliud in filiis: vt ibi. aliud in nepotibus, vt hic. Vel melius idẽ est: sed ideo dicitur incerta, quia nescit quam in eodem iudicio consequatur. vel quia euentus iudicij est incertus: vt j. de pec. l. quod debetur. vel quia forte interim pariet, & scietur veritas: vt j. e. l. & si pauciores. vel dic, petit quartã cum adiectione incertæ partis. i. vt si quid sibi plus obtigerit, illud habeat: vt ar. j. e. l. & si pauciores.

e *Incertum est.* apud homines, cum vsq; ad vij. nasci possunt: sed apud Deum est certum: vt hic, & j. de sol. si pater. & j. e. l. antiqui. & s. de iudi. l. sed & si. §. si pater.

f *Vindicationem.* i. hereditatis petitionem. hodie vindicaret dimidiam vel tertiam, quia non in capita, sed in stirpes huiusmodi hereditas diuiditur: vt in aut. de here. ab inte. §. si igitur col. ix. ADDITIO. Intellige istam glos. in successio. fratris, vt pariter succedat alter frater, & plures filij alterius fratris: vt in d. §. si igitur. sed vltra fratres & fratrum filios fit successio in capita, non in stirpes: quia plures nati ex vno, loco plurium habentur, licet succedant cum vno nato ex alio secundum Pau. de Cast.

g *Non audenter* id est non fronte. Accursius.

SI *ex pluribus.*] CASVS. Titius te & me heredes instituit: adui. tu volebas deliberare, an totam here. posim petere? Dicitur quòd non, sed meam partem tantum, quæ mihi competeret si statim adiisses: si repudiasses, totum accrescit mihi: A vnde totum petere potero. Viuianus.

h *Deliberent.* i. non adierint scilicet adhuc. Accursius.

i *Non adeuntibus.* id est repudiantibus, vel tempore excluſis: vt hic. & C. quando non pe. partes. l. j. & s. de inoffic. testa. l. si proponas. §. fi.

k *Ad eos.* vt quia non erat aliquis substitutus. Et no. hic arg. ad quæstionẽ qua quæritur, si instituo duos heredes, vnũ purè, alterum sub conditione: quòd pure institut. suã partem tãtum habeat interim. & hoc dicit Io. vt hic, & j. de condi. & de. l. hęc scriptura. §. fi. & l. si separatim. & C. de ca. tol. §. vbi autẽ & j. de sol. l. ex parte. & j. de le. j. l. plane. j. §. si coniunctim. Pis. dixit cõtrarium & Azo. scilicet interim in solidũ eum heredem: vt ar. j. de assig. lib. l. sub conditione. & j. de vsufru. accre. l. idẽ est. §. si mihi. & j. ad Treb. l. j. §. sed & quotiens. quæ sunt arg. contra. huic. l. Tu autẽ potes distinguere secũdum H. an dixit testator, Titium heredẽ instituo: & si venerit ex Asia nauis, tunc etiã Seium cum eo instituo: & tũc teneat sententia Pis. vt arg. j. de adqui. here. l. si solus. an dicat, Titiũ in dimidiam instituo: & si nauis ex Asia venerit, Seium instituo in aliã dimidiam. & tunc procedat sententia Io. vt C. de cad. tollen. §. vbi autem. Accursius.

ANtiqui.] CASVS. Lex ista loquitur de quadam prouisione qua antiqui prouiderunt filio qui adhuc erat in ventre, si & alij agnati vel cognati vlteriores superstites fuerunt: quia omnes expectabant donec ille natus foret, & hoc in prima. Si vero omnes in eodem gradu fuerunt, & nasceretur ille qui erat expectandus, vt videretur quid in vtero esset, quia dubium erat quot nascerentur: & hoc propter diuersas fabulas: quia quidam dicebant quòd viderãt vnam mulierem parere. vij. aliam. v. Vnde antiqui mediocrem viam elegerunt: & considerauerunt quod sæpius contingit, & frequenter contingit tres parere. vnde statuerunt vt hereditas in iij. partes diuideretur: vt superstes quartam habeat partem, aliæ tres reseruarentur ventri: & si pauciores nascerentur, pro rata accrescat iam nato. Viuianus.

l *Possit.* vt infra de adqui. here. cum quidam. §. j. & infra vnde cog. l. j. §. fi quis proximior. & j. de verb. sig. l. quod dicimus. & s. de sta. ho. l. qui in vtero. & infra de suis & legi. l. intestato. §. principem. versi. vtique. Accursius.

m *Quæsierunt.* no. quòd rationabiliter debet quis dubitare.

n *Nam.* pro quia.

o *Quaternos.* id est viginti in quinque vicibus.

p *Peloponensi.* pro Peloponesi. i. in Peloponeso: sicut dicitur vigensimus pro vigesimus. Accursius legisse videtur Penelopen, quod est nomen mulieris.

q *Septenos.* repete, tradidere auctores.

r *Tregemmos.* id est tres tantum: vt dicunt: vt infra de rebus du. vtrum ita. Azo. Vel dic quod sex erant, & omnes senatores. & hoc si habet scilicet cunctos. si habes cinctos, idem est. q. d. habebant cingulum, id est dignitatem: & omnes vocabantur Horatij.

s *Cinctos.* id est expeditos seu succinctos. aliàs cunctos.

t *Horatios.* aliàs oratores.

u *Mulierem.* scilicet Serapiam: vt j. de rebus du. vtrũ ita, & ad hoc

tis ex triente quẽ possidebã. & ideo officio iudicis inuicem compensatio[a] erit admittenda eius quod possideo, si fortè coheredes sint à quibus hereditatem peto.

Propter numerum nascendorum ex ventre, admittitur petitio partis incertæ. Bart.

Interdum † prætor incertæ partis hereditatis petitionem indulget[b] idoneis causis interuenientibus: vtputa[c] est defuncti fratris filius, sunt & vxores defunctorũ fratrum prægnãtes. quam partẽ fratris filius hereditatis[d] vindicet, incertum est, quia quot edãtur fratrum defuncti filij, incertum est.[e] Aequissimũ igitur est incertæ partis vindicationem[f] fieri concedi. Non audenter[g] itaque dicitur, vbicunq; meritò quis incertus est quã partem vindicet, debere ei incertę partis vindicationem concedi.

Qui sperator admitti ad partem, facit partem. Bartolus.

II. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

SI ex pluribus ad quos eadẽ hereditas pertinet, quidam adierint, quidã adhuc deliberent[h] [placuit] eos qui adierint, si petant hereditatẽ, non maiorem partem petere debere, quam habituri essent ceteris adeuntibus. nec eis proderit si ceteri non adierint. Non adeuntibus[i] autem cæteris, poterunt tunc partes eorum petere: si modò ad eos[k] pertinerent.

Postumus nasciturus ex ventre, impedit sequentes in gradu: eos autem qui eiusdem gradus sunt statuitur admitti: vt si tres nasciturus essent, auferetur vel concedetur alteri secundum quod casus occurrit. Bart.

III. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium.

ANtiqui libero vẽtri ita prospexerũt, vt in tẽpus nascẽdi omnia ei iura integra reseruarẽt: sicut apparet in iure hereditariũ, in quib[o] qui post eum gradũ sunt adgnationis, quo est id quod in vtero est, nõ admittuntur dũ incertum est an nasci possit.[l] Vbi autẽ eodẽ gradu sunt cæteri quo & vẽter: tunc quæ portio in suspẽso esse debeat, quæsierũt.[m] ideo quia nõ poterant scire quot nasci possũt: ideo, nã[n] * multa de huiusmodi re tam varia & incredibilia credũtur, * vt fabulis adnumerẽtur. Nam traditũ est * & quatuor pariter puellas à matre familias natas esse. Alioquin tradidere nõ leues auctores quinquies quaternos[o] † enixã Peloponẽsi: * [p] multas Aegypti vno vtero septenos.[q] Sed & tregeminos[r] * senatores cinctos[s] vidimus Horatios[t]. Sed & Lælius scribit se vidisse in palatio mulierẽ[u] liberã

813

hoc supra de iudi. sed & si §. fina. & ſ. eo. l. j. in fine. & infra de solut. si pater.

a *Eodem tempore.* non eodē impetu, sed successiue: vt ſ. de sta. ho. l. Aretusa. Et sic no. fieri eodē tempore, quod successiue fit, vel statim: vt infra si cer. peta. l. lecta. §. dicebam. in glo.

b *Quadragensimū.* Hic est ar. cōtra quosdam phyticos, qui dicunt quōd ex quo mulier concepit nō potest ite rum concipere antequam pariat, nam hūc postea natū concepit postquam alios concepe rat. & pro hoc infra de adqui. here. cū quidam. §. suum heredē. versic. quōd si vnum.

c *Moderatem.* sic ergo media via eligitur: vt institut. qui manu. non pot. §. eadem. Sed arg. contra. ſ. de negotio. l. Nesennius. in fi. Item no. quōd subijcit quōd ea quæ raro fiunt, non curant iurisconsulti: vt hic, & supra de leg. & senatusconsult. l. ex his. & l. nam ad ea. & in authē. vt sine prohi. ma. debit. & cre. §. quia vero. colla. vij.

d *Adſignauerint.* imò incertam. vt supra eo. l. j. in fin. quæ est contra. Solu. vt ibi. Item hęc sunt vera ab intestato, & ex testamento: vt infra de adquir. here. cum quidam. §. quōd dicitur. versic. & non solū. ex testamento autem si postumus est institutus vel exheredatus: alioquin si est præteritus, ille qui heres scriptus est, ex testamento adire non potest: ideo quia dubitatur de viribus testamēti, id est an valiturum sit irreuocabiliter: vt infra de adquir. her. sed & si de sua, §. cur autem. & l. cum falsum. & l. cum quidam. §. j. & l. ventre. quibus legibus dicitur quōd qui incertus est de testamento an valeat, adire non potest. Sed qualiter exheredato postumo adit institutus, vt modo dixi, cum & ibi fit dubium an per querelā expugnetur? Respon. in inofficioso test. aliud est quām hic: cū hic quando est præteritus postumus, ab initio vere nullum fuit testamentum: inofficiosum vero testamentum ab initio tenet: licet irritetur, & fingatur non valuisse: vt ſ. de inof. test. l. eum qui. & diximus in l. qui de inofficioso. eod. titu. de inoffi. testa. §. j. sed certe & in postumo pretērito valet: sed postea rumpitur: vt insti. de exhere. l. j. §. ij. sed ibi fine facto hominis.

e *Non ex parte.* immo videtur, vt ita veritas inſpiciatur, vt infra eod. illud. quæ est contra. Solu. hic vnus erat in vtero: ibi nullus. nec est eadem ratio totius ad partem. vel quo ad scientiam nostram est heres pro quarta, vt hic: sed quo ad veritatem, est prout res est. Et hoc modo etiam soluitur aliud contrarium infra de adquiren. here. l. cum quidam. §. suum heredem. versic. quod si vnum. vbi dicit, si vnus est in ventre, natum pro dimidia heredem esse: inspecto quōd sic se res habet, non in scientia nostra: vt arg. supra de iudi. l. sed & si. §. fina. Vel dic quōd ibi recitatur opinio Sexti Pompo. quæ reprobatur hic.

f *Illud. Existimetur.* à multis: quia ipsa hoc dicat: vel obstetrices: vt infra de adquiren. here. cum quidam. §. quod dicitur si putetur.

g *Filium.* qui suus heres est: non sic in emancipato vel alio extraneo agnato. vel cognato: scilicet quia ipsi adire vel adquirere non possunt, nisi putent non prægnantem: & ita est verum: vt infra de adquir. hered. l. cum quidam. §. quōd dicitur si putetur. versicu. quid ergo. & l. ventre. & hoc intelligo nullo facto testamento, in quo emancipatus & is qui putatur esse in vtero, sit institutus. alioquin emancipatus sicut extraneus interim est heres ex asse: vt hac l. ij. respon. Suus enim etiam nullo facto testamento interim est heres: vt hic & infra de acquir. here. cum quidam. §. suum. vnde ad suum transmittit heredem decedens: vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. & infra de adquiren. here. l. ventre. Et not. quōd hæc tria sunt necessaria, vt proximus à postumo succedat: scilicet quōd communis sit opinio: & quōd sua: & quōd sit verum. Itē quōd sit testatus. quod dic vt infra. e. l. cum quidam. §. & non solum.

h *Ex asse.* immo in quarta: vt supra eod. l. antequi. in fine. Solue vt ibi.

i *Postumi.* qui futuri sperantur, sed nō sunt: & hoc cum extraneus est ex certa parte institutus. si autem ex incerta, tunc idem est. & hoc subiicit, quōd si forte &c.

k *Non posſit.* Lucius Titius.

l *Atque.* id est sicut is qui.

m *Nescit.* credēs se institutū in minori portione quām sit.

n *Nescit.* ex prædicta causa, quia nescit quot nasciturī sint, & nullo nato totū habebit: vt infra de lega. ſ. duobus. §. fin. Sed videtur quōd hic adire nō possit: vt infra de adquir. here. l. ex semisse. quæ est contra. Solu. illud de rigore: hoc de equitate. & ideo hic dicit vtilius &c. Vel verius, cum ibi de certa portione esset scriptus, vix potuit esse quin dubitaret de portione sua, quin etiam de viribus testamenti dubitaret: vnde siue adiit, siue petiit bo. poſſ. ex minore parte quām esset institutus, nihil agit: hic autem probabiliter ignorauit. Alij distinguunt inter errantem, vt ibi: & dubitantem, vt hic, vel vt ibi. Accurſius.

o *Cetera.* quæ sunt hæc? Respō. quōd sciat purè vel sub conditione fuerit institutus, & conditionē extitisse sub qua fuit institutus: vt infra de acquir. here. ſ. quis extraneus. §. sciendum. & l. heres institutus. §. j. & hoc si est facti, non iuris: vt ĵ. de condi. & demon. l. multum. Item debet scire testatorem defunctum: vt infra de adqui. here. l. heres institutus. in princip. Item conditionem testatoris, licet non suam: vt d. l. heres institutus. in fi. & l. quōd si dubitet. & l. sed & si de sua. & l. is ad quem. Item quōd testamentum valeat: vt infra de adqui. here. l. ū is ad quem. in fin. & l. cum falsum. Item quōd mortuus sit testatus, vel intestatus: vt d. l. ſ. is ad quem. §. nam vt quis. ibi, iusto. Accurſius.

Sororī.} Casvs. Mulier decessit quatuor relictis heredibus: & erat prægnās: partus viuus natus est, & erat filia. æqualiter succedere debet cum filiis: & quilibet conferat quintam partē suæ portionis: & sic habet quartā quilibet: & ponas hereditatem distributam in xx. vncias, siue in xl. Viuianus.

p *Sorori.* scilicet natæ, cum fuisset tempore mortis in vtero: vt C. de inoffi. testa. l. si mater. Vel dic exheredatæ à patre. & querela inofficiosi testamenti agenti.

q *Placuit.* scilicet sapientibus: vt d. l. si mater. C. de inoffic. testa. Accurſius.

r *Quæ.* scilicet quinta portio.

s *Pertinuit.* id est pertinere credebatur secundum primum casum. Vel dic pertinuit, pro vero quando egit querela hæc soror.

t *Conferant.* vel per condictionem ex lege: quia præsumatur instituta per l. prædictam, si mater. vel per hered. peti. perlata querela.

u *Iuſti fiūt.* ab heredibus institutis à liberto, vt circa funus: vt

quæ ab Alexandria perducta est vt Hadriano ostēderetur cum quinque liberis: ex quibus quatuor eodem tēpore [a] enixa, inquit, dicebatur: quintum post diem quadragensimum. [b] Quid est ergo? prudētissimè iuris auctores medietatē [c] quandā secuti sunt: vt quod fieri non rarum admodum potest, intuerentur: id est, quia fieri poterat vt tre gemini* nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignauerint. [d] τὸ γὰρ ἥμισυ ἢ οὐδὲν (vt ait Theophrastus) πάσχουσιν οἱ νομοθέται. † Ideoque & si vnum paritura sit: non ex parte [e] dimidia, sed ex quarta interim heres erit.

IIII. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

ET si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata adcrescere: si plures quā tres, decrescere de ea parte ex quā heres factus est.

Incertitudo nascturorum non impedit coheredem adire: licet quæ portio competat sibi, sit incertum. Bartolus.

V. PAVLVS libro septimodecimo ad Plautium.

ILLud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur [f] autem prægnans esse, interim filium [g] heredē esse ex asse: [h] quanquam ignoret se ex asse heredem esse. Idem est in extraneo si ex certa portione heres institutus sit: ex reliqua postumi [i]. Quōd si forte ita institutio facta est: *Quotcunque mihi nati erunt, & Lucius Titius, pro virilibus portionibus heredes mihi sunto*: habebit hæsitationem nunquid adire non possit, [k] atque [l] qui in testamento portionem suam nescit. [m] Sed vtilius esse posse eum adire qui nescit [n] portionem, si cetera [o] quæ oportet eum scire non ignoret.

Qui ex postfacto apparet esse heres, à quolibet herede auocat pro rata, & sumptus pro rata sustinet. Bartolus.

VI. VLPIANVS libro sexto Opinionum.

SOrori [p] quam coheredem fratribus quatuor in bonis matris esse placuit, [q] quinta portio pro portionibus quæ [r] ad eos pertinuit [s] cedet: ita vt singuli in quarta quam ante hac habere credebantur, non amplius ei quintam conferant. [t] Sumptus qui propter onera totius hereditatis iusti fiunt, [u] ei qui patroni iure portionem

infra de relig.l.funeris impensam.& facit supra tit.j.l.heres.

a *Euicerit.* per contra tabulas.olim dimidiam:hodie tertiam: vt instit.de suc.li.§.j.& §.nostra autem,Accursius.

b *Non possumus. Consequimur.* hoc scilicet vt à cõmunione &c.vt j.famil.ercis.l.j. Sic & econtra quædam per here.peti. consequimur.

*quæ non possumus consequi per iudiciũ famil. ercisc. vt infra famil. ercisc. l. fundus qui.in fi.

c *Iudicis.* cognoscẽtis in hereditatis peti.

d *Pro indiuiso.* & sic ferret incertam sententiam, cum non possit ferre certam: vt institutio.de actio.§. curare.vnde& si aliqua res negetur hereditaria, simpliciter pronũtiabit esse restituendum quicquid ex hereditate illa sit penes possessorem. sic & aliàs fert incertam sententiam in causa noxali: vt institu.de offic.iudic.in prin. Item & in alternatiua obligatione.Itẽ & quando pronunciatur legatum deberi deducta Falcidia:vt j. communi diui. l. & si non.§.j.

*Condemnge l.quidam. de reb. cre. Duar.

e *Permittendum. Prohibet.* scilicet ius sed certè imò sic vt infra de vsu.l. tutor.§. Lucius.quæ est contra Sol.hic de residuo negabat,ibi in totum cõfitebatur. sic infra si certum, petatur.l.quidam. Item hoc quando est res diuisibiles, vt erat hereditas hic. si indiuisibilis,tunc in totum debet defendere:vt arg.supra si ex noxa. causa. l. si cum vno.

f *Controuersiam.* Nota quòd reus facit controuersiam.sic infra e. l.fin.in fin.

* apparuerat.

Vm multi. } Casvs. Quidam me & alios instituit heredes: antequam adiui,in Asiam profectus sum:vbi decessi, & procuratorem reliqui domi.procurator credens me viuere, res heredi. administrauit, & quasdam vendidit.ego instituo procuratorem meum cũ quodam alio. qualiter pecunia ex rebus hered. redacta à procuratore meo & coherede eius peti debeat:quæritur.Et respon.quòd si tota apud procura.constituta sit,in solidum conuenitur.sed si dimidia apud coheredem sit:ille tenetur pro ea parte.Viuianus.

g *Instituti essent.* à Titio pone.

h *Erat.* id est putabatur esse,cum iam decessisset.Azo.

i *Procurator.* quem domi reliquerat.

k *Abstulerat.* id est acceperat.sic ſ.ti.j.l.postquam in fi.

l *Antea decessisse.* vel dic antequam fieret testamentũ : & sic est pro nõ scripta.vel ante mortẽ testatoris: & sic quasi caduca.vel antequam agnoscęret,& sic caduca: vt C.de cad.tol.§. & cum triplici. & hac ratione non transmittit secundum ius nouum,sed olim ad fiscum. Item per procuratorem etiam si

*per procuratorem. viueret,adire non poterat:vt infra de adqui.here.l.Paulus.*ni si in casu:vt supra de offi.procu.Cæ.l.j.secus in bo.pos.vt infra de bo.pos.l.iij.§.adquirere.

m *Pecunia ex hereditate.* id est ex parte hereditatis accepta, id est qua actione alij heredes possint petere. Dubitatur autem ideo quia cum procurator prius alieno nomine possediſſet, & ideo hereditatis petitio. non tenebatur: vt supra titu.j.l. etiam.§.si quis absentis. videbatur quòd non posset causam possessionis mutare:vt C.de adquiren pos.l.cum nemo.quod remouet hic,& d.l.supra tit.j.l.etiam.§.si quis absentis, in fin.

euicerit, a pro rata computentur.

Per hanc actionem consequitur quis partem pro indiuiso,quæ per iudiciũ fam.erciſc. diuiditur.Bartolus.

VII. Ivlianvs libro octauo Digestorum.

NOn possumus cõsequi per hereditatis petitionẽ id quod familiæ erciscundæ iudicio consequimur, b vt à communione discedamus : cum ad officium iudicis c nihil amplius pertineat, quàm vt partem hereditatis pro indiuiso d restitui mihi iubeat.

Potest quis pro parte cedere,& pro parte contendere.Bartolus.

VIII. Idem libro quadragensimo octauo Digestorum.

PErmittendum* erit possessori hereditatis partẽ quidem hereditatis defendere,parte verò cedere. Nec enim prohibet e aliquem totam hereditatem possidere, & partem scire dimidiam ad se pertinere, de altera parte controuersiam f non facere.

Qui vt procurator alterius administrat, petitione hereditatis non tenetur : nisi illius heres extiterit in totum,vel in partem. Bartolus.

IX. Pavlvs libro tertio Epitomarum Alfeni Digestorum.

CVm multi heredes instituti g essent,ex his vnus in Asia erat : h eius procurator i venditionem fecit : & pecuniam pro parte eius abstulerat:k postea apparuerit* eum qui in Asia erat, antea

A §.& l. si & rem. & quod dicit quòd nemo potest mutare &c. verum est ad sui vtilitatem, & nulla extrinsecus causa accedente. causa autem extrinsecus accedente, non tam mutatur quàm mutatur ei,vt j.de vsuca. non solum. §. quod vulgo. vt hic,& j.l.proxi.

deceſsisse l instituto ex parte dimidia herede procuratore suo, & ex parte alio. quæsitum est,quemadmodum pecunia m ex hereditate petenda esset. Responsum est,ab eo qui procurator eius fuisset,totam hereditatẽ, n quia ex hereditate ea pecunia fuisset quæ ad procuratorem ex venditione peruenisset, petere o eos oportere: & nihilo minus partem dimidiam p hereditatis à coheredibus eius. Ita fore,q siue omnis ea pecunia penes eum qui procurator fuisset,resideret, vt omnem per iudicem ab eodem recuperarent : siue is partem dimidiam coheredi suo reddidisset, ipsum ex dimidia parte, & ex dimidia coheredes eius condemnarent.r

B

Qui negotia hereditatis absentis nomine gerit, ab his ad quos negotium in veritate pertinet poterit conuenire actione negotiorum gestorum,& petitione hereditatis, si se heredem contendat.Bart.

C

X. Papinianvs libro sexto Quæstionum.

CVm heredis ex parte instituti filius,qui patrem suum ignorabat s viuo testatore decessisse, partem hereditatis nomine patris vt absentis administrauerit, t & pecunias distractis reb' acceperit: hereditas ab eo peti non potest: u quia neq; pro herede, neque pro possessore pretia possidet, x sed vt filius patris

D

n *Totam hereditatem.* id est totam pecuniam hereditatis peti. si tamen se contendat heredem,vel pro possessore possideat: vt j.l. proxi. & potes hic discere quæ dixisti.§. ult. l.j. §.j. & hoc quando nil contulit coheredi. Si autem contulit, subiicit quid iuris sit.

o *Eos petere.* coheredes absentis : vt infra l.proxi.

p *Dimidiam.* in alio casu : vt statim dicit scilicet cum procurator suo coheredi contulit dimidiam pecuniæ.

q *Ita fore.* repetitur trunq; casum, & quando tota erat penes procuratorem, & quando partem contulerat coheredi.

r *Condemnarent.* i.condemnari facerent. sic j.de admi.tut.l.ij.

Vm heredis. } Casvs. Habui filiũ, & domi reliqui, & profectus sum,& decessi. Titius in ciuitate existens,ignorans me defunctum, instituit me heredem cum alius filius meus tanquam procu. meus res her. administrauit distrahendo.qua act. coheredes mei illam partẽ possint exigere quæritur. Et respon.quòd pe.he.nisi in eo quòd filius non hereditario nomine sed patris tamen nomine res her. administrauit:quare neg.gest. ac. tenebitur patri suo coheredibus.& hoc in prima.Sed quid si illum filiũ exheredauit, & alios filios instituit heredes aut extraneos:nunquid filij isti habebunt neg.gest.act.contra eũ administratorem? dicitur quòd non:quia nullo modo erat eorum negotiator:cum res non essent paternæ,& patri adquitæ.Tertio probat per ſimile:& videtur quòd tenetur ne.gest. act.quia si exigam nomine tuo,te.ſ.ratum habente, oritur ne gest.gest.ergo hic: quod verum est si dominus ratum habeat. Quarto pone quòd illum filium instituit: vnde veniunt coheredes mei, & eum conueniunt: & ipse dicit pecuniam mihi fuisse adquisitam, asserens me vixisse illo tempore quo conditum fuit testa.dubitabatur an hoc dicere posset. videbatur quòd non: quia sic videtur mutasse sibi causam possessionis sed quia video quòd aliquis gesserit negotia her.male,& sic factus est debitor hered. si quidem postea gerat se pro herede poterit hoc facere:& conuenietur pet.her.nec videbitur sibi mutare causam possessionis: vnde idem in casu superiori erat dicendum:vt scilicet pet.here.conueniatur: nec videtur causam pos.mutasse.

s *Ignorabat.* in quo casu in causam caduci est pars illa.at in l. §.proxi.loquitur etiam in pro non scripto:& in hoc differunt hæ duæ leges secundum quosdam.

t *Administrauerit.* sine mandato.nam si pater mandasset, adire videretur.

u *Non potest.* per coheredes patris,quibus accreuit.

x *Possidet.* dum se patris heredẽ non cõtendit:quia forte exheredatus est,videtur ergo scire de morte patris. Sed respon. forte dixit.vnde dic qđ ignorat:aliàs p possessore possidet.

negotium curauit.] Negotiorum autem gestorum actio ceteris coheredibus[a] ad quos portio defuncti pertinet,[b] dabitur[c]. Illud enim vtique non est metuendum, ne etiã patris à quo fortè exheredatus est,[d] teneatur heredibus, quasi negotia hereditaria gesserit, cum id quod administrauit, nõ fuerit paternæ hereditatis. Nam & si negotiorum gestorum actio sit[f] ei cuius nomine[g] perceptũ est: ei cuius nomine,[h] restitui[i] æquum est. Sed in proposito[k] neq; patris[l] negotia fuerunt, qui[m] esse desierat:[n] neque paternę successionis, quę fuerunt[o] alterius hereditatis. Quòd si filius iste patri suo heres extitit, & mouet controuersiam, quòd pater eius postquam heres extitit, mortem obierit: ille tractatus[p] incurrit, an ipse sibi causam possessionis mutare videatur.[q] Quoniam tamen[r] qui negotia hereditaria gessit, & debitor esse cœpit,[s] postea faciens controuersiam hereditatis, vt iuris possessor conuenitur: [t] idem etiam in hoc filio[u] respondendum erit.

DE POSSESSORIA hereditatis petitione.

TITVLVS V.

Bonorum possessori de iure prætorio competit hæc actio: in qua tantum venit quantum in petitione hereditatis ciuilis. Bart.

1. VLPIANVS libro quintodecimo ad Edictum.

ORdinariũ fuit, post ciuiles actiones heredi b proposita, rationem habere prętorem etiam eorũ quos ipse velut[x] heredes facit, hoc est, eorum quibus bonorum possessio data est.[y]

11. GAIVS libro sexto ad Edictum Prouinciale.

PEr quam[z] hereditatis petitionem tantundem cõsequitur bonorũ possessor, quantum superioribus ciuilibus actionibus heres[a] consequi potest.

DE FIDEICOMMISSARIA hereditatis petitione.

TITVLVS VI.

Fideicommissario vniuersali, cui est hereditas restituta verbo: competit hæc actio in qua veniunt omnia quæ in petitione hereditatis ciuilis. Bartolus.

1. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

EX ordine occurrit actio quæ proponitur[b] his quibus restituta est hereditas.[c] Nam quisquis suscepit † restitutam hereditatem ex senatusconsulto[d] ex quo actiones transeũt, fideicommissaria hereditatis petitione vti poterit.[e]

11. PAVLVS libro vicensimo ad Edictum.

QVæ actio[f] eadem recipit, quæ hereditatis petitio ciuilis.[g]

Hæc actio competit fideicommissario, & eius heredi, bonorúmve possessori: & non datur contra verũ heredem, sed contra alios, & eorum heredes. Bart.

---

a *Coheredibus.* scilicet patris.
b *Pertinet.* scilicet iure accrescendi.
c *Dabitur.* vel quia coheredum patris ipsa re gestum est negotium: licet patris putauerit: vt supra de nego. gest. l. item si cum putaui. in fi. & l. si pupilli. §. item quæritur. ver. si. idem ait. & §. quid ergo. vel quia hereditaria negotia gesta sunt: vt §. de nego. gest. siue hereditaria. Sed nonne tempore harum legũ hæc quasi caduca ad fiscũ pertinebant: vt supra titu. j. item veniunt. §. cum antequam? quomodo ergo datur actio coheredibus? Respon. hic de nouo iure fit mentio: quod est C. de cadu. tol. §. pro secundo. & §. in nouissimo. Vel dic quòd loquatur de eo caduco quod habebatur pro non scripto: quod etiam ad fiscum iure veteri non deferebatur: vt C. de cadu. tol. §. in primo.
d *Exheredatus est.* idẽ & si sit institutus: vt dicetur. j. proxi. §.
e *Etsi.* id est quamuis. Accursius.
f *Actio sit.* id est esse solet ratihabitione sequente: vt supra de nego. gest. si pupilli. §. item quæritur. versic. idem ait. & sic suum est negotium ratihabitione.
g *Nomine.* id est nomine patris, non coheredum suorum: vnde ipsi ratum habere non possunt: vt d. l. si pupilli. §. sed si ego. Accursius.
h *Nomine.* repete, perceptum est.
i *Restitui.* scilicet coheredibus patris: cum pater ratum non habuit, neque per consequens heredes eius possunt habere ratũ: vt infra de bon. pos. l. iij. §. adquirere. vel quia non est eorum nomine gestum: vel quia hereditas non transmittitur ad heredes: vt C. de cad. tol. §. in nouissimo. Vel quia ratum debet haberi intra tempus quo possit adiri: vt infra rem ra. habe. l. penul. Azo. Petitione autem hereditatis tũc tenetur, quando sciret patrem non aditurum: vt & aliàs. §. tit. j. l. etiam. §. si quis absentis.
k *In proposito.* scilicet casu.
l *Neque patris.* scilicet prima facie.
m *Qui.* scilicet pater.
n *Desierat.* scilicet morte.
o *Quæ fuerunt.* quæ scilicet negotia.
p *Ille tractatus.* id est quæstio. nam tractatus apud dialecticos est illa quæstio qua quicquid pro vero ponitur, falsum reperitur: vt j. ad l. Fal. l. qui quadringenta. apud Isidorum dicitur tractatus multiplex expositio.
q *Videatur.* quod iure prohibitum est: vt C. de acquir. pos. l. cum nemo. Sed tamen hoc non videtur, triplici ratione. Prima: quia ille dicitur sibi mutare, qui prius possidebat ciuiliter & naturaliter: vel naturaliter tantum. at iste ante nullo modo possidebat. Secunda, quia ille dicitur sibi mutare, quia nulla superueniente iusta causa dicit se possidere ex alia causa: & vult sibi mutare causam possess. at iste iusta de causa & iusta opinione postea interueniente dicit se possidere: vt infra de adqui. pos. qui bona. §. quod scriptum. & l. iij. §. illud. & pro herede. l. ij. §. quod vulgo. & de vsucap. non solum. §. quod vulff. Vetus.

A go. Tertia, quia iste non incipit habere aliquem titulum. nam & titulus dicitur caus. pos. sed incipit habere qualitatem possidendi.
r *Quoniam tamen.* inducit simile, per quod soluit quæstionem præmissam.
s *Cœpit.* ex alia causa, quàm ex pretiis rerum venditarum.
t *Conuenitur.* scilicet petitione hereditatis: vt diximus supra titu. j. l. etiam. §. fin. & l. sequen. & l. quòd si in diem. §. non solum.
u *Filio.* qui debet pretia.

DE POSSESSORIA *hereditatis petitione.*

Si habes rubricam sic: de possessoria hereditatis petitione: melius dixisset, de bonorũ possessoria hereditatis petitione.

x *Ordinariũ.* Velut. nec enim heredes veri sunt, sed quasi: vt institu. de bo. pos. §. quos autem. & infra de regulis iu. l. prætor. Sed oppo. quia superiores videntur prætoriæ, non ciuiles: vt supra titu. j. l. j. in principio. quæ est contra. Sed approbando ibi dicit, vt dicimus ibidem. Item quę sunt prætoriæ istæ superiores? nam tantùm est vna, scilicet peti. hered. Respon. verum est in genere: sed tamen alia est mihi, & † *susceperit.* alia quæ tibi competit: & sic plures, sicuti certi condictio ex mutuo, vna est in genere: alia est tamen quæ mihi, alia quæ tibi datur.
y *Data est.* à prætore viuo hoc ideo, quia est bo. pos. quæ est edictalis: & alia decretalis, quæ datur à prętore viuo: de qua hic dicit. Sed hodie non est decretalis: vt C. qui admit. ad bo. pos. l. fi.
z *Per quam.* scilicet vtilem peti. here. prætoriam.
a *Heres.* vt infra de bo posses. l. ij. Hic quæritur, an actiones quas intendit bo. po. iure hereditario, vt puta ex empto & similes, dicãtur prætoriæ: an ciuiles. Et nego esse prætorias. magis enim spectanda est origo, id est ius ciuile à quo fuerũt inductæ, quã prætoriũ: quod eas velut palmites & propagines ad alias qualdã personas deriuauit, & traxit: arg. C. de his qui ve. æta. impe. l. fina. & infra de ver. obli. l. in illa. arg. contra infra de noxa. l. electio. §. item si ex. Sed ibi prætoria & ciuilis dici potest: vt infra eo. tit. de noxa. l. si plurium. *Actiones bo. pos. competentes an sint prætoriæ, vel ciuiles.*

DE FIDEICOMMISSARIA HEREDITATIS *petitione.*

b EX ordine. *Proponitur.* id est datur.
c *Hereditas.* verbo. alias si re, & postea desinat possidere, rei vind. habet. quod enim facit hereditatis aditio, vt tunc demum competat hereditatis petitio: hoc verbalis restitutio, vt habeat locum fideicommissaria: vt arg. infra ad Trebellia. l. restituta. j. respon. & l. facta. in prin. *Restitutio verbalis tãtum facit quantum hereditatis aditio.*
d *Senatusconsulto.* scilicet Trebelliano.
e *Poterit.* contra possessores. Accursius.
f QVæ *actio.* scilicet vtilis.
g *Ciuilis.* sed in restitutione facienda ab herede fideicommissi,

missi non veniunt fructus, nisi fuerit in mora: vel nisi speciaA liter fuerit rogatus restituere fructus: vt infra ad Trebell. in fidiecommissaria. in princi. Sed cum hæc actio ex senatusconsul. scilicet Trebelliano sit inducta, sicut petitio hereditatis ab alio senatusconsulto quare non est hæc ciuilis: vt instit. de perpe. ac. in princip? Respon. hereditatis restitutio à senatusconsult. Trebel. est inducta, vt fiat ex officio iudicis, sicut & emptio à iure gentium: nõ tamen fideicommiss. here. pet. vel redhibitoria est ciuilis. Item hoc non est bonum argu. succedit de iure ciuili: ergo actio ei cõ petens est de iure ciuili. Nam penè omnes contractus sunt de iure gentium: & tamen actiones sunt ciuiles: vt supra de origi. iu. l. ij. §. deinde ex his. Accursius.

*ei cui heres extiti. Sed & si.

*potero.

a NEc interest. Extitisset. vt §. de peti. here. l. iij.

b Relicta est. & verbo restituta.

c Alius. puta iure nouo: vt supra titu. iij. l. iij. §. nouo.

d Non competere. immo videtur quòd sic: vt j. ad Trebel. l. ita. §. si ex Trebelliano. quę est contra. Solutio. ibi dicit dari in eum actionem, quæ defuncto in eum competiit, scilicet ex mutuo, vel aliunde. Sed quæ est ratio, quòd peti. hered. fideicommiss. non datur in restitutentem? Respon. quia non datur nisi contra eum qui pro herede vel pro possessore possidet: hic autem non pro herede possidet, vel pro possessore: quia verus est heres, licet hereditatẽ restituerit: vt j. ad Treb. l. si heres institutus. & instit. de fideicom. here. §. restituta. secundum quosdam hoc non placet. nam talis titulus pro non titulo debet haberi. Sed est ratio: quia non possidet pro herede, qui ad alium transtulit. Sed quia possidet pro possessore conueniri potest peti. her. Sed hoc intelligas quando aliquid ex hereditate possidet. postquã hereditatem restituit verbo: vel si re. non omnia. nam ante constat quòd non tenetur peti. here. sed actione ex testamento, si iam adiuit: vel si nõ adiuit, poterit cogi offi. iu. adire, etiam si repudiauit: vt infra ad Trebel. nam quòd §. j. Ceterum post additionem est actio ex testamento, vt diximus, vt fiat restitutio. post restitutionem pro rebus restitutis cessat hæc actio: quia alia ei datur. s. in rem, & suo nomine: vt in pet. here. dixi. §. de peti. hered. l. & non tantum. §. j. sed si quæ non sunt restitutę, hac actione ex testamento potest agi, quasi non plenè restituerit. Et nota quatuor tempora ex prædictis.

e Actiones. hereditariæ singulares.

f Heredi. directo qui mihi restituit hereditatem: ad quod est §. ad Trebel. l. j. §. j.

III. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

NEc interest, mihi quis rogatus fuerit restituere: an heres cui extitisset. a* Et si bonorum possessor sim eius cui fideicommissaria hereditas relicta est, b vel alius c successor: per hanc actionem experiri poterim.* Hanc actionem sciendum est aduersus eum qui restituit hereditatem, non competere. d Hæ autem actiones e mihi dantur, quæ heredi f & in heredem competunt.

Digestorum seu Pandectarum liber sextus.

DE REI VINDICATIONE. †

TITVLVS I.

Hæc actio est ad rerum singularum petitionem: & competit pro omnibus rebus corporalibus. Bartolus.

† Rei vindicationis formulam Cicero explicat in orat. pro Murena, & Gel. li. 20. ca. 9.

DE REI VINDICATIONE.

Scilicet cui detur: & contra quem: & quæ in ea veniunt, & qualis sit. Sciendum est autem quòd in hoc titu. principaliter de directa tractatur: infra vero si ager vec. vel emphy. tractatur de vtili. Cur detur directa, dicitur infra e. in rem actio. l. respon. Item cui vtilis, dicitur. C. eod. si vt proponis. Item ei qui præscripsit rem longo tempore, datur vtilis: licet M. det ei directam. contra quem detur, dicitur. j. eod. officium. & C. de ali. iud. l. i. & C. vbi in rem actio exerceri deb. l. i. Et hoc vbi datur directo. nam quandoque datur vtiliter: vt j. eo. l. si culpa. & l. qui restituere. §. si vero non. & infra de noxa. electio. §. item si ex. Quæri cõsueuit, an is qui tantum ciuiliter possidet, sicut est is qui dedit in feudum, possit pro eo iure quod habet conueniri: quod verum est, non tamen sit præiudicium ei qui naturaliter possidet. Et sic patet ex prædictis quòd directa directo, & directa vtiliter, & vtilis vtiliter, & vtilis directo dabitur. nam directa & vtilis, ad actorem directo & vtiliter, ad reum refertur. Qualiter alicui dominium quæratur: licet in hoc titu. casus ponantur, singulos prosequi non expedit: quia specialis est titulus infra de adquir. re. do. & instit. de re. di. Quæ veniant in hac actione, dicitur infra in l. i. per totum, & infra eodem. non solum. & l. quæ de tota. Item fructus: vt infra eodem. fructus. vt ibi plenè dices. Et quia sunt reputationes in hac actionibus, ideo plene dices. infra eodem in fundo. Qualis sit: & quidem arbitraria, & stricti iuris: & ideo quatuor remedia dantur: vt ducet infra eodem l. qui restituere. Et potest dici temporalis: quia quandoque tribus, quandoque. 10. quandoque. 20. quandoque. 30. quandoque. 40. quandoque centum annis durat. Neque autem heredi vt heredi, neque in heredem datur vt heredem datur, quasi contra possessorem vt infra ad exhi. de re. §. finali.

I. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

POst actiones quę de vniuersitate § proposite sunt, b subiicitur actio singularum rerũ petitionis. Quæ specialis in rẽ actio locum habet in omnibus rebus mobilibus tam animalibus, i quàm his quæ anima carent, & in his quæ solo continentur.

Liberæ personæ quæ sunt in potestate nostra, non petuntur rei vindicatione: sed aliis remediis hic expressis, nisi vindicentur adiecta causa de iure ciuili. Bart.

Per hanc † autem actionem liberæ personæ quæ sunt iuris nostri, vt puta liberi qui sunt in potestate, * non petuntur. k Petuntur igitur aut præiudiciis, aut interdictis, aut cognitione Prætoria. l & ita Pomponius libro trigesimo septimo: * Nisi m

POst actiones. § CVSVS. Ponit in continuationem huius titu. ad superiora. quòd dictum est in superioribus quibus modis vniuersitates petuntur: nunc qualiter res singulares, & ita de speciali: & habet locum ista actio tã in re mobili quàm in immobili. § PER HANC. § Cum ista actio detur pro omnibus rebus: an pro liberis personis dari possit, quæritur. Et dicitur quòd non. vnde si volo filium meũ petere quem dico in potestate mea: agam præiudiciali, & interdictis: & officio iudicis: veruntamen dicitur quòd possum vindicare filium adiecta causa de iure Quiritum. § PER HANC. § Non solũ res singulares, sed etiam vniuersales, quæ scilicet rectæ sunt, per hanc actionem peti possunt: sicut grex, equitium, armentum, & similia. veruntamen ad hoc vt grex vindicetur, non oportet quòd singula capita condicantur per hanc actionem.

g De vniuersitate. scilicet querelę & pet. here. quæ est vniuersalis: vt supra de pe. hered. item videndum. §. fina. & l. sequen. Azo. Sed certe per querelam non petitur vniuersitas, sed testamentum rumpi: vt supra de inoffi. testa. l. Papinianus. in fin. Dic ergo vel hic plurale pro singulari poni: vt supra de peti. hered. diuus in fin. vel quod de peti. hered. directa & vtili dicat: de qua etiam vtili posuit duos titulos supra proxim. duobus titulis.

h Propositæ sunt. vulgo, proposuit prætor: & dic approbando: vt supra si pars here. pet. l. j. j. respon. quòd si non habet prætor, dic iurisconsultus, vel senatus.

i Animalibus. quæ per se mouentia dicuntur: vt j. de verbo. signi. l. mouentium.

k Non petuntur. quia rei vind. datur ei qui dominus est de iure gentium vel ciuili: vt infra eod. l. in rem actio. in princip. sed istæ liberæ personæ sunt, & non sunt in alicuius dominio. ergo non datur actio in rem, nisi adiecta causa: vt subiicit. Accursius.

l Prætoria. scilicet erunt petẽdi: & dic præiudiciis, id est præiudicialibus exceptionibus: veluti si ageret filius contra patrem, & pater obiiceret, agere non potes, quia meus filius es. & sic in modũ exceptionis semper opponi debent secundum Ir. Sed hæc glos. nulla est: quia hic loquitur cum filius petitur, non cum in modum exceptionis repellitur. Tu ergo dic præiudiciis, id est præiudicialibus in rem actionibus: vt instit. de act. §. præiudiciales. Et dicuntur ideo præiudiciales actiones & exceptiones, quia prius de eis cognoscitur quàm de alia principali quæstione pronuntietur. Sed certe hac ratione quælibet exceptio diceretur præiudicialis: quia semper prius cognoscitur de ea quàm de principali quæstione pronuntietur: sed sententia in principali quæstione fertur: vt C. de or. cog. l. j. ij. & iij. & l. cum status, Dicuntur ergo præiudiciales, quia sic præiudicant vt interim aliæ quæstiones differantur donec de hac iudicetur. differantur dico, quantum ad definitionem. id est cognitionem: non quantum ad litis contestationem. nam & in causa liberali hoc fit: vt infra de lib. cau. ordinata.

m Nisi forte. excipit ab eo quod dixit non posse vindicari. Azo.

fortè, inquit, adiecta [a] causa quis vindicet. Si quis ita petit filium suum[b] vel in potestate[c] *ex iure Romano* [d]: videtur mihi & Pomponius consentire, rectè eum egisse. Ait enim adiecta causa ex lege Quiritium vindicare posse.[e]

Hac actione vindicatur etiam vniuersitas rerum in totum, vel in partem: non obstante quòd aliqua pars particularis non sit vindicantis. b.d.cum l.seq. Bartolus.

Per hanc autem actionem non solùm singulæ res vindicabuntur, sed posse etiam gregem[f] vindicari Pomponius libro lectionum* vicensimoquinto scribit. Item & de armento[g], & de equitio[h], ceterisque quæ gregatim habentur, dicendum est[i]. Sed enim gregem sufficiet ipsum nostrum esse, licet singula capita nostra nō sint[k]. Grex enim, non singula corpora vindicabuntur.

II. PAVLVS libro vicensimoprimo ad Edictum.

SEd si par numerus duorum[l] interfuerit, neuter solidum gregem, sed ne* partem dimidiam totius eius vindicabit[m]. Sed si maiorē[n] numerum alter habeat, vt detracto alieno nihilo minus gregē vindicaturus sit[o]: in restitutionem* non veniunt aliena capita[p].

III. VLPIANVS libro sexto-decimo ad Edictum.

MArcellus[q] libro quarto Digestorum scribit: Am *Quis vindicabit.* sub appellatione dimidiæ: videlicet pro indiuiso. Et est ratio: quia fortuito casu mixta sunt, non vt sint communia, secundum Io. siue oues cuiuslibet sufficiant ad gregem, siue non. sic & quælibet corpora manent eius cuius fuerunt: vt institut. de re. di. §. quòd si frumentum. versic. sed nec. Item quia neutra facit gregem: vt patet in exemplo quod fuit de v. & v. Sed & si sufficiant ad gregem, adhuc tamen non vindicabitur medietas vt grex, nec pro diuiso, nec pro indiuiso, secundum Io. sed H. contra. Et quia hoc in populis coadunatis videmus ad aliquam prædicationem, vel etiam ad habitationem: & tamen quilibet durat populus. Itē si primo erat grex meus, non desinit propter coaceruationem: & sic grex est, & pars gregis. sed nec totum vnusquisque vindicat: quia non possunt duo esse domini insolidum: vt infra commo. l. si vt certo. §. fin. Agetur ergo secundum Io. communi di. & rei vindi. pro suis corporibus. Sed quid si omnia corpora sint communia pro indiuiso: nunquid poterit vindicari pro indiuiso medietas gregis? Respon. sic: vt argu. infra eod. quæ de tota. §. incertæ.

*neq;

*restitutionē tamen.

Aliena capita in restitutione non veniunt.

a *Adiecta causa.* de iure Romano: vt subiicit. Sed nōne hoc in sequenti versi. si quis ita. repetitur vt superfluū? Respon. non: quia primo sub dubio: postea indubitanter respon. Azo.

b *Petit filium suum.* sibi exhibendum ab aliquo. Azo.

c *Vel in potestate.* sua esse dicat, cum filius contradicat. & sic à semetipso. Azo.

d *Romano.* quo filij sunt in nostra potestate: vt institut. de pat. po. §. huius autem.

e *Vindicare posse.* patrem filiū suum. Azo. Sic etiam petit abbas monachum suum, adiecta causa, de iure canonico. sic & prælatus clericum suū adiecta causa. Item potestas ciuem suum: vt ff. ad muni. l. de iure. j. respon. Item de colonis Palestinis: vt C. de col. Pal. l. j. lib. xj. Item de colonis Illyricianis: vt C. de col. Il. l. j. lib. xj. Item de colonis imperatoris, siue patrimonialibus, vel fiscis: vt C. de fugi. colo. l. iij. & iij. lib. xj. & C. de agri. & cen. l. j. ij. & iij. lib. xj. Idem in colonis quorumlibet priuatorum, vt possint vindicari, causa adiecta de iure Romano, vel de iure legum: vt C. de agri. & cen. l. quisquis. & l. omnes. lib. xj. & in auth. de man. prin. §. sed neque suscipientes. col. iij. Idem in corhorrali, vel curiali: vt C. vbi quis decu. vel cohor. l. j. Vt autem plene scias quando vnumquodque istorum locum habeat, vel interdictum, vel cognitio prætoris, siue offic. iudi. quod idem est, siue præiudicialis actio, dic quòd si filius à nullo detinetur, sed ipse sui controuersiam facit: locum habet cognitio prætoris. Sed & dici potest quòd præiudicialis actio in rem locum habet: sicuti contra eum quem seruum meum esse contendo: & cessat interdictum de libe. exhibi. nisi propter adeundam hereditatem sit contentio: vt ff. de libe. exhi. l. deinde. §. hoc autem. & l. si eum qui se. & insti. de ac. §. præiudiciales. Si vero filius sit apud alium, & sua sponte: locū habet iu. of. siue cognitio prætoris: sicut & si apud neminem esset. nam hic apud se esse videtur. Item præiudicialis actio in rem eadem ratione: sed & rei vin. dari potest adiecta causa de iure Quiritum: cessat vero interdictum, nisi qui detinet, pariter se patrem profiteatur. nam his casibus loquitur lex ista: vt ff. de lib. exhi. l. fi. Si vero inuitus detinetur, hoc casu proditum est interdictum: vt ff. de li. exhi. l. j. & datur rei vind. adiecta causa de iure Quiritum: vt hic dicitur, & cessat præiudicialis in rem actio: quæ solummodo contra filium datur: & ratione controuersiæ quam de se facit filius. Alia vero rei vin. adiecta causa de iure Quiritum, datur ratione possessionis quam alius habet, & controuersiæ quam facit: & ita cessat iudi. offic. Huic distinctioni est contrā quod dicitur, quòd vbi est ordinarium auxilium, non debet recurri ad extraordinarium: vt ff. de mino. in causæ cognitione etiam. j. respon. vnde non videtur quòd cum iudi. offic. alia actio vel auxilium detur. Ad quod respon. quòd ibi vocat extraordinarium auxiliū rest. in integ. quod contra ius commune datur. Secus vero si de iure communi quis petat actionem dari extraordinariam cum ordinaria. Sed huic responsioni est cōtra. supra de eden. quædam. vbi extraordinarium, quod est de iure communi, non competit cum ordinario. sed ibi in subsidium illud extraordinarium datur. sic etiam posset responderi ad legem illam, in causæ.

f *Gregem.* ouium.

g *Armento.* boum.

h *Equitio.* equorum.

i *Dicendum est.* quia vniuersitas est facti, nō iuris, in his. Nam in vniuersitate iuris aliud est: vt ff. eo. l. vindicatio.

k *Non sint.* volue literam: licet non sint nostra singula capita: grex enim &c. vt infra eo. in rem. §. item quæcunque. versi. at in his. sed in restitutione non veniunt aliena capita: vt infra l. proxi.

l *Sed si par. Duorum.* puta vnus quinque, & alius alia quinque in grege habebat. si vero vnus centū, alius cētum habeat: vterq; gregem totum vindicat, secundū quosdam. & H. quia vterque ex suis ouibus potuit constituere gregem. Azo & Io. contra: quia non constituerunt.

m *Quis vindicabit.* sub appellatione dimidiæ: videlicet pro indiuiso. Et est ratio: quia fortuito casu mixta sunt, non vt sint communia, secundum Io. siue oues cuiuslibet sufficiant ad gregem, siue non. sic & quælibet corpora manent eius cuius fuerunt: vt institut. de re. di. §. quòd si frumentum. versic. sed nec. Item quia neutra facit gregem: vt patet in exemplo quod fuit de v. & v. Sed & si sufficiant ad gregem, adhuc tamen non vindicabitur medietas vt grex, nec pro diuiso, nec pro indiuiso, secundum Io. sed H. contra. Et quia hoc in populis coadunatis videmus ad aliquam prædicationem, vel etiam ad habitationem: & tamen quilibet durat populus. Itē si primo erat grex meus, non desinit propter coaceruationem: & sic grex est, & pars gregis. sed nec totum vnusquisque vindicat: quia non possunt duo esse domini insolidum: vt infra commo. l. si vt certo. §. fin. Agetur ergo secundum Io. communi di. & rei vindi. pro suis corporibus. Sed quid si omnia corpora sint communia pro indiuiso: nunquid poterit vindicari pro indiuiso medietas gregis? Respon. sic: vt argu. infra eod. quæ de tota. §. incertæ.

n *Sed si maiorem.* quàm alius. & sic maior trahit ad se minorem: vt infra de acquir. re. do. l. quicquid. §. fina. Azo. & Io. sed H. id est magnum. Nam sufficit quemlibet habere magnum, si vult vindicare vt gregem: vt dixi modo. & fit grex ex decē ouibus: vt infra de abige. l. oues.

o *Vindicaturus sit.* gregem. vindicabit tamen in restitutione &c.

p *Capita.* nisi eorum nomine possint intētari Publiciana secundū H. vt ff. l. proxi. in fi. j. respon. Et no. quòd innuit hic, q; aliena capita in restitutione nō veniunt: sed in petitione sic: quod verum est. Nam totus grex est meus: nec enim dici potest partem gregis alienam esse: vt pote cum dominus aliarum ouiū ex suis ouibus gregē constituere noluit. Vel (quòd verius est) dicas quòd non totus sit grex meus, cum quædam sint alienę, vel etiam vna: nec totū gregem possum vindicare, vt colligas singula eius capita: & concedendum est partem gregis alienā esse, nec tamen communem: vt institut. de re. di. §. quòd si frumentum. ver. sed nec magis. Vel si velis dicere totū esse meum, vt primo dixi. habes arg. ff. de acquir. re. do. quic quid. §. at in his. licet responderi posset, quòd aliud sit in grege, in quo sunt distantia corpora quę per se esse censentur. ibi vero vnum alteri cedit. sed certe quantū ad hoc non est differentia. Vnde expone, vt contraria vtes: ego possum vindicare totum gregem. i. gregem qui est quoddam totale corpus: vt institut. de leg. §. si grex. versicu. grege. alteri rei non accedens. Si vero dicas totum. i. quamlibet eius partem, falsum est. Azo. & sic inclinat in secundum. Et est verum quòd est meus, & quòd non est meus, diuersis respectibus.

q *Marcellus.* CASVS. Constitutus erat grex ex ccc. ouibus: centum perierunt: alias c. emi: & subrogaui in locum mortuarum: grex ad Titium peruenit: si vindico? Et distingue tantum, an ab alio emerim, aut à domino: vt in primo casu competat mihi directa in rem actio: in secundo autem Publiciana in rem actio. si autem omnes perierunt præter submissas, omnes gregis nomine petuntur. {ARMAMENTA.} Si armamenta mea in naui tua fixisti, & iterum fuerunt dissoluta: potero ea vindicare. vel dic, possedit quis nauem meam: dissoluta est. potero armamenta per se vindicare: item paruam nauem quæ magnam sequitur, etsi magna integra remaneat. {POMPONIVS.} Titius habebat. v. de meo, & v. de tuo: ista v. in massam redegit, ista massa erit mihi & tibi communis: & portionem tuam vindicare poteris pro rata ponderis. Item agere potero pro portione mea: & Titius qui dolo malo confudit, tenetur furti, & ad exhibendum. si autem vnum argentum pretiosius erat: eius habebitur ratio.

q *Marcellus.* aliàs incipit, Marcellus: & aliàs incipit lex ista, qui gregem.

a *Continebuntur.* ar. quòd qui proponit rei vin. etiã Publiciana videatur impoſuiſſe: vt infra de euic. l. minor. §. ſi ſeruus.

b *Vindicare.* per actionem in rem, primo caſu: vel Publiciana, in ſecundo: vt enim pro re ſingulari & vnica, ita & pro hac corporali vniuerſitate Publiciana competit & datur. Sed ſi publiciana datur: ergo vſucapitur grex. Sed contra. ĩ. de vſuca. l. rerum mixtura. in fin. vbi dicit vniuerſi gregis nullam eſſe vſucapionem. Sol. ſubaudi ibi tantum. q. d. non eſſe vſuca. tãtum vniuerſi gregis, ſed etiam partis: vt corporum ſingulorum: licet aliud ſit in domo: vt ĩ. de vſuca. l. eum qui ædes. Sed obiicitur, hic eſt idem grex, qui fuit ab initio: vt s. de iudi. l. proponebatur. ergo eſt dominus huius gregis: cum nullo modo eũ alienauerit: vt ĩ. de regu. iur. l. id quod noſtrum. Reſpõ. non eſt ita. nam amiſit dominiũ gregis morte ſingulorum capitũ: & ideo vindicare dominium hac actione non poteſt. Præterea licet eſſet idem, non tamẽ omnino: ſicut & qui dolo deſiit poſsidere, non eſt omnino idem ac ſi poſsideret. Item & ſi prorſus idẽ, tamen eſt alteratus. Alij dicunt vtrõbique competere directam: vt l. proponebatur. & hic. & facit ĩ. de exte. rei iudi. l. ſi cum teſtamento. §. j.

†*Coniũcta gloſ. ſuper verb. vindicare. vide Inno. in c. certificari. de ſepul. vbi dicit q̃ omnis vniuerſitas habet nomen à iure: & in hoc cognoſcitur vtrũ agatur vniuerſaliter, vel non.*

Qui gregem habebat capitũ trecentorũ: amiſsis centũ redemit totidem capita aliena ab eo qui dominium eorum habebat, vel aliena ab eo qui bona fide ea poſsidebat. & hæc vtique † gregis (inquit) vindicatione continebuntur[a]. Sed & ſi ea ſola ſuperſint capita quæ redempta ſunt: adhuc eum poſſe gregem vindicare[b].

Inſtrumentum non venit in vindicatione rei inſtructæ: ſed eſt ſpecialiter vindicandũ. Bartolus.

Armamenta nauis ſingula[c] erunt vindicanda. Scapha quoque ſeparatim[d] vindicabitur.

Continua. Supra in præcedenti titu. dixit de vniuerſitate, quæ conſiſtit in compoſitionibus ſeparatis: & ſic de commixtione corporum quæ ſeparata remanent. Hic incipit tractare de commixtione corporum quæ confunduntur: & hoc intendit: Si duorum res confunduntur, efficitur res cõmunis: & quilibet vindicabit pro rata: & qui dolo confundit, tenetur ac ſi dolo deſiiſſet poſsidere. h. d. cum l. ſeq. Bart.

Pomponius ſcribit: ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt, atque commixtum, vt deduci & ſeparari non poſsit, non totum, ſed pro parte[e] eſſe vindicandum: vt puta meum & tuum argẽtum in maſſam redactũ[f] eſt: erit nobis commune: & vnuſquiſque pro rata ponderis quod in maſſa habemus, vindicabimus, etſi ĩcertum ſit[h] quantum quiſque ponderis in maſſa habet.

IIII. PAVLVS libro vicenſimo primo ad Edictum.

QVo quidem caſu etiam communi diuidundo[i] agi poterit. Sed & furti[k] & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentum curauit, ita vt in ad exhibẽdum actione pretij ratio haberi[l] debeat, in vindicatione vel communi diuidundo actione hoc amplius ferat, cuius argẽtum pretioſius fuerat[m].

In rebus quæ commixtione non confunduntur, remanet dominium eorum quorum erat primo: niſi eorum voluntate ſit facta commixtio. Bartolus.

V. VLPIANVS libro ſexto decimo ad Edictum.

IDem Pomponius[n] ſcribit: Si frumentum duorũ non voluntate eorum confuſum ſit, competit[o] ſingulis in rem actio in id in quantum paret[p] in illo aceruo ſuum cuiuſque eſſe. Quòd ſi voluntate eorum commixta ſunt, tunc communicata videbuntur: & erit communi diuidundo actio.

Res quæ commixtione ſpeciem mutant, deſinunt eſſe domini priores: & res ſpecificantis efficiuntur. Bartolus.

Idem ſcribit ſi ex melle meo, vino tuo, factũ ſit mulſum[q]: quoſdam exiſtimaſſe id quoq; communicari. ſed puto verius (vt & ipſe ſignificat) eius potius eſſe qui fecit[r]: quoniam ſuam ſpeciem priſtinam non continet.

In rebus diuerſi generis, quæ commixtione non mutãt ſpeciem: ſi ſeparari poſſunt, quilibet vindicabit ſuum. alias communicabitur, & pro parte vindicabitur. Bart.

Sed ſi plumbum[s] cum argento mixtum ſit[t]: quia deduci poſsit, nec communicabitur, nec communi diuidundo[u] agetur, quia ſeparari poteſt. agetur autem in rem actio. Sed ſi deduci[x], inquit, non poſsit, vt puta ſi æs & aurum mixtum fuerit: † pro parte[y] eſſe vindicandum nequaquam erit dicendum, quod in mulſo dictum eſt[z]: verius tamen eſt vt ſpecificantis ſit. Sed quid ſi miſceat plumbum meum argento tuo: an maſſa ſit cõmunis? Et dicitur quo non: quia non ſeparari poſſunt hæ ſpecies. Sed quid ſi aurum meum cum ære tuo miſceres? maſſa cõmunicabitur: & quilibet poterit partem ſuam vindicare: nec fit ſpecificantis: vt ſit in mulſo. Viuianus.

a *Continebuntur.* ar. quòd qui proponit rei vin. etiã Publiciana videatur impoſuiſſe: vt infra de euic. l. minor. §. ſi ſeruus.

b *Vindicare.* per actionem in rem, primo caſu: vel Publiciana, in ſecundo: vt enim pro re ſingulari & vnica, ita & pro hac corporali vniuerſitate Publiciana competit & datur. Sed ſi publiciana datur: ergo vſucapitur grex. Sed contra. ĩ. de vſuca. l. rerum mixtura. in fin. vbi dicit vniuerſi gregis nullam eſſe vſucapionem. Sol. ſubaudi ibi tantum. q. d. non eſſe vſuca. tãtum vniuerſi gregis, ſed etiam partis: vt corporum ſingulorum: licet aliud ſit in domo: vt ĩ. de vſuca. l. eum qui ædes. Sed obiicitur, hic eſt idem grex, qui fuit ab initio: vt s. de iudi. l. proponebatur. ergo eſt dominus huius gregis: cum nullo modo eũ alienauerit: vt ĩ. de regu. iur. l. id quod noſtrum. Reſpõ. non eſt ita. nam amiſit dominiũ gregis morte ſingulorum capitũ: & ideo vindicare dominium hac actione non poteſt. Præterea licet eſſet idem, non tamẽ omnino: ſicut & qui dolo deſiit poſsidere, non eſt omnino idem ac ſi poſsideret. Item & ſi prorſus idẽ, tamen eſt alteratus. Alij dicunt vtrõbique competere directam: vt l. proponebatur. & hic. & facit ĩ. de exte. rei iudi. l. ſi cum teſtamento. §. j.

c *Singula.* quæ ſunt ſeparata. M. nam de coniunctis agitur ad exhi. vt ĩ. eod. in rem. §. item quæcunq;. Azo.

d *Separatim.* ſine naui: quia nõ eſt pars nauis, ſed per ſe nauicula quædã: vt ĩ. de euic. ſcaphã. & infra de fun. inſtru. l. ſi.

e *Pro parte.* ſcilicet quota. Accurſius.

f *Redactum eſt.* à te, vel ab alio.

g *Etſi.* id eſt quãuis.

h *Incertum ſit.* ſcilicet dũ proponitur actio: certificandum eſt tamen poſtea. ſic & ĩ. depoſi. l. j. §. ſi quis argentum, vel aurum. Alioquin contra: quia nulla fieret condemnatio: vt infra eo. idem Pompo. ſi frumentum. §. fin. Azo. & facit ad hoc reſpon. s. ſi pars here. pe. l j. in fi. & ĩ. e. quæ de tota. §. incertæ. Accurſius.

i QVo quidem. *Etiam communi diuidundo.* ſi ſine dolo commixtum fuit.

k *Sed & furti.* vbi mala fide.

l *Haberi.* vt quia dolo deſiit poſſe exhibere, iuretur contra eũ in litẽ: ſicque arbitrio iurantis ſit rei æſtimatio: & habetur ratio pretij rei: vt ĩ. ad exhi. lul. ſcribit. & infra de in li. iur. l. in actionibus. Azo. & ita in hoc caſu non eſt præparatoria alterius actionis: quòd eſt aliàs: vt infra ad exhib. l j.

m *Fuerat.* ex maſſa facta ex vtriuſq; materia: non autem præſtabitur pretium, ſicut in actione ad exhibendum. Accurſius.

n *Idem Pomponius.* alias lex, idem Pomponius, & aliàs ſi frumentum.

o *Competit.* cõtra aliũ inſolidũ poſsidẽtem.

p *Paret.* id eſt, quilibet aget pro ſuis granis, cũ omnia ſeruauerint ſuã ſubſtantiã: ſicut ſi pecora Titij mixta eſſent, vt inſtit. de re. di. §. q̃ ſi frumentum. Sed quid ſi non apparet quod fuerit cuiuſq;: & ſic ſeparatio eſt difficilis, vel impoſsibilis? Reſpon. vtrũq; pro ea parte quam habuit in frumento, vtilis communi di. cõperit propter difficilem diſcretionem: vt arg. ĩ. de vſufru. l. vſufructuario. §. ſi in viuariis. Et ſic forte intelligitur q̃d eſt inſtit. de re. diui. §. quòd ſi frumentum. verſic. ſed nec. vt æſtimet iudex quale cuiuſque &c. vt ſic plus de hoc attribuat. ſee in pecunia: vt infra de ſol. ſi alieni. ADDITIO. Dic quòd ſpeciale eſt in pecunia, vt ſola commixtione cõmunicetur indiſtincte: vt l. ſingularia. §. ſi cert. pet. ſecundũ Bar.

q *Mulſum.* ab aliquo bona fide, & ſuo nomine. multo magis ſi vnus eorum fecit: vt inſti. de re. diu. §. quòd ſi partim.

r *Qui fecit.* iure ſpecificationis: vt inſtitu. de re. diu. §. cũ quis ex aliena.

s *Sed ſi plumbum.* Primo dicit quando eiuſdem materiæ, ſed ſeparari non poteſt: vt s. e. Marcellus. §. Pomponius. & l. quo quidem. Secundo quando ſimiliter eiuſdem materiæ, ſed ſeparari poteſt: vt in prin. huius. l. Nunc autem aduerſatur: ſed ſi &c. ſcilicet quando diuerſæ ſunt materiæ. Et primo quando ſeparari poteſt, ſecundo quando non poteſt. & hæc omnia quando non tranſeunt in ſpeciem. aliàs eſt ſpecificantis: vt in mulſo. §. ſupra proxim.

t *Mixtum ſit.* ſine voluntate dominorum.

u *Nec communi diuidundo.* per conſequentiam.

x *Sed ſi deduci.* pone caſum duobus modis. Primo, ſi nullo modo poteſt ſeparari æs ab auro, communi di. agitur, & pro parte vindicatur: & tunc non eſt idem quod in mulſo, quod ſpecificanti cedit. Sed hoc non valet: quia ſeparari ab artificibus poteſt: vt infra de acquir. re. do. l. lacus. §. ſi ex ære. Secundo ſi non poteſt ſeparari facile, tunc pro parte vindicatur: ſed nec communicatur: nec communi di. agitur: nec erit dicendum quod à quibuſdam de mulſo dictum eſt: licet male, ſcilicet vt communicetur.

y *Pro parte.* ſ. incerta: ſed poſtea certa fit. ſicut & quando eſt ſimilis materia: vt s. e. l. Marcellus. §. fi. ſecundum R. & Io.

z *Dictum eſt.* vt ſpecificanti cedat, ſecũdum primum caſum: vel

825

vel secundum alium, vt communicetur: sed male in hoc dicebant, nam cedit specificanti: vt §. §. idem scribit.

a *Vtraque.* Ratio quare non cedat specificanti: quia vtrunq; remanet in rudi materia. & hoc secundum primū casum. Vel ratio quare pro parte videatur vindicandum, secundum alium casum. Tertio etiam posset dici, vt esset remotiua ratio quare idem hic videbatur quod in mulso: quia vtrobique remanet eadem materia sed hoc falsum in mulso: quia transit in speciem: & ideo specificanti cedit, si bona fide fecit. secus si mala fide: vt j. ad exhi. l. de eo. §. si quis. & si fecit nomine suo: vt j. de acquir. rer. do. l. quicquid. §. vbi. Et si species non potest reduci ad priman materiam, sicut est in mulso, quod ad mel & ad vinum resolui nō potest: vt inst. de re. di. §. cum ex aliena. Item no. ex prædictis, quòd in tribus differt confusio à mixtione. species enim dicuntur misceri: materiæ confundi: licet Pe. dixerit e contrario. Item species mixtæ remanent in eadem substātia & specie: confusæ autem transferuntur in aliam materiam. Itē confusa sunt communia, licet sine voluntate dominorum: sed mixta demum cum voluntate. Item not. quòd confundere dicitur quis (licet absque) qui frumenta miscet: vt j. loca. l. in naue Sauphelii. Item in pecunia est speciale, vt sola mixtione suos faciat: vt j. de solu. §. si alieni. Et est forte propter prærogatiuam solutionis, siue pecuniæ: vt j. si cer. peta. l. singularia. Vel quia impossibilis est separatio: vt arg. j. de vsufruct l. vsufructuarium. §. si in viuariis.

Confusio & mixtio in tribus differunt.

quia vtraque [a] materia, & si confusa, manet tamen.

Fœtus cedit ei cuius est mater, non cuius est pater. Bartolus.

Idem scribit, si equā meam equus tuus prægnantem fecerit, nō esse tuum, sed meum [b] quod natum est.

Arbor quæ radices egit, cedit solo: aliàs secus. Bartolus.

De arbore quæ in alienum agrum trāslata [c] coaluit, & radices immisit: Varus & Nerua vtilem in rem actionem dabant [d]. nam si nōdum coaluit, mea esse non desinet [e].

Falsa demonstratio circa rem petitam, nō vitiat iudicium, idem si erretur in nomine iudicis. Bartolus.

Cum in rem agatur, si de corpore conueniat, error autem sit in vocabulo: rectè [f] actum esse videtur.

Incertitudo rei impedit condemnationem fieri. Bartolus.

Si plures sint eiusdem nominis serui, puta plures Erotes, nec appareat [g] de quo actum sit: Pomponius dicit nullam [h] fieri condemnationem.

Ista lex cum gloss. præcedentis. §. h. d. Qui petit rem, debet eam declarare in libello secundum ipsius naturam & qualitatem. Bartolus.

b *Sed meum.* vt enim in rationali animali partus sequitur ventrem: vt C. de rei vindi. partum. sic & in irrationali: vt hic. Ex consuetudine tamen in aliquibus partibus habet dominus equi pedem vnum.

c *Translata.* facto alicuius. ceterum si aquæ impetu coaluit: nulla datur actio secundum quosdā. Sed secundū Azo. idē in vtroq; maxime quia leges de hoc tractantes, plerunque quando fit facto hominis transeunt loquuntur: vt instit. de re. dii. §. præterea quod per alluuionem. Accursius.

d *Dabant.* & nos damus secundum M. Et idem dicebant vbi quis amittebat dominium plantatione, vel satione, vel specificatione, vel pictura: ar. eius quod dicitur in tabula: vt instit. de re. di. §. si quis in aliena. Sed certe est illud speciale, vt quondam domino detur vtilis in rem. nam etiam directa videtur dari, nisi esset propter pretiositatem picturæ. Item est pro M. de do. inter virum & vxorem. l. vtilem. Sed ibi appellat vtilem s. in factum, non in rem. dic ergo secundum B. & Ioā. hic. Sed nos non damus: quia alterius est facta arbor alterius terræ alimento: vt infra de dam. infect. hoc amplius. §. de his. versic. Alphenus & j. de adquiren. re. do. adeo. §. fi. & l. sed si ex meis. § arbor. Damus autem actionem in factum pro æstimatione ad instar ferruminatorum: vt infra eod. l. in rem. §. item quæcunque. Accursius.

e *Non desinet.* ideoque directa, non vtilis daretur.

f *Recte.* No. vt hic, & §. de iud. §. in iudiciis. & j. de leg. j. l. iiij. & j. de acqui. poss. §. me in vacuam. & C. de test. §. in nomine.

g *Appareat.* iudici, vel reo. Sed quomodo potest non apparere, cū semper stemus dicto actoris: vt infra de verb. obli. inter stipulantem. §. si Stichum, quæ est contra? Sol. dic actorem hic ex gl. decessisse, vel eum nolle eligere.

h *Nullam.* No, quòd ratione incertitudinis condemnatio eius quod declaratur: vt & infra de re. du. §. si quis de pluribus. & j. de test. tu. l.

A duo. & de re. iu. l. vbi repugnantia. Sed contra j. de contrahenda emptione. l. si in emptione. in prin. Sol. ibi in odiū obscure loquentis: argu. §. de pac. l. veteribus. Item contra. j. de iis qui dele. vel ef. l. j. in fi. Sed ibi non est aliquis de incertis: sed dominus quem constat culpam commisisse, saltem in mala familia, condēnatur: vt instit. de ob. ex quasi delic. §. fi. Item contra j. ad l. Aquil. ita vulneratus. §. rursus. ver. idque est consequens. & l. item Mela. §. si plures. Sol. ibi ne delicta maneant impunita: vt in prædicta l. ita vulneratus. Item contra §. eo. l. Marcellus. in fi. Sol. licet ibi in principio fuerit incertum, efficitur tamen postea certum: vt ibi diximus.

interpretatio obscuri.
obscuri non trāsit ad heredes. quod est nota. dignū secundum Bal. hic concor. Inno. in c. cū dilectus. extra de succes. ab intest.

B

C

D

i *Si in rem.* id est rei vind. Sed certe & si agatur in personam, habent locū quæ hac l. dicuntur, vt patet in actione de dolo, vt §. de dolo. sed si ex dolo. §. fin. & in actione iniuriarum: vt j. de iniu. l. prætor. & in qualibet quantitate petita, vt in authent. de litig. §. ad excludendas. col. viij. ibi, quantitas: &c. Item patet. j. in ea. l. §. & si vestimenta &c. Ad quid ergo tantum de reali hic dixit? Respon. quia in hoc tractatu erat. quandoque tamen huius l. dictum fallit tam in personalibus, quàm in realibus. In personalibus, vt in homine in genere debito, vel alternatiue, vel qualibet alia re simili modo debita: in realibus ex causa iusta similiter: vt j. eō. quæ de tota. §. fi. & supra eo. l. qui gregem *. §. fina. & supra si pars here. peta. l. j. in fin. Sed pone secūdum H. quòd vasallus meus vendidit suum proprium fundum: & illum quem habebat in feudum à me, suo prædio cōiunctum. ego ignoro vter fundorum pertineat ad me: nunquid potero vindicare hunc vel illum alternatiue? Videtur quod possum. Nam si quis legat mihi fundum illum, vel illum: videtur quòd ab adita hereditate dominiū transeat ad me: & sic alternatiue hunc vel illum petere possum. Vel potest responderi hic non transire dominium ad legatarium: sicut & cum testator reliquit in genere vnum suorum seruorum: arg. j. de lega. j. cum incertus.

Marcellus li. 4. Digestorum scribit, qui gregem.

k *Totam.* etiam saluo eo: vt, si simpliciter dicat, rem peto: totam petiisse videatur. Item si dicat, partem peto: dimidiam petiisse videatur: vt j. de interrog. act. si defensor. §. qui interrogatus. & j. de verb. sign. nomen filiarum. §. portionis.

l *Partem.* pro diuiso.

m *Quotam.* pro indiuiso.

n *Significat.* s. cum dixit debere designare rem. & sic non est contra. j. de rebus cre. l. j. in fi. quia ibi quo ad illum tractatū.

o *Pondus.* id est cum res pondere continetur.

p *Signatæ.* vt pecuniæ. Accursius.

q *Speciem dici.* vt scyphum. & facit infra depositi. l. j. §. si quis argentum. & §. sic ista & infra de furt. l. in actione. §. j. & l. si quis vxori. §. si linea.

r *Sed & mensura.* vt panis, vel vinum, vel similia: vt prædicta l. si quis vxori. §. si linea.

s *Nostra esse.* quod est vbi agitur in rem.

t *Dari.* quod est vbi agitur in personam: vt instit. de act. §. sic itaque.

u *Vtrunque.* i. illa duo, & tantum. nam &c. Si tamen iurauerit pro certo se colorem non posse dicere, huius rei necessitas remittitur. vt infra de furtis. l. in actione. & j. depos. l. j. §. si quis argentum.

x *Oporteat.* nos dicere rotunditatem, vel cælaturam.

y *Si plures sint.* s. apud illum qui conuenitur: nec scire potest reus

reus cuius nomine conueniatur. secus si vnus tantum: vt infra de lib. & postu. l. ij.

a *Demonstratione.* quæ nominis vice fungitur: vt hic subiicit, & ĵ. de condi. & demon. si nominatim. de lega. iij. nominatim. de lib. & postu. nominatim. & infra si cert. pet. l. certum est.

b *Debebit.* prædicta autē omnia in libello conuentionali actor diligenter ipsi reo debet notificare: vt per hoc reus possit deliberare, cedat, vel contēdat: vt s̄. de eden. l. j. Alij dicunt hæc omnia in causæ ventilatione postea notificāda: quibus non assentio: ideo quia non haberet ius deliberationis saluum ipse reus: vt dixi. Item no quòd res quandoque specialiter, vt hac l. quandoque generaliter, quandoq; vniuersaliter est petenda: & alia etiam sunt in libello necessaria: quæ dic vt diximus s̄. de eden. l. j.

demonstratione[a] eius vtendum erit: veluti *qui ex illa hereditate est: qui ex illa natus est.* Item fundum petiturus, nomen eius, & quò loci sit, dicere debebit[b].

Solutio æstimationis facta à non possessore, non liberat possessorem. Bart.

VII. IDEM libro vndecimo ad Edictum.

SI is qui obtulit se fundi vindicationi, damnatus est[c]: nihilominus à possessore rectè petitur, sicut Pedi[d] ait.

Si res pro indiuiso possideatur à socio meo, vel ab alio, alium tantum conueniam: si pro diuiso, vtrumque pro rata conueniam. Bartolus.

VIII. IDEM libro duodecimo ad Edictum.

POmponius libro trigensimo sexto * probat, si ex æquis partibus fundum mihi tecum communem tu & Lucius Titius possideatis[d]: non ab vtrisque quadrantes[e] petere me debere, sed à Titio, qui non sit dominus, totum semissem: aliter atque si certis regionibus[f] possideatis eum fundum. nam tunc sine dubio & à te & à Titio partes fundi petere me debere. Quotiens enim certa loca possidebuntur, necessariò in his aliquam partē meam esse, g & ideo te quoque à Titio quadrantem petere debere. Quæ distinctio neque in re mobili, neque in hereditatis petitione locum habet. nunquam enim pro diuiso possideri potest[h].

Hæc actio datur contra eum qui possidet, vel est in possessione causa custodiæ: vel aliter detinet. Bartolus.

IX. VLPIANVS libro sexto-decimo ad Edictum.

OFficium autem iudicis in hac actione in hoc erit[i], vt iudex inspiciat[k] an reus possideat. nec ad rē pertinebit, ex qua causa[l] † possideat. Vbi enim probaui rem meam esse, necesse habebit possessor restituere,[m] qui nō obiecit aliquam exceptionem.[n] Quidam tamen (vt Pegasus) eam solam possessionem putauerunt[o] hanc actionem complecti, quæ locum habet in interdicto vti possidetis, vel vtrubi. Denique ait,[p] ab eo apud quem deposita est, vel commodata, vel qui conduxerit, aut qui legatorum seruandorum causa, vel dotis ventrisve nomine in possessione esset, vel cui damni infecti nomine non cauebatur, quia hi omnem hereditatis tantum tenet: vt s̄. de peti. hered. l. licet minimam. Sed hoc non intendit hic dicere. vnde primam & secundam approbo.

Res diuersæ peti possunt.

* 37.

OFficium.} CASVS. Contra possidentem datur hæc actio, vnde iudex inquirere debet, an is qui conuenitur possideat: & si inuenerit eum possidentem, cōpelletur eā restituere, si actor intentionem suam probauerit: nisi reus obiiciat sibi exceptionem aliquam. Quidam dicunt quòd hæc actio datur contra eū qui vere possidet: & ita contra eum qui tenebatur interdicto vtrubi, vel vti pos. Verius tamen est quòd quilibet detentor teneatur actione hac. Viuia.

i *Erit.* ante lit. contestata.

k *Inspiciat.* interrogando eum: vt ĵ. de interrogat. actio. qui seruum. §. in iure. Et si mentiatur dicendo se non posse possidere, aufertur ei possessio: vt infra eo. l. pe.

l *Ex qua causa.* vt ĵ. eadem lege, in fine. sed secus in petitione hereditatis: vbi si non possideat pro herede, vel pro possessore, non potest ea conueniri: vt s̄. de petitione hereditatis. l. etiam. §. si quis absentis. quæ est contra.

m *Restituere.* scilicet possessionem vacuam: vt supra de arbi. non distinguemus. §. arbiter.

n *Exceptionem.* Videtur ergo ex hac litera quòd primo actor suam fundet intentionem: post reus exceptionem suam opponat, & probet, & sic postquam didicit testificata. est ergo contra in authen. de testi. §. quia verò. col. vij. So. quatuor modis potest intelligi hæc litera. Primo quando probaui per testes rem meam esse: & ipse similiter per testes vult probare exceptionem postquam didici testificata. & secundum hoc corrigitur hæc per illam. Secundo quando probaui per instrumentum: & ipse similiter vult probare per instrumentum, & hoc potest. Tertio si ego probaui per testes: & tu vis probare per instrumentum. Quarto econtra. & his tribus modis non corrigitur. Accursius.

o *Putauerunt.* & male.

p *Denique ait.* scilicet Pegasus. Accursius.

Non possident.

A l. arbor. Sed & his legibus potest dici quòd immobilis res dicitur arbor: quia postquam à solo auellitur, vocatur lignum: vt ĵ. de leg. iij. ligni. Item prout refertur ad hereditatem, est contra s̄. si pars here. peta. l. j. §. si ego. & §. quinimmo. & §. proinde. vbi fit similis distinctio quæ hic. Solu. ratione rei dicitur possideri hereditas pro diuiso: & indiuiso: non ratione actionis. Ipsa enim actio. i. hereditatis petitio, cum sit incorporalis, nō potest possideri pro diuiso, vel pro indiuiso: vt ĵ. de acquiren. poss. possideri. in prin. & ad hanc actionem hic habuit respectum. Vel aliter in rei vind. hoc nomen pro diuiso, large acceptum est: quia siue possideat pro diuiso, quia diuisit cum illo: siue non diuisit, sed sic certam partem pro se possidet. sed in peti. here. non sic largè accipitur: quia pro diuiso, puta quia diuisit cum illo, non tenetur peti. hered. vt potest cum habeat titu. diuisionis: vt C. cōmunia vtri. iud. l. diuisionem. Item post diuisionem fundi, duo fundi dicūtur: non autem diuisa hereditate, duas hereditates vel etiam hereditatem dicimus. Cum enim sit incorporale, non potest recipere diuisionem, vt postea dicatur hereditas: vt ĵ. communi di. l. per hoc iudicium. Alij dicunt quòd aliud in peti. her. quàm in rei vin. quia ex asse heres totam hereditatem vindicat, etiam ab eo qui partem, vel

B

C

D

a *Non possident.* sed sunt in possessione: vt infra de acquiren. possi.ij.in fine.

b *Puto.* corrigitur dictum istorum.

c *Petipossi.* sic ergo contra cõmodatarium & similes agitur in rem: sed qui rem immobilẽ alieno nomine tenet, debet dominum nominare in iudicio: vt C.vbi in rẽ actio.l.ij. Azo. Idem videtur hodie in mobilibus: vt in authen. vt omnes obe. iudi. §. hæc considerãtes.col. v. Item not. agi in rem contra depositarium: vt hic. Sed contra in auth. de depos. & denun.§.j.col.vj. vbi dicit quòd nemo extrinsecus impediat depositi restitutionem, quominus reddatur deponenti. Solu. secundum quosdam hæc corrigitur in hoc articulo. alij dicunt extrinsecus præter dominum. dominus enim non videtur extrinsecus venire. Tu dic quòd si velit agendo in rem, potest quilibet qui se dominũ dicat: vt hic, & j. depositi. bona fides. aut interdicat tantum: vel contradicat: quod non potest, vt ibi.

nes non possident[a], vindicari non posse. Puto[b] autem ab omnibus qui tenent, & habent, restituendi facultatem, peti posse[c].

Bonæ fidei possessor debet restituere rem vbi est, vel vbi petitur, sumptibus petitoris: malæ fidei possessor solum vbi inuentur, vel vbi petitur, sumptibus suis. hoc dicit cum. ll. sequen. Bartolus.

X. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum.

SI res mobilis[d] petita[e] sit, vbi restitui debeat, scilicet si præsens non sit? Et nõ malum est, si bonæ fidei possessor sit is cum quo agitur: aut ibi restitui vbi res sit, aut vbi agitur: sed sumptibus petitoris, qui extra cibaria[f] iter vel nauigationem faciendi sunt. B

XI. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

NIsi[g] si malit petitor suis impensis & periculo ibi vbi iudicaretur*, rem restitui. tunc enim de restitutione cum satisdatione cauebitur.

XII. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum. C

SI verò malæ fidei sit possessor qui in alio loco[h] eã rem nanctus sit, idem statui debet[i]. Si verò ab eo loco vbi lis contestata est, eam subtractam aliò transtulerit: illic restituere debet, vnde subtraxit[k], sumptibus suis[l].

Malæ fidei possessor tenetur ad rẽ & ad interesse deteriorationis hac actione, & actione.l. Aquil. sed vna per aliam tollitur, prout actor elegerit. Bartolus.

XIII. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

NOn solum autem rem restitui, verùm & si deterior res sit facta, rationem iudex habere debebit[m]. Finge enim debilitatum hominem, vel verberatum[n], vel vulneratum restitui. vtiq; ratio per iudicem habebitur[o] quanto deterior sit factus: quanquã & legis Aquiliæ actione conueniri possessor possit. Vnde quæritur an nõ aliàs iudex æstimare damnũ debeat, quàm si remittatur[p] actio legis Aquiliæ. Et Labeo putat cauere petitorem oportere,[q] lege Aquilia non acturum. quæ sententia vera est.

XIIII. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum.

QVòd si malit actor potius legis Aquiliæ actione vti: absoluendus est possessor.[r] Itaq; electio actori danda est, non vt triplum, sed duplum consequatur.[s]

a *Non possident.* sed sunt in possessione: vt infra de acquiren. possi.ij.in fine.

b *Puto.* corrigitur dictum istorum.

c *Petipossi.* sic ergo contra cõmodatarium & similes agitur in rem: sed qui rem immobilẽ alieno nomine tenet, debet dominum nominare in iudicio: vt C.vbi in rẽ actio.l.ij. Azo. Idem videtur hodie in mobilibus: vt in authen. vt omnes obe. iudi. §. hæc considerãtes.col. v. Item not. agi in rem contra depositarium: vt hic. Sed contra in auth. de depos. & denun.§.j.col.vj. vbi dicit quòd nemo extrinsecus impediat depositi restitutionem, quominus reddatur deponenti. Solu. secundum quosdam hæc corrigitur in hoc articulo. alij dicunt extrinsecus præter dominum. dominus enim non videtur extrinsecus venire. Tu dic quòd si velit agendo in rem, potest quilibet qui se dominũ dicat: vt hic, & j. depositi. bona fides. aut interdicat tantum: vel contradicat: quod non potest, vt ibi.

SI res.} CASVS. Petebam à te rẽ meã. quæro vbi res sit restituenda: an vbi petitur: an vbi res est? Distinguitur. fuit bonæ fid. possessor, an malæ? Primo habet electionem conuentus vbi velint restituere: an vbi res est: an vbi res petitur: debet tamen præstare petitor omnes sumptus, præterquam cibaria: & cauebit reus quòd restituet. Si fuerit malę fid. possidem erit dicendum, quod in bonæ fidei poss. si alibi possessi rei petitæ nactus fuerit. Quòd si malæ fidei poss. rem alibi transtulit: suis sumptibus eam reducere debet.

d *Mobilis.* de re immobili ideo non loquitur. quia illa non potest restitui nisi vbi est: argu. C. quando & qui. quar. pars. §. ij. lib. x.

e *Petita sit.* subaudi, & obtineatur.

f *Cibaria.* aliter si operis suis solebat se pascere seruus, quibus modo vacare oportet. tunc enim cibariorũ expensas præstabit actor: vt j. ad exhi. sed & si §. quo autem loco. Sed cui dabitur hæc electio? Respon. petitori. secundum H. sed Azo. ipsi reo. Et sic bene excipit. j. l. proxi. nisi &c. & pro hoc. j. depo. si in Asia. §. j. aliàs nihil exciperet, quod Ir. concedebat, & facit ſ. de eden. l. prætor. §. fi. & l. seq.

g NIsi. Hic repetit quod dixerat, sed plenius, secundum Ir. Sed tu dic quòd electio est possessoris. nisi &c. cũ possessor prius non elegerat. Vel dic tertio quòd sumptibus petitoris extra cibaria faciẽda est restitutio: sed non satisdatio, nisi malit &c. nam tunc dabit cibaria, & satisdabitur: vt hic, & insti. de offi. iudi. §. j.

h SI verò malæ fidei. *Alio loco.* quàm vbi agitur. idem si ab alio loco quàm in quo lis est contestata, ad alium transtulit.

i *Debet.* quòd in bonæ fi. diximus duabus superioribus legibus, cum ab eo absit præter omne vitium remotionis.

k *Subtraxit.* dolo, vel sine dolo.

l *Sumptibus suis.* scilicet possessoris.

NOn solum.} CASVS cum tribus ll. seq. est: Si seruus meus ad te venit, & tu eũ pendente iudicio deterioraſti: iudex etiã condẽnationis debet habere deteriorationis rationẽ: & si iudex omisit, potero agere. l. Aquil. act. & iudex habebit rationem damni cõtra te in cõdemnatione. Et si tu ad ignominiam mei seruum verberaſti: agam contra te act. iniuriarum.

{SI QVIS.} Equũ meũ possediſti. vendidiſti modico pretio ex necessitate. ad id tantũ pretium quòd accepiſti, & non amplus teneris & hoc probat à simili: quia si possessor vẽdat fructus qui cõseruando seruari nõ possunt: nõ tenetur vltra quã vt pretiũ præstet. {SI SERVVS.} Si equus sine dolo possessoris interiit: an liberetur interitu eius? Dicunt quidam quòd sic, & male. vnde distinguendum est, an fuerit eũ distracturus, & tenetur: quia nõ eo modo periisset. an nõ erat eum distracturus, & tunc non tenetur. ex hoc apparet quòd non indistincte liberatur possessor interitu speciei, sed post interitum necessaria est sententia: vt appareat eius fructus & partus. Item & alia ratione est necessaria sententia, propter stip. de euict. eo quòd habebit tunc regressum emptor cõtra venditorem de euictione. {CVLPA.} Dicit de naui quam possedit quis, & lite pendente. iuit nauigatum, & periit, quòd videtur culpa fore: nisi minus idoneis eam commiserit.

m *Debebit.* vt & j. eo. qui petitorio. §. j. & C. eo. domũ. & j. ad l. Aquil. l. liber homo. & l. si seruus. & C. de seruũ. & aqua. l. si quid.

n *Verberatum.* vt si deterior, & sic differat ab inferiori. l. proxi. item si verberatũ. j. respon.

o *Habebitur.* hoc quãdo semper fuit nialè fidei possess. sed ad uersus bonæ fidei, si dolo hoc fecit. Item si culpa. ſ. post lit. contest. vt j. eo. l. si homo. Sed de quo ergo possessore hæc lex dicit? non videtur loqui in bonę fidei possess. quia ille tanquam dominus potest vti, & non tenetur: vt ſ. de peti. here. si quid possessor. §. sicut. Item nec in malæ fid. quia huic cauetur, vt hic subiicit. quod non fieret si esset ma. fi. vt j. eo. is qui dolo. Sed respondent in bo. fi. pos. & dicunt aliud esse in peti. here. quàm in hac actione: vt ibi possetabuti: hic non. sed hoc nõ placet. Dic ergo quòd loquitur in malæ fidei possessore. Nec obstat. j. eod. is qui. quia hic nõ cauetur ei de act. cedendis contra aliquem: sed se non acturum leg. Aquil. Præterea inuenio caueri etiam furi: vt j. de fur. ei qui. §. j. & etiam prædoni: vt ſ. de peti. here. si à domino vel à patre. §. si possessor.

p *Remittatur.* ab actore.

q *Oportere.* Ad quid fit hæc cautio, cum & sine ea agere quis non possit? Respõ. propter sumptus & alia, si de facto agatur, poterit committi. Sed nonne per officium iudicis in talibus consuleretur, ex quo actor non vinceret? Respon. plenius per actionem quàm per officium iudicis consulitur: cum actio etiam post sententiam, sed officium non duret: vt C. depo. l. iij. & facit j. de noua. si pupillus.

r QVòd si malit. *Possessor.* scilicet vt non habeatur ratio damni dati in rei vin. sed tantum in re condemnetur: quæ damni absolutio non præstabit exceptionem rei iudi. contra agentem postea. l. Aquil. quia non ideo ab æstimatione damni est absolutus in iudicio rei vin. quòd de damno non teneretur: sed quia eo iudicio actor damnum consequi noluit: ar. ſ. de neg. gest. l. sin autem. §. fin. & j. de institu. sed & si pupillus. §. item si plures. versic. si institoria. Ceterum si ideo esset absolutus quòd in actione illa damni æstimatio esset reprobata, obstaret rei iudi. exceptio: vt d. l. sin autẽ. & j. de except. rei iudi. l. Iulianus. & l. de eadem.

s *Duplum consequatur.* per actionẽ legis Aquiliæ, si inficiatus fuerit. Azo. Sed videtur vtrumq; consequi: cũ vna ad rem, altera ad pœnã sit: vt j. de fur. l. si pignore. §. cum furti. quæ est contra. Solu. ibi nil de pœna venit in cõditione: hic autem in actione in rem venit damni ratio: vt ſ. l. proxi. Accursius.

Concor. glo. 1. in ca. 2. in versic. item habet locũ iudicis officium. extra de of. iudi.

Item

XV. VLPIANVS libro sexto-decimo ad Edictum.

ITem si verberatum[a] tradidit[b], Labeo ait etiam iniuriarum competere actionem petitori.

Possessor qui de necessitate distraxerit: tenetur solum ad pretiū quod recepit. Bart.

Si quis[c] rem ex necessitate[d] distraxit, fortasis huic officio iudicis succurretur, vt pretium duntaxat[e] debeat restituere[f]. Nam & si fructus perceptos distraxit, ne corrumpantur[g]: æquè non amplius quàm pretium[h] præstabit. Item si fortè ager fuit qui petitus est, & militibus adsignatus[i] est, modico honoris[k] † gratia possessori dato: an hoc restituere debeat[l]? Et puto præstaturum.

Hic est singularis. §. & hoc intendit: Possessor qui non est totaliter malæ fidei: non tenetur de interitu, si res erat eodem modo peritura penes petitorem. Item re perempta est necessaria sententia, propter accessiones & postulationes de euictione. l. d. cum principio legis sequen. Bartolus.

† *Arg. huius literæ no. secundū B. vl. quod illud modicum quod præstat emplyenta & cē sarij: intelligitur in signū honoris, & dignitatis, & recognitionis.*

a *Tem si verberatum.* scilicet in contumeliā petitoris: sed hoc in rei vin. non venit, cum non sit damnum.

b *Tradidit.* scilicet possessor.

c *Si quis.* scilicet bonæ fide possessor, & sine mora.

d *Rem ex necessitate.* propter imminentem sortis dolorem: vt quia erant boues qui moriebantur. Accursius.

e *Duntaxat.* scilicet acceptum. & intellige in bonæ fidei pos. qui non erat in vera mora. Si enim prædo esset, vel in mora, teneretur ad verum pretium rei: quia etsi nihil habuisset, ad id teneretur: multo magis ergo tenetur si aliquid inde habuit. Azo. Alij dicunt quòd eligit hic actor, an velit verum, an acceptum pretium. Nec obst. supra de pet. her. l. si possessor. §. j.

f *Restituere.* per actionem negotiorum gestorum in subsidium: vt supra de nego. gest. l. fina.

g *Ne corrumpantur.* & sic ex quadam necessitate: vt supra de peti. hered. l. diuus.

h *Pretium.* inde acceptum. Accursius.

i *Assignatus.* quod fit quandoque: vt j. de euic. l. Lucius.

k *Honoris.* quasi esset de decus si ita gratis offeratur.

l *Debeat.* scilicet tantum: quia fecit coactus. Accursius.

m *Demortuum.* scilicet post lite contest. Et dic quòd loquitur de eo qui primò bo. fi. possedit: sed postea cœpit esse ma. fid. nec habuit iustam causam litigandi: in quo distinguitur propter bonam fidem quam habebat: vt hic dicitur. & j. l. proxi. vsq; illuc, non enim &c. ibi incipit dicere in eodem possessore: sed tamen habebat iustam causam litigandi: vt quia sciebat alienam: sed non credebat esse actoris. Potes & aliis modis intelligere: vt dixi.

n *Plerique aiunt.* & malè: vt subiicit.

o *Moram.* id est dilationem. sic accipitur. C. de temp. app. l. ij. auth. sed & lis. Si autem esset vera mora, quia semper malæ fi. fuisset, indistincte teneretur de casu: vt statim dices. Dic ergo, cum post lit. contesta. periit res de qua erat controuersia: aut hic possessor ab initio fuit, & durauit bon. fid. pos. & tunc nullo modo tenetur de casu: vt in pet. here. vt §. de pet. here. illud. Aut fuit ab initio: sed non durauit post lit. contesta. Et tunc si iustam causam habuit litigandi, idem est quod in primo casu: vt j. l. prox. ibi, non enim &c. Si vero non habuit iustam causam litigandi, propter bonam fidem quam ab initio habuit, mitius agitur cum eo: vt ita demum teneatur si res nō erat eodem modo peritura penes actorem: quod accidisset vel quia à tali casu custodisset: vel quia distraxisset. & in hoc casu hic loquitur. Et ad hoc facit supra quod metus causa. l. si cum exceptione. §. quatenus. versi. quòd si homo. in fin. §. & j, deposi. l. si plures. §. siue autem. Sed nonne semper habet causam litigandi propter euictionem? Respon. non semper debetur euictio. Si vero ab initio fuit malæ fide. omnino tenetur de casu, etiam si eodem modo periisset penes actorem. sufficit enim quòd actor potuit distrahere: vt j. de leg. j. l. cum res. in fi. & l. si seruus legatus. §. si seruus legatus. & j. de verb. oblig. l. nemo. j. §. j. & j. deposi. l. si in Asia. §. quemadmodum. Idē est secundum omnes in prædone, fure, & meticuloso: vt C. quod metus causa. l. j. & infra de vi & vi armata. l. pen. in fine. Item est hic notandum quòd licet quantum ad fructuum restitutionem quemlibet possidentem dicamus fieri malæ fid. post lit. contest. tamen quantum ad interitum non est verum, nisi se debere sciat, & non habuit iustam causam litigandi: vt j. si cert. pet. l. quod te mihi. Alij dicunt, vt Guil. hunc §. loqui in malæ fi. pos. & qui ab initio malam fidem habuit, nec habebat iustam causam litigandi: quem dicunt ita demum teneri si res non periisset penes actorem: quod duobus modis accidit: vt dictum est, contra eos est §. de pet. here. illud. Item no. prædicta vbi realiter agitur. secus si personaliter: quia tunc A indistincte casus pertinet ad debitorem, secundum quod not. j. si cer pet. l. quod te. Accursius.

d *Præstari.* pretium eius.

q VTique. pro certe. & autem, pro sed. q. d. dixi in duobus casibus propter interitum teneri possessorem prædictum: scilicet quando distraxit, & quando à tali casu præcauisset, & propter eos esse sententiam necessariam: sed certe & propter alia est necessaria: vt subiicit. & sic loquitur eodem casu. Quid tamen si de interitu non tenetur, quia nullus illorū casuum erat. nunquid erit sententia necessaria? & dicas de eodem possessore. Item quid etiam de eo qui habuit iustam causam litigādi: an sit sem per sententia necessaria propter hæc quæ hic dicuntur? Respon. forte sic: vt & ita in tribus casibus posui hic loqui: vt hic, & infra de re iudi. si homo. & j. iudi. sol. si seruus. licet quo ad interitum sit secus: vt dictum est. Sed cui est hæc sententia necessaria? Respon. tam actori quàm reo. actori, propter fructus & partus. reo, propter stipulationem de euictione committendam contra suum venditorē: quæ non committeretur nisi per sententiam euinceretur: vt hic, & §. de neg. gest. l. at qui. §. cū meabsente. Sed oppo. fructus & partus veniunt offic. iudi. & quasi accessiones sunt: ergo &c. vt Co. deposi. l. iiij. Sol. hic erat lis contestata, vnde officium iam corroboratum est: vt remaneat ante sententiam, licet res intercidat. & sic soluitur j. eo. l. fin autem. §. si homo. Et quòd ibi dicit petitus, dic extra iudicium simplici conuentione. Item quid si actor homine mortuo nolit pro se ferri sententiam: imò remittit actionem? Respon. reus postulabit ferri licet actor absit: quia in sui fauorem inductum est. Vel dic quòd venditor necesse habet probare seruum suū fuisse, vt euenit C. de asser. tol. l. fina. secundum Azo. Item ad id quod dicit sententiam dandam homine mortuo, & sic de euic. agi, est contra. j. de eui. si seruus. & C. de euic. si tibi. Solu. hic extabat res tempore lit. contest. vnde merito ad fructus & ad alia tenetur, scilicet ad rem vel pretium in casibus quibus dixi ad alia teneri: sicut quasi tunc esset lata sententia. Item ad id quod dicit non cōmitti stipulationem euictionis nisi lata sententia: est cōtra. j. de act. emp. l. emptorem. in prin. Sol. vt ibi. Sed qualiter formabitur sententia eo casu, quo casu possessor non tenetur de interitu, vt euictionis stipulatio cōmittatur? Respon. quia cognoui seruū esse petētis: ideo te condēno in fructu, & partu, & peculio. Sed quid si hęc non sint, & ita propter euictionē tantum est ferēda? Respon. quidam nō iudicari. quomodo enim iudicaret? Alij quòd sic: condemno te in rem. sed tamen exceptionem habet dānatus. vel dic absoluo, condemnaturus nisi res interiisset. & sic causa absolutionis ponenda est: vt j. de iure fis. l. ij. §. senatus. in fi. §. Vel dic vt j. de excep. rei iudi. si à te. §. j.

r *Stipulationem.* vbi est interposita. idem & si non est. Accurs.

s *Non enim.* Respondet ei quod posset obiici: imò necessaria est sententia propter æstimationem rei præstandam actori. sed non est ita. Non enim bo. fi. poss. tenetur de casu aliquo modo: siue etiam durauit bonæ fi. siue non: dummodo iustā causam habeat litigandi: quo casu loquitur hic. sed ma. fid. ab initio sic indistincte: vt C. quod me. cau. l. j. & §. quòd me. cau. l. si cum exceptione. §. quatenus. & j. ad exhi. de eo. §. si post. & plene dixi. §. l. proxi. in fi. Vel dic æstimationem præstari in casibus prædictis. non enim &c.

t *Perierit.* quia nauis ad hoc paratur, vt nauiget: vt infra de vsufruct. l. arboribus. §. nauis.

u *Commiserit.* & nisi tēpore periculoso: vt j. eo. qui petitorio. in fi. Et not. hic arg. contra eos qui imperitos eligunt pro peritis, siue magistris, siue medicis, siue aduocatis. sic & infra de ædil. edic. quod si nolit. §. si mancipium.

833

o *Inter officium.* Dic casum quòd inter eum qui suo nomine, & eum qui vt aduocatus petijt rem, multum interest reo absoluto: cū altero casu obiiciatur exceptio rei iud. altero non. Et secundum hoc dic, defensionem, id est petitionem: vt postea innuit. sic & §. de eden. l. j. in prin. Vel dic, inter aduocatum & creditorem qui patitur debitorem agere de proprietate rei obligatæ, multum interest: cum primo non noceat sententia absolutionis: in alio sic: vt j. de re iudic. sæpe. §. j. Idē in similibus casibus qui ibi sunt. & hoc si fuit ignorans aduocatus, vt hic dicit. Quid autem si sciuit? dic secus: vt supra de inoffi. test. l. fin. in prin. quæ est contra. Vel dic idem, si modò sciuit ius suum durare: vt infra. quib. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. non videtur. In l. autem contraria, dic fauore vltimæ voluntatis seruandum. Item quid si ex parte rei assistat? Respon. minus tunc sibi nocet, cum nihil asseueret, sed neget rem actoris. vnde indistincte non nocet, sed in actore distinguitur, sciens, vel ignorans: quia alterius esse asseuerat, secundum primam solutionem.

p *Dominium.* id est effectū dominij. nam per sententiam dominiū non mutatur: vt j. de condict. inde. l. Iulianus. & §. eo. tit. ex diuerso. §. vbi. sed exceptionem rei iudic. parit. nemo enim errās &c. vt & infra de adquir. re. do. si procurator. ij. &

C.eo.l.retua.& de præscrip.lõg.temp.nec petentem. Accur.

a *Si possessor. Non oportet.* vt & infra de vi & vi arma. l.si plures.& infra commo l.iij.§.penult. Et est ratio: quia sicut si ad nullum heredem possessio peruenisset, nullus teneretur.ita & nunc quo ad eos ad quos non peruenit. secus autem post iudicium acceptũ: vt infra de præstipul. l. ij.in fin. secundum nos. vel dic vt ibi.

Heredes possessoris ante litem contestata. conueniuntur hac actione secundum quod possident, non pro portione hereditaria. Bartolus.

V *Indicatio.* ⟩ Casvs. Si gregem possedisti,& res singulas vindicare potero. aliter est de peculio filij mei quod possides: quia totale peculium nõ vindicabo: sed singulas res corporales de peculio.Viuia.

b *Singulas.*quia peculium continet actiones, & obligationes, cum corporibus: vt ⟩. de pecul.l.quam Tubero nis.§.fina. grex autẽ sola corpora: vt instit. de lega.§.si grex.versicul.grege. Sed quid si fundus tantum est in peculio, an poterit vindicari? Respon.nõ: quia aptitudinem potius & naturam, quam alicuius emergentis causus qualitatẽ esse spectandum,sicut & in actione legis Aquiliæ dicitur: vt institu. de leg. Aquill. §. his autem verbis.Azo. Et si opponitur:fundus vindicatur: & fundus est peculium: ergo peculium vindicatur? Respon.fallacia est secundum accidens. Item si dicas,peculiũ est fundus, & peculium non vindicatur: ergo neque fundus. eadem est fallacia.

* *Vt priori iu. adiudicaret.*

Is *à quo.* ⟩ Casvs.Si duo pos. fundi petebant, restituendus est ei qui primo peruenit ad sententiam. & ille cauebit de præstando possessorẽ indemnem. Viuia.

c *Restituisset.*id est restitui damnatus esset. nam & infra dicit, possessori cauendum. & declaratur in responsione hic intellectus. si enim prius restituisset, postea officium iudicis ad cautionem locum non haberet:vt C.deposi.l.iiij.& à secundo absolueretur:vt ⟩.l.proxi.

Additio. Doctores reprobant istam glos. nam cum possit exigere cautionem,& non exigit,est in dolo:vt infra ad l. Falcid.l.dolo.ideo condemnatur tanquam dolo desierit possidere,secundum Bartolum. quem vide plenius de hoc in l. penult.ẽ.de petitio. hereditatis.

d *Iudicaretur.*id est esset iudicanda.

e *Traheret.* id est sentiret. sed qualiter potest alius agere de iure, cùm alius iam obtinuit? Respond. pone quòd vnus egit Publiciana, & obtinuit: postea verus dominus rem poterit petere directo, vel pone rem sub conditione legatam. interim enim eam iure heres petit: deinde legatarius impleta conditione:& quære hic vt ẽ.de petit.here.l.penult. Accursius.

f *Vter prior.*vulg.priori.id est pro priore. Azo.

g *Eum* iudicem scilicet,si habes. ⟩.iubere:alias si habes debere.dic eum,id est possessorem.

h *Iubere.*alias debere:& alias iubere.

LV. Ivlianvs libro quinquagẽsimoquinto Digestorum.

SI possessor fundi ante iudicium acceptum duobus heredibus relictis decesserit, & ab altero ex his qui totũ fundum possidebat,totus petitus fuerit: quin insolidum condemnati debeat, dubitari non oportet[a].

Vniuersitas corporum & iurium nõ vindicatur.Bartolus.

LVI. Idem libro septuagensimooctauo Digestorum.

VIndicatio non vt gregis ita & peculij recepta est: sed res singulas[b] is cui legatum peculium est, petet.

Si duo vindicant eandem rem ab eodẽ possessore,primo vincenti traditur præstita cautione.Bartolus.

LVII. Alfenvs libro sexto Digestorum.

IS à quo fundus petitus erat,ab alio eiusdem fundi nomine conuentus est:quærebatur,si alterutri eorũ iussu iudicis fundum restituisset[c],& postea secundũ alterũ petitorẽ res iudicaretur[d], quemadmodũ nõ duplex dãnum traheret[e]. Respondi, vter* prior[f] iudex iudicaret, eum[g] oportere ita fundum petitori restitui iubere[h], vt possessori caueret[i] vel satisdaret[k],si alter fundum euicisset,eum præstare[l].

Si super eadem re est duplex iudicium, scilicet petitorium & noxale: si primo vincitur in petitorio,res traditur præstita cautione:si primò in noxali, tradetur simpliciter. Bartolus.

LVIII. Pavlvs libro tertio Epitomarum Alfeni Digestorum.

i *Caueret.*quando non est suspecta.

k *Satisdaret.*vbi persona est suspecta: vt ẽ.qui satisda.cog. ⟩ fideiussor.§.fi. & facit ẽ.de pet. her.l.pen.

A l *Præstare.*possessorem indemnem,vt ẽ.eo. l.ipsi.

A *Quo.* ⟩ Casvs.Seruum quem possedisti,vindicasti,& ab Titio cõueniris act. noxali. si obtineo in causa, mihi erit restituendus: & caueto & conseruabo te indemnem aduersus Titium agentem noxali actione,si Titius primo obtinuit. ergo postea in nullo mihi teneberis: quia nec possides, nec dolo desisti possidere.Viuia.

AQuo seruus petebatur[m],& eiusdem serui nomine cum eo furti agebatur[n]:quærebat,si in vtroque iudicio condemnatus esset, quã se facere oporteret si prius seruus ab eo euictus esset[o]. Respondit, non oportere iudicem cogere vt eum traderet, nisi ei satisdatum esset,quòd pro eo homine iudicium accepisset, si quid[p] B ob eam rem datum esset,[q]id rectè præstari. Sed si prius de furto iudicium factum esset, & hominem noxæ dedisset, deinde de ipso homine secundum petitorem iudiciũ factum esset, non debere ob eam rem iudicem, quòd hominem non traderet, litem æstimare[r]:quoniam nihil eius culpa neque dolo contigisset[s] quo minus hominem traderet.

Qui habitat in domo aliena domini voluntate,quod ibi ædificat, domini non facit:& ideo poterit vindicari. Bartolus.

LIX. Ivlianvs libro sexto ex Minicio*.

C HAbitator[t] in aliena edificia fenestras & ostia imposuit.eadẽ post annum[u] dominus ædificiorum dempsit. Quæro,is qui imposuerat, possetne[x] ea vindicare. Respondit posse.Nam quæ alienis ædificijs connexa essent,ea quandiu iunctay[y] manerent,eorundem ædificiorum esse: simul atque[z] inde dempta essent, continuò in pristinam causam[a] reuerti.

LX. Pomponivs libro vigensimonono ad Sabinum.

QVod infans[b] vel furiosus possessor perdidit, vel D corrupit, impunitum est.

bet caueri possessori ab eo qui noxali egit: quia saltem de facto poterit rei vind. conueniri: vt supra l. proxi. Accursius.

t *Habitator.*vt fructuarius,vel colonus,vel inquilinus,vel quilibet bo.fid.possessor.

u *Post annum.*Forte post finitum tempus suum habitãdi.Vel dic quòd propter vsucapionem dicit, quia videbatur dominus vsucepisse iure iusto:vt instit.de vsucap.in prin.Sed non est ita: quia non possidet fenestras & similia, qui domum possidet:vt infra de vsucap.eum qui. in princ.

x *Ne.* id est an.Azo.

y *Iuncta.*quo casu ex cõducto agit inquilinus vt tollere possit sine læsione prioris status,de damno infecto promittens: vt ⟩.loca.& conduct. sed addes.§.si inquilinus.

z *Atque.*id est postquam.

a *Pristinam causam.* nisi pretium à domino fuisset solutum:vt instit.de rerum diui.§.cum in suo.vers.appellatione.

b *Qvod infans.*i.minor.vij.ann.vt C.de iure delib.si infanti. secus in proximo pubertati: vt infra de reg. iur. l. pupillus

pupillus. Azo. Et erit ratio in vtroq; quia infantē tuetur innocētia cōsilij, furiosum infelicitas fati: vt ĵ. de fica. l. infans. & ĵ. de admin. tu. l. fi. in fi. & ĵ. ad l. Aquil. sed & si. §. iniuriā.

Minicius.† CASVS. Si nauem meam asseribus tuis refeci, remanet mea. si tuis tabulis nauem feci: tua erit, & æstimari debet.

a *Eiusdem.* s. reficientis.

b *Id ædificanda.* s. de nouo, vel ab initio.

c *Non posse.* s. dominū manere i. fieri. Et intelige quādo iā erant ad hunc vsum à domino præparatæ. Secus si ex ligno alterius fecit tabulas, & postea nauē: vt in cōtrario: vt ĵ. de adquir. re. do. sed si ex meis. in princ. & quod ibi dicit meis. i. mea cu presū factis: non tamen in veritate meis, sed suis: quia bona fide & suo nomine fecerat: & non poterat res reduci ad priorem materiam. Item eodē modo intellige instit. de re. di. §. cum ex aliena. nam & ibi etiā assides fecit de alieno ligno. & sic nō transit nauis in dominiū specificantis: vt hic. Sed hoc ideo, quia redire ad primam potest materiam. Item cum eadem distinctione intelige superius responsum: licet quidam in hoc solo faciant vim reficere vel facere.

d *Iulianus not.* primo casu bene respōsum est. Azo. & rationē reddit. Accur.

e *Nauis.* id est tabularum omnium in nauī positarū: vt cuius erat carina, eius sint tabulæ omnes causa reficiendi expositæ. Azo. Et dicitur carina, quasi currina: quia per aquam currit: scilicet inferior pars nauis.

f *Si nauis. Possessore.* sine titu. vt teneatur de percipiendis: vt in fin. huius legis dicetur. Azo.

g *Etiam fructus.* etiam percipiendi, vt statim probat.

h *Heres.* putatiuus.

i *Non cogitur.* vt §. de petit. hered. si possessor hereditatis. in princ. & hoc nisi sit in mora reddendi.

k *Iure.* s. ciuili. Vel dic, id est pacto contrahentium: ideoque videtur quòd nec vecturæ nauium quæ percipi potuerunt, cùm sint similes vsuris in hoc, debeant præstari: vt & ĵ. de vsuris. l. vsuræ. in fi. quia ex corpore non proueniunt: vt infra de verborum significa. l. vsura pecuniæ. Sed respon. ideo vectura præstatur: quia cum nauis sit parata vt nauigetur: vt infra de vsufructu. l. arboribus. §. nauis. & sic non sit in periculo possessoris: vt hic, nisi aduerso tempore eam nauigatum mitteret: vt supra eod. qui petitorio. æquum est vt de vectura percipiēda teneatur: at pecunia non est ad hoc inuenta vt fœneretur: ideoque periculo suo fœnerari atque constringi non debet, quod fieret si vsuras percipiendas ab eo exigeremus. Sed qualiter potest esse malæ fidei possessor nauis, quin & fur sit, & sic indistinctè suum sit periculum? Respon. erat malæ fidei possessor fictione: vt quia erat heres eius qui sciebat alienam: hoc est commodatarij, vel similis: & hic ignorabat alienam. Vel bonæ fidei fuit à principio: sed postea malæ fidei: & ideo de percipiēdis tenetur si facit dolo: vt supra eo. l. si homo.

l *Percipitur.* id est licet in vtroque sint accessiones ciuiles: tamen ideo, &c.

m *Non debet.* licet nauiget.

n *Fœneretur.* & si fœnerauerit, non restituit vsuram, cum suo periculo fœneraret: vt & infra pro socio. si vnus. §. si vnus. & infra ad Treb. l. postulāte. §. fi. Et sic no. naturalem accessionem in hoc à ciuili differre. sic dicit & in alio: vt colliges ĵ. de vsuris. l. in fidei commissi. circa prin. & C. de vsur. rei iudi. l. fin.

Quod adiicitur rei causa refectionis, ipsi rei cedit: si quid de nouo affigitur, ad dominum iure pertinet. Bartolus.

LXI. IVLIANVS libro sexto ex Minicio.†

MInicius interrogatus, si quis nauem suam aliena materia refecisset, num nihilo minus eiusdem[a] nauis maneret, respondit manere: sed si in ædificanda[b] ea idem fecisset, non posse.[c] Iulianus notat[d]. Nam proprietas totius nauis[e], carinæ causam sequitur.

Accessiones ciuiles in hac actione veniūt sicut naturales. Bartolus.

LXII. PAPINIANVS libro sexto Quæstionum.

SInquis à malæ fidei possessore[f] petatur, et fructus[g] æstimādi sunt: vt in taberna & area quæ locari solent. Quod nō est ei contrariū, q̄ de pecunia deposita quā heres[h] nō attingit, vsuras præstare non cogitur.[i] Nam etsi maximè vectura, sicut vsura, nō natura peruenit, sed iure[k] percipitur[l]: tamen ideo vectura desiderari potest, quoniam periculum nauis possessor petitori præstare non debet[m]: cum pecunia periculo dantis fœneretur.[n]

Fructus percipiendi intelliguntur, qui à petitore percipi potuerunt. Bartolus.

Generaliter[o] autem cum de fructibus[p] æstimādis quæritur: constat animaduerti debere, non an malæ fidei possessor fruiturus sit: sed an petitor frui potuerit[q] si ei possidere licuisset. quam sententiā Iulianus quoque probat.

Ei qui culpa desiit possidere, & propterea litis æstimationē soluit, sunt cedēdæ actiones: & competunt vtiles sine cessione contra extraneum: & etiam contra dominum cui litis æstimationem soluit. Bartolus.

LXIII. IDEM libro duodecimo Quæstionum.

SI culpa non fraude[r] quis possessionem amiserit[s], quoniam pati debet æstimationem, audiendus erit à iudice si desideret vt aduersarius actione sua cedat. cum tamē prætor auxilium[t] quandoque laturus sit quoli bet alio possidente, nulla[t] captione adficietur. Ipso quoque qui litis æstimationem[u] perceperit possidente, debet adiuuari:[x] nec facilè[y] qui. infra eod. quæ ponit tres sol. & tene tertiam, quam approbat Bartolus ibi.

A o *Generaliter.* siue ante litis cōtest. siue post: si modo de percipiendis agatur: de his enim hæc lex dicit: vnde non habet tit. possessor: aliàs de his non tenetur: vt C. eod. si fundum. nisi in quatuor casibus: vt §. eod. l. fructus. diximus.

p *Fructibus.* percipiendis.

q *Potuerit.* scilicet honeste, non aliter: vt supra eod. l. fructus. Sed quid si possessor potuit, petitor non? Respon. non tenetur, vt argum. supra de peti. hered. l. cum hereditas.

Si culpa. † CASVS. Rem quam à te petij, sine culpa desisti possidere: & in æstimatione cōdemnatus es. an tibi debeo cedere actio. quam habeo aduersus quēlibet possidentem, quæritur. Et dicitur quòd sic: & si possessio illius rei peruenit ad eum, poteris vindicare. si autem ad me peruenerit, vtrum possis à me vindicare? Et respon. quòd sic: nec debeo audiri si volo pretium reddere.

r *Non fraude.* tunc enim secus: vt infra eo. is qui. Sed certè imò videtur idem ac si culpa: vt infra de re iudi. l. in depositi. quæ est contra. Solu. ibi in contractu bonæ fidei vbi exuberantior fides exigitur: quia à princip. habuit dominī voluntatem. hic in stricti iuris. ADDITIO. Vel solue aliter vt per glos. in d. l. is

*extraordinarium, id est actionē in factum, cum hic nō sit domini.

s *Amiserit.* lit. contra se contesta. vt §. eod. l. si homo. & l. si à bonæ fidei.

t *Nulla.* alia quàm litis æstimatione.

u *Æstimationem.* scilicet statim: vt & infra de leg. j. cum res. §. sed si culpa.

x *Adiuuari.* Sed qualiter adiuuabitur contra dominum: & quod auxilium contra extraneum habebit: cum præstita æstimatione nunquam habuit possessionem postea? aliter enim vel rei vindicationem vel Publicianam habere non potest: vt supra eod. l. hæc si res. & infra tit. j. traditionem? Respon. secundum Azonem, vtilem in rem. Nam & ius actoris emisse videtur dando litis æstimationem: vt supra eod. l. eius rei. Vnde tanquam emptor habet vtilem in rē: vt & C. de hered. vend. l. fi. Alij vt Ro. dicunt quòd hoc auxilium & adiutorium, est actio ex empto quam intentabit contra eum qui litis æstimationem accepit, vt actionem cedat, scilicet vtilē in rem: qua cessa intentabitur contra quemlibet, etiam contra dominum qui cesit. Est enim, vt dixi, litis æstimatio similis emptioni: vt infra pro empt. l. litis. Tertij dicunt hoc auxilium & adiutorium, esse actionem Publicianam. Nam & antequam præstitisset litis æstimationem, habebat eam contra alium: nunc autem propter vigorem rei iud. purius eam habet, etiam contra dominum: licet contra eum antea non daretur. Et sic erit hic casus quo Publiciana contra dominum datur, secundum eos: vt in similibus: vt infra eo. si à Titio. & dices ĵ. tit. l. pen. Quarto dic, secundum M. quòd hæc res erat præsens cum soluit æstimationem: & ita videtur tradita. Et pone quòd non erat dominus qui vindicabat: alioquin statim fuisset factus dominus: vt §. eo. l. eius. Sed prima opinio verior est.

y *Nec facilè*, quia quandoq; debet audiri ratione causæ: vt in cōmodato & locato: non autē hic in quibus rem retinet reddendo æstimationem: vt ĵ. de condic. sine cau. l. ij. & ĵ. cōmo. l. in cōmodato. §. fin. & l. si vt certo. §. fi. secundum quosdam. Sed nō placet, secundū H. cum tā in illis, q̄ in istis debeat cedi actio: & sic condemnati est electio. Sed hoc speciale, vt ex causa,

causa, vt quia malæ fidei possessor est, sic præcise audiatur. Sic & contra furem quis auditur: vt ff. de fur. Sed qui.

a *Iudicatu.* id est condemnati. Accur.

CVm in rem.} CASVS. Petij rem meam à te, obtinui. non solum venient fructus quos percepisti tu fructuarius, sed etiam quos percipere potuisti: vt flores, fœnum, & similia. q. d. omnis vtilitas veniet. Viuia.

b *Non fructui.* id est, in quibus vsus non vsusfr. constitui potest: vt in his quæ solo vsu cõsumuntur: vt institutio. de vsufr. §. constituuntur. & infra de vsufru. earum rerũ quæ vsu con. l. j. & ij. Sed hoc non placet: quia in his rebus potest esse & solus vsus, quib⁹ & vsusfructus, & ecõtra: vt infra de vsu & ha. l. j. Dic ergo, id est eorum quæ quis haberet hoc ipso, quòd esset vsuarius, licet vsufructuarius non esset: quæ sunt multa: vt institutio. de vsu & hab. §. j. ij. & iij. vel dic, de vasis & similibus in quibus vsus non vsusfructus est: vt infra de vsuris. l. iij. §. fina. & l. videamus. Accursius.

**oppositæ.*

c *Fructus.* id est vtilitatem, quæcunque illa sit.

EMptor.} CASVS. Obligaui tibi fundum pro decem, quem vendidisti Titio. si petam fundum à Titio: an repellet me per exceptionem, nisi restituam id pro quo fundus fuit obligatus, id est sortem & vsuras? Et dicitur quòd sic, nisi tantum percepisset ex fructibus. {ANCILLAM.} Filiam meam copulaui alicui in matrimonium. dedi ei ancillam: non vt haberet in dotem, sed in peculium, decessi, nunquid ancilla erit hereditaria? Dicitur ꝙ sic. Sed pone quòd nolui in testamento quòd filia esset heres: & sic in ceteris bonis eam exheredaui. dicitur quòd ancilla erit filiæ. Accur.

d *A non domino.* puta à creditore qui non habuit ius vendẽdi: vt infra de leg. ij. l. fina. §. quatuor. Vel secundo, quando mala fide emit colludens in pretio: creditore vendente ex pacto vel ex lege, quo etiam casu opponitur exceptio doli mali vel in factum: vt hic, & C. si vendi. pign. l. j. in fin. Si autem habuit ius vendendi, & bona fide emit: fieret emptor dominus: & non teneretur actione in rem, de qua hic dicit: vt instit. qui. alie. licet §. j. Vel dic tertio, quòd à non creditore emit pro decem. Item creditori soluit cui hoc prædium erat obligatum pro xv. retinet ergo prædium pro his xv. nõ autem pro x. quia illa in vtilitatem domini non venerunt. & sic loquitur lex quæ est contra. C. de rei vin. l. mater. & C. de fur. l. inciuilem. & facit ad hanc infra de pign. actio. l. si creditor. ADDITIO. Solue secundum Bartolum, & dic quòd in legibus in contrarium allegatis pretium non erat conuersum in vtilitatem domini: hic sic. & de hoc vide plene per eundem Barto. in l. ij. de quadrien. præscrip. & infra de præscrip. xxx. anno. l. j.

e *Medij.* mediũ est postquam soluit, vsquequo conuenitur.

f *Superfluum.* i. illud quod excedit fructus perceptos, & hoc si minus, &c. vnde & si totidem sunt, in totum fit compensatio. sicut enim fructus aliàs cum impensis cõpensantur: vt ff. eo. l. sumptus. in princ. ita merito compensantur hic fructus cum vsuris. & hoc est quod subijcit, nam eos, &c. vt & dicitur ff. de minori. l. minor annis. xxv. §. prædia. Vsuras autẽ nouas vocat quas petit emptor ratione temporis post solutionẽ currentis. non ergo dicit de his quas emptor soluit creditori. Et sic not. ꝙ ad vsuram solutam vel sortem nõ fit compẽsatio. Dicit ergo nouas respectu veterum: quas hic debitor dudum creditori soluit, vel soluere debuit, secundũ Azo. quæ repetuntur vt sors: nõta men faciũt aliam vsurã: licet sors soluta faciat: vt ff. qui potio. in pig. ha. ij. prior. §. sciendum. secundum Azo. & id tempus quo hæc currũt, dicitur mediũ tempus. Sed quare fructus tantum ante litem conteſt? Respon. imò & post perceptionem. Sed de primis ideo dicit, quia magis dubitabatur. posteriores enim valde ad officium iudicis pertinent: vt ff. de æd. edict. l. ædiles. j. §. item sciendũ. Sed quid si pendente conditione legati heres alienet: & postea dudũ extitit conditio: factæ sunt expensæ à bonæ fidei emptore: ideo opponit doli exceptionẽ, & ego cõpenso fructus quos conditione pendente percepit: an possum? Respondeo, nõ: quia illo tempore mei non erant, nec res *Quæ. nec eos petere poterã: vt C. de cad. tol. §. finautem Accur.

g *Eos.* s. fructus & sic not. hic casum in quo bo. fi. pos. non lucratur fructus: vt & no. ff. eo. l. sumptus. & regulariter contra: vt infra finium regun. l. iiij. §. penult.

h *Conuenit.* iure communi.

i *Reddita.* à parte. Accursius.

k *Eo minus.* id est propter id scilicet quòd dotem ei legauerat & peculium, noluit eam heredem esse: & hoc expressit: vt hic, & ff. de here. instit. l. qui volebat.

l *Volũtatis.* scilicet expressæ. & hoc scilicet per exceptionẽ: non autem per actionem, secundum H. Nec est contra infra de lega. ij. l. Titia. §. Gaius. quia exceptionem non actionem competere intelligendum est. Accur.

NOn ideo.} CASVS. Instituto me herede, & quibusdã seruis libertate relicta sub cõdi. vel aliqua legata erant eis sub condi. relicta: serui, vel res ab aliquo possidẽtur: an eosdem vindicare possim, quæritur. Et dicitur quòd sic. Viuia.

m *Vindicabimus.* scilicet nos heredes à quibus est relicta libertas seruorum, vel etiam fundus sub conditione: vt ff. de condict. fur. si seruus. & infra ad Sil. l. j. §. serui. & ff. famil. erciscund. l. & post. §. res. vel pone exemplum vt infra de noxa. l. si quis seruum. vel vt ff. de reg. iur. l. plerunque. in fi. tit. sed arg. contra infra de vsufru. l. si fur.

n *A Tutore.* Is. scilicet faber inuenit pecuniam in hac domo sub terra. Accur.

o *Fuerunt.* scilicet hi nummi. nam si thesauri fuissent, nõ crederentur habere dominum: & ideo pro dimidia inuentoris, pro alia dimidia domini soli fiunt: vt ff. de adqui. re. do. l. nunquam. §. thesaurus. & instit. de re. diui. §. thesauros.

QVi restituere.} CASVS. Rem quam petebam à te, iussu iudicis volebas restituere. si post penes te est: debet auferri à te manu militari. & si dolo desijsti possidere, iurabo in litem. si verò non possides, nec dolo desijsti possidere, condemnaris ad interesse. & ista obtinent quacunque actione agatur. Viuia.

Iussu.

Ea quæ sunt in vsu, nõ habentur in fructibus. Bartolus.

LXIIII. IDEM libro vicensimo Quæstionum.

CVm in rem agitur: eorum quoque nomine quæ vsui non fructui[b] sunt, restitui fructus[c] certum est.

Possessori debet restitui pretium à domino, quod est in eius vtilitatem versum cum vsuris: habita tamen fructuum compensatione. Bartolus.

LXV. IDEM libro secundo Responsorum.

EMptor prædium quod à non domino[d] emit, exceptione doli posita* non aliter restituere domino cogetur, quam si pecuniam creditori eius solutam, qui pignori datum prædium habuit, vsurarumque medij[e] temporis superfluum[f] recuperauerit, scilicet si minus in fructibus ante litem perceptis fuerit. Nam eos[g] vsuris nouis duntaxat compensari, sumptuum in prædium factorum exemplo æquum est.

Verba enunciatiue prolata per modum causæ, dispositionem inducunt iure exceptionis. Bartolus.

Ancillam quę non in dotem data, sed in peculium filiæ concessa est, peculio filiæ non legato mancipium hereditariũ esse conuenit[h]. Si tamen pater dotis ac peculij contemplatione filiam exheredauit, & ea ratione reddita[i] nihil ei testamento reliquit, aut eo minus[k] legauit: filiam defensio tuebitur voluntatis[l].

Res quæ subiacet restitutioni, potest à domino interim vindicari. Bartolus.

LXVI. PAVLVS libro secundo Quæstionum.

NOn ideo minus rectè quid nostrum esse vindicabimus[m], quòd abire à nobis dominium speratur, si conditio legati vel libertatis extiterit.

Pecunia in re empta inuenta, si est thesaurus, reddetur emptori: si pecunia, redditur venditori. Bartolus.

LXVII. SCAEVOLA libro primo Responsorum.

A Tutore pupilli domũ mercatus, ad eius refectionem fabrum induxit. is[n] pecuniam inuenit. quæritur ad quem pertineat. Respondit: Si non thensauri* fuerũt[o], sed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo ad quem pertinebat, nõ ablata: nihilominus eius eam esse, cuius fuerat.

A condemnato in rei vindicatione potest res auferri manu militari, si res possidetur, vel contra dolosum iurari in litem: aliàs fiet executio in vera æstimatione, seu aduersarij interesse. & prædicta sunt generaliter vera in omnibus actionibus. h. d.

LXVIII. VLPIANVS libro quinquagensimoprimo ad Edictum.

QVi restituere[a] iussus, iudici non paret, contendens[b] non posse restituere: si quidem habeat rem, [c] manu militari[d] officio iudicis ab eo possessio transfertur[e]: & fructuum dūtaxat, [f] omnisque causę[g] nomine cō demnatio[h] fit. Si verò non potest restituere: si quidem dolo fecit quo minus possit, is quantum aduersarius in litem sine vlla taxatione[i] in infinitum iurauerit, damnādus est. Si verò nec potest restituere, nec dolo[k] fecit quo minus possit, non pluris quàm quanti res est,[l] id est quanti aduersarij interfuit, condemnandus est.[m] Hæc sententia[n] generalis est, & ad omnia siue interdicta siue actiones, in rem siue in personam sint, ex quibus arbitratu iudicis quid restituitur,[o] locum habet.

Ei qui dolo desiit possidere, non cauetur;

A cut in re vendita contingit[b]: vt infra de act. emp. l. j. Non ergo dicit quando iubere debeat: sed cum iubeat, licet iniuste. & secundum H. hæc verba quæ sequuntur, hęc sententia &c. dic, id est, de re manu militari auferenda: non de iureiur. in litem. nam aliàs vbicunque ex obligatione quis tenetur dare, ad rem debet damnari: vt j. de verbo. obli. vbi autem §. fi. non tamen iuratur in litem nisi actio sit arbitraria, vel bo. fid. vt j. de in litem iuran. l. in actionibus. A simili si est condemnatus dare vel tradere præcise, manu militari cogatur ad hoc: non tamen in litem iuretur. Et secundum hoc intellige de interdictis: vt infra ne vis fiat ei. l. pen. Tertij dicunt, quòd hæc generalitas quæ subijcitur, ad arbitrarias tantum restringitur. Sed quare poneret de interdictis, cū nulla inueniantur arbitraria? ideoque hoc non placet: illud autem verū est, quòd quatuor auxilia in arbitrarijs tantum locum habent, secundum Azo. & in bonæ fidei.

nec actiones ceduntur, nec Publiciana datur. Item potest petitor omisso iuramento in litem petere veram æstimationem. Bart.

LXIX. PAVLVS libro tertiodecimo ad Edictum.

IS qui dolo[p] fecit quo minus possideret, hoc quoque nomine punitur, quòd actor cauere ei non debet[q], actiones[r] quas eius rei nomine habeat, se ei præstaturum.

LXX. POMPONIVS libro vicēsimonono ad Sabinum.

B NEc quasi Publicianam[s] quidem actionē ei dandam placuit: ne in potestate cuiusque sit, per rapinam ab inuito domino rem iusto[t] pretio comparare.

LXXI. PAVLVS libro tertiodecimo ad Sabinum.

QVod si possessor quidem dolo fecit, actor verò iurare non vult, sed quanti res sit, aduersarium condemnari maluit, mos ei gerendus est[u].

b Istud dicit gl. dicit Bal. hic vbi de no. quòd venditor liberatur præstando interesse: quod intellige verū nisi sit lata sententia definitiua super traditione rei. nā tunc perdit beneficium soluēdi interesse. ergo omnis sententia habet præcise obligare. quod not.

** iniusto*

C di. auferatur, secundum Io. qui in omnibus intelligit: ex quo est iussum. Vel secundum tertio, qui ad arbitrarias restringunt, dic vt prius.

D

a *Iussus.* per sententiā primā, vt rē petitā restituat. nō tamē dicet, debeat hoc sibi iuberi, vel nō: sed dices in fine huius legis.

b *Contendens.* §. per mendaciū: vt j. de re. iud. l. debitoribus. in prin. Sed si vere, nō tenetur, nisi dolo vel culpa possidere desijt. sed & si possideret, & implorat tempus ad restitutionē, debet habere: vt insti. de offi. iud. §. j.

c *Habeat rem.* in promptu, vt appareat.

d *Manu militari.* ✻ vel adiectiuum: & est vna pars: vel dic quòd sunt duæ partes. Accur.

e *Transfertur.* immo man° vel executio militaris debet cessare in negotijs priuatorum: vt C. de offic. mili. iudi. l. j. quæ est contra. Solu. illud generale, hoc speciale. Vel illud locū habet quādo aliud supereſt: vt quia per executores rē redidit: vt ar. C. de his qui la. vel al. cri. reos occul. l. fin. Vel quod est verius, hic de militari dicit: hoc est de ipsis executoribus. C. bus: quod potest fieri: non autem de militibus: vt in l. contraria nisi in subsidium: vt C. de his qui latro. in d. l. fi. quo etiam casu potest hic loqui: vt dixi. vel quod ibi dicit, hoc non tamē sonat, vt magister militum non habeat iurisdictionem inter priuatos: quod est veritas. Et est simile, vt præcise fit præstandum: vt j. de lib. cau. duobus. & C. de fideicō. lib. l. fi. & j. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus est. l. fi. in prin. & §. de pet. here. §. pen. ibi, sed & si quidem &c. ADDITIO. Dic rationem, secundum Bal. hic, quia vbicūque æquitas dictat quòd reus præcise teneatur, tunc compellitur præcise: sed in reali hoc dictat æquitas: vt j. eo. l. nec quasi. ergo &c. secūdum Pe. in brocard.

f *Dumtaxat.* non alterius rei: non enim excludit rem ipsam. vel dic quòd excludit solum iuramentum in litem. nam cum res aufertur manu militari, non iuratur in litem nisi petitor eligat illam viam, & hanc dimittat. vel dic, aliud malum amodo non habebit, cum eligatur manus militaris.

g *Causæ.* id est vtilitatis: vt §. e. l. præterea.

h *Condemnatio.* i. executio condemnationis factæ de fructibus, & causa: vel dic, fructuum post sententiam.

i *Vlla taxatione.* à lege facta. fit tamen à iudice: vt §. de dolo. arbitrio. §. j. & j. de in litem iuran. l. videamus. §. pen. & j. ad exhi. l. iij. §. ij. quæ sunt contra. ADDITIO. Solue & dic, q taxatio non fit à lege, vt hic: sed à iudice sic: vt in contrario, secundum Barto.

k *Nec dolo.* sed culpa: vt §. eo. l. à quo. in fi. & §. de peti. here. & non tantum §. veniunt. versi. immo. Alioquin non teneretur: vt j. mand. l. si procuratorem. §. fin. & j. sol. ma. l. Mæuia. Azo. & §. eo. sinautem. §. j. Accur.

l *Quanti res est.* hoc casu, & superiori aliud petitur: & aliud in condemnationem deducitur. quod dic vt j. si cer. peta. l. vinum. Accur.

m *Condemnandus est.* in primo ergo casu cum possidet, quatuor sunt mihi prodita auxilia: rei ablatio, in litē iuratio, interesse præstatio, & rei vera æstimatio. In secūdo quando dolo desijt possidere, tria vltima præter primum, locum habēt contra eum. Quod est verum, si extat: aliàs non iuratur in litem: vt §. de peti. here. si possessor. §. fin. & l. seq. Vel dic, ibi in petit. here. vbi secus. Si verò non dolo desijt possidere, sed culpa: duo tantum vltima. Si nec dolo, nec culpa, nullum. & habent locum hæc auxilia tunc tantum: & semper tunc, quādo quod est meum peto, secundum R. & Ir. & Bul. & sic intelligunt quod statim sequitur, hæc sententia &c. scilicet quòd prædicta auxilia locum habeant. Sed hoc est falsum, secundum Io. quia etiam in donatione & promissione vbi peto quod non est nec fuit meum, locum habent, præter iusiuran dum in litem: vt instit. de dona. §. aliæ. Dicit ergo Ioan. hanc l. loqui cum iudex iusit eum restituere, licet iniurioſe quandoque: puta cum reus potest se liberare præstito interesse: fi-

n *Sententia.* quòd prędicta quatuor auxilia locum habeant, secundum Bul. & alios qui dicunt quando peto meum: vel id est, quòd manu militari offi.

o *Restituitur.* i. restitui iubetur. Sed quæritur an sententia de re restituenda sit definitiua, vel interlocutoria. & videtur interlocutoria primo, quia in arbitrarijs duæ feruntur sententiæ: at ambæ non possunt esse definitiuæ, sed sola vltima. Item non inuenitur quòd ab ea appelletur: quod est proprium interlocutoriarum: vt j. de ap. re. l. ij. Et econtra videtur definitiua. nam per eam deciditur lis tota, & finis controuersię principali imponitur: ergo est definitiua: vt j. de re iud. l. j. Item principalis quæstio est de restituenda re: ergo sentētia de ea dicta est definitiua. Item mandatur executioni per manum militarem: ergo est definitiua sententia. Sol. dico quòd est definitiua: & quòd aufertur postea res manu militari, est executio, non sententia. Quod patet ex eo, quia si alicui est delegata causa restitutionis rei, data illa sententia finitur eius officium, & remittitur ad ordinarium executio ista: vt in authen. de exhi. §. fi. vero. colla. v. Quod autem obijcitur, quòd non reperitur quòd ab huiusmodi sententia appelletur: respon. nec reperitur quòd ab ea non appelletur.

IS *qui.*} CASVS. Si rem quam à te petere volebam, dolo desijsti possidere, iurabo in litem si volo: nec tibi debeo cedere act. sed si iuraui, vel æstimationem sum consecutus: nūquid habeo Publicianam? Et dicitur quòd non. Viuia.

p *Is qui dolo.* secus si culpa: vt §. eod. si culpa. Accur.

q *Non debet.* vt ar. §. e. l. & ex diuerso. §. petitor. sed contra. §. eo. l. hæc si res. Sol. vt ibi. Item contra j. de re iudi. l. in depositi. Sed ibi in bonæ fidei, hic in stricti iuris. Item ibi habuit causam ab actore: hic non. pro quo est. j. de dona. inter vi. & vxo. si donatæ. Item hic in eo in quo deliquit, debet puniri. s. circa possessionem: ibi autem in possessione deliquit, quam dolo desijt possidere: non tamen debet puniri in actione ex contractu qua agit vt ei fiat cessio, in qua non deliquit: imò bona fi. contraxit.

r *Actiones.* scilicet in rem. Accur.

s NEc *quasi Publicianam.* id est, vtilem in rem.

t *Iusto.* Iustum vel iniustum sit, habetur pro iniusto: vt hic, & infra rerum amota. l. nō enim. & l. ideoque. Accur.

u QVod *si possessor. Mos ei gerēdus est.* hęc verba dixit Pla. se nō intelligere. sed tu dic, id est consuetudo iudiciorum ita se habet, vt audiatur: vt j. de proba. l. circa in fi. Accur.

SI *à Titio.*} CASVS. Titius vēdidit mihi fundum Sempronij, quē dicebat ad se pertinere: decessit Sēpronius Titio herede

herede instituto: Titius eundem alij vendidit: quis nostrum potior est? Dicitur q̃ ego. si verò fundum à me petat heres, repellam eũ excep. si verò ad Titium peruenit fundus, potero ab eo petere: & si excipiat q̃ à non domino emerim, potero replicare de dolo: cum ab eo emptum habuero. Viuia.

a *Si à Titio.* non domino.

b *Pretio soluto.* maxime: vt j. tit. j. l. de pretio, Vel dic speciale: quia contra dominum datur, sicut & quando directam in rem intẽderet: vt C. eo. l. quotiens. vel ideo, quia loco pignoris &c. vt j. de act. empt. Iul. §. offerri. vel ideo, quia res venditæ &c. vt §. venditæ. instit. de re. diui. & sic propter venditorẽ dicit hic de pretio soluto.

c *Vt tu potior.* scilicet prior emptor.

d *Peteres.* per Publicianam: vt infra de excep. rei ven. l. penul. & infra de doli. ma. excep. l. apud Celsum. §. si à Titio. & sic no. ex

Dominium superueniẽs alienationẽ confirmat.

superueniente dominio confirmari alienationem: vt hic, & §. de vsuc. l. cum vir. & in auth. de non eli. sec. nuben. §. hoc quoque prospeximus. col. j. Itẽ pignus: vt infra qui pot. in pig. hab. l. creditor. §. cum ex causa. Sed arg. contra. infra. sol. l. si ante. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in iure personali: hic in iure reali, quod facilius adquiritur sic, quia facilius confirmatur: vt C. per quas perso. no. adqui. l. j. secundum Bart.

* *Hæc lex in Pãd. Flo. incipit, Id est. & vox Superficiario ad finẽ legis superioris pontitur, præcedit; epigraphen huius legis.*

e *Replicatione.* scilicet rei vin. & sic poteris eum cogere, vt in te transferat dominium. Non enim dico, quòd etiam si tu possideas, quòd efficiatis statim dominus cum vẽditor factus est dominus: nisi iterum trãdatur postea pos. arg. j. de ac. emp. l. si quis alienam. licet sit ar. contra. j. si certum pe. proinde. & C. de secun. nupt. auth. sed & si quis. Et hoc quòd non transeat dominium, dico maxime ea ratione, quia dominus in hoc non consenserit: neq; dominium trãsferre voluit. Et no. quòd hic est casus, in quo Publiciana datur contra dominum.

Publiciana quandoque contra dominum datur.

f *In speciali actione.* i. in rei vin. sed in personali secus quandoque: vt j. de inter. actio. l. qui interrogatur.

g *Eius sit.* ratione dominij. sed pro qua parte possideat, sic: vt infra de interro. act. l. qui seruum. §. in iure.

h *Munus.* id est onus. probare scilicet dominium, &c. vt C. de eden. qui accusare.

i *Prætor. In rem actionem.* scilicet vtilem, si modo pensionem soluat: non aliàs quo ad dominium: vt j. de pig. act. tutor. §. fi. & j. de ope. no. nun. in prouinciali. §. pe. & j. si ager vect. vel emphy. l. j. Item & Publicianam, si à non domino habet: vt j. tit j. cum sponsus. §. in vectigalibus. Item hoc si non ad modicum tempus conduxit: vt infra de superficie. l. j. §. quod autem ait.

Publiciana competit contra dominum, quando possessor & petitor habuerũt causam ab eodẽ, vel possessor à petitore. Bart.

LXXII. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

SI à Titio [a] fundũ emeris Sempronij, & tibi traditus sit pretio soluto [b], deinde Titius Sempronio heres extiterit, & eundem alij vẽdiderit & tradiderit: æquius est vt tu potior [c] sis. Nam & si ipse venditor eam rem à te peteret, exceptione eũ summoueres. Sed & si ipse possideret, & tu peteres [d]: aduersus exceptionẽ dominij replicatione [e] vtereris.

Conuentus rei vindi. nõ cogitur respõdere sit dominus in totũ, vel pro parte. Bart.

LXXIII. IDEM libro septimodecimo ad Edictum.

IN speciali actione [f] non cogitur possessor dicere pro qua parte eius [g] sit. Hoc enim petitoris munus [h] est, non possessoris. quod & in Publiciana obseruatur.

Superficiario competit vtilis actio in rẽ. Bartolus.

LXXIIII. PAVLVS libro vicensimoprimo ad Edictum.

SVperficiario, *id est, qui in alieno solo superficiẽ ita habet vt certam pensionem præstet,

LXXV. VLPIANVS libro sextodecimo ad Edictum.

PRætor causa cognita in rẽ actionẽ [i] pollicetur.

Quod iuris est de toto quo ad totũ, idem de parte quo ad partem. Bartolus.

LXXVI. GAIVS libro septimodecimo ad Edictum Prouinciale.

QVæ de tota re vindicãda dicta [k] sunt, eadem et de parte intellegẽda sunt: officioque iudicis continetur, pro modo partis ea quoque restitui iubere, quæ simul cum ipsa parte restitui debent.

Admittitur incertæ partis vindicatio si ex parte actoris est iusta causa ignorantiæ. B.

Incertæ partis vindicatio datur [l], si iusta causa interueniat. Iusta autem causa esse potest, si fortè legi Falcidiæ locus sit in testamento, propter incertam detractionem ex legatis, quæ vix apud iudicem examinatur. [m] Iustam enim habet ignorantiam legatarius cui homo [n] legatus est, * quotam partem vindicare debeat. itaq; talis [o] dabitur actio. Eadem & de ceteris [p] rebus intellegemus.

Si venditor vel donator rem conducit ab eo cui dedit: ipsa conductio trãsfert possessionem quam habet, & etiam dominii. Bartolus.

LXXVII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Edictum.

QVædam mulier fundũ ita non marito [q] donauit per epistulam, & eundem fundum ab eo conduxit. [r] [Dixi] posse defendi in rem ei [s] competere, quasi per ipsam adquisierit possessionem [t] veluti per colonam. actus percepti & percipiendi. idem est si pars petatur. Et sic not. arg. quod iuris est in toto quo ad totum, idem est in parte quo ad partem: vt j. pro derelicto. l. an pars. & plene dixi infra de vsur. l. qui scit. in principio.

l *Datur.* sic enim dicit in libello: vindico tantam partem huius rei quantam Falc. mihi permittit. nõ autem dicã, vindico partem incertam. Iudex tamen licet prædicto modo petam, vt prius dixi: sua sententia debet facere certum: vt instit. de act. §. curare. vel si non potest debet iubere totum solui vt legatarius promittat reddere, quod acceperit plusquam licuit: vt infra si cui plus quàm per Fal. l. j. Azo. vel incerta sententia dabitur secundum libellum: vt instit. de act. §. curare. Aliud autẽ puto in parte incerta hereditatis petita, vt iudex non teneatur facere certum: sed possit pronuntiare incertum, quia iudicium est vniuersale: vt supra. si pars her. pen. l. j. in fin. H. Itẽ op. incerta pars vindicatur, vt hic: ergo incerta pars possidetur, cùm possessio pariat actionem in rẽ: vt C. de alie. iu. l. j. Sed * hoc falsum est: vt in. infra. de acqui. pos. l. iij. §. incertæ. quæ est contra. Respon. hic est fallacia secundum accidens: nam non valet hoc arg. incerta vindicatur: ergo incerta possidetur. Ioan.

* *Falsum.*

m *Examinatur.* vt verum videatur, vt j. cõmuni diui. & si non. §. j. & facit. j. ad l. Fal. qui fundum. §. si cui. Sed certè immo videtur quòd semper sit certum quantum debet detrahi: quia de singulis quarta. Respon. verum est cum nihil remansit penes heredem. nam vbi aliquid remansit, incertum est quantum debeat detrahi de singulis: quia illud quod remansit, debet computari in quartã. & sic quandoque quinta, quandoque decima de singulis detrahitur: vt j. ad l. Fal. in ratione. in prin. Item si velit totum soluere, accepta cautione potest: non tamen compellitur, secundum H. quia illud tunc fit, quando est dubium an habeat Falcidia locum in testamento: at hic constabat, quòd aliquid erat defalcandum: sed dubium est quantum.

n *Cui homo.* ar. contra Pla. qui dixit non in singulis defalcandum: sed in vna re heredem eligere. & pro hoc. j. ad leg. Fal. l. Plautius. & l. Paulus.

o *Talis.* id est taliter, pro incerta scilicet parte.

p *De ceteris.* scilicet rebus, non solum in homine, sed idem in ceteris causis iustis quibus interuenientibus incertæ partis vindicatio datur: vt infra communi diui. & si non omnes. §. j. hoc idem vbicunque iusta ignorantia interuenit: vt j. depositi. l. j. §. si quis argentum. & arg. j. de fur. l. in actione.

Quædam mulier. } CASVS. Mihi quædam mulier misit epistolam, in qua significauit, quòd dabat mihi fundum: & illum fundum à me conduxit. an per epistolam mihi sit adquisitum dominium, quatenus fundum vindicare possim, quæritur. Et respon. quòd sic.

q *Non marito.* nam marito non posset: vt infra de do. inter virum & vxorem. l. j.

r *Conduxit.* per eandem epistolam: quod fieri potest: vt instit. de obli. ex consensu. §. j.

s *Ei.* scilicet donatario.

t *Possessionẽ.* quod enim suo nomine quis possidet, potest & alieno

865

alieno nomine possidere: vt ĵ. de adqu. poss. quod meo. Nec est prohibitum hic mutare possessionis causam, scilicet facere de aliqua nullam: vt in d. l. quod meo.

a *Fuisset.* ii is qui donationem accepit erat in possessione: quod non est necesse. Alij dicũt, fuisset. s. maritus, vel mulier. Sed prima verior. & hoc ignorante muliere, secundum quosdã. Tu dic, ea non ignorante: vt arg. C. de dona. l. quisquis.

b *Sufficerbat.* hoc in venditione non sufficit: vt ĵ. de contrahen. emp. quod vẽdidi. Sed sumitur hic ar. q̃ si tu emeris rẽ aliquam, & postea in eius possessione reperiaris, præsumitur te habere possessionem ex causa emptionis: vt ĵ. pro soc. l. merito. & C. de adqui. poss. l. j. Accur.

Proponebatur quòd etiã in eo agro qui donabatur, fuisset[a] cũ epistula emitteretur*: quæ res sufficiebat[b] ad traditam possessionem, licet conductio non interuenisset.

Fructus efficiuntur bonæ fi. poss. eo ipso quòd à solo sunt separati. Bartolus.

LXXVIII. LABEO libro quarto Pithanon à Paulo Epitomatorum.

S. Ieius[c] fundi quem alienũ possideres, fructum non coẽgisti, nihil eius fundi fructuũ nomine te dare oportet[d] Paulus*. Immo quæritur, [si] huius fructꝰ idcirco factuꝰ est, q̃ is eũ suo nomine[e] perceperit. Perceptionẽ fructꝰ accipere debemus nõ si perfecti* collecti,[f] sed etiã cœpti ita percipi, vt terra cõtinere ẽsse fructus desierint: veluti si oliuæ, vuæ lectæ, nondum autem vinum, oleũ ab aliquo factum sit. statim enim ipse accepisse fructum existimandus est.

Fructus debentur vsque ad id tẽpus quo desierunt posse percipi. Bartolus.

LXXIX. IDEM libro sexto Pithanon à Paulo Epitomatorum.

S. Ihominẽ à meh petieris, & is post litẽ contestatã mortuus sit, fructus[i] quoad is vixerit æstimari oportet.

Ieius. CASVS. Fũdũ meũ possediſti, nullos fructus percepisti, & eum petebam. quæritur vtrũ teneris ad fructus cũ eos non percepisti? Et respõ. q̃ nõ, quomodo autẽ dicuntur fructus percepti, dicit in textu.

c *Sicus.* potest duobus modis intelligi. primo. vt dicas si, pro quãuis: & nõ collegisti. i. in horreis nõ recondidisti. à solo tamẽ separasti: & percepe-rit. i. à solo separauerit. & quod dicit, Paulus not. s. reprobando: quia nõ distinxerat: vt ĵ. ad l. Rho. de iac. l. fi. Et secundũ hoc dices non teneri rei vin. sed off. iud. de quo hic nõ dicit. Secundo sic, vt non collegerit aliquo modo: & quod dicit, factus est. i. fieri potuit, nam si non potuit, vt quia erat ma. fi. tenetur de percipiendis: vt s. e. l. si nauis. §. fi. & secundũ hoc Paulus approbat, addẽdo. & hic secundus planus est. vel tertio, Paulus reprehendit: quia s. dixit possessorem teneri si collegerit. i. in horreis recondiderit: sed certe imo si à solo tantũm sint separati per se, vel per alium.

d *Oportet.* si bonę fidei es ac si dicat, de percipiẽdis nõ teneris. & hoc subijcit, Paulus &c. secundũ secundã positionem.

e *Nomine.* s. bonæ fidei. nam bo. fi. non tenetur de percipiendis, secundum secundam & tertiam expositionem.

f *Collecti.* s. tantũ hoc est in horreis recondita: sed etiã &c.

g *Contmere.* s. inuicem & sic uo. bo. fi pos. fieri dominũ fructuũ statim q̃ à solo separati sunt: vt hic, & ĵ. de acqui. re. do. l. bonę fi. lei. in prin. & ĵ. de vsur. l. qui scit. §. præterea. idẽ in colono qui nũmis colit: vt ĵ. de fur. l. si apes. §. j. secus in fructuario: vt ĵ. qui. mo. vsusfru. amit. l. si vsufructuarius.

I hominem. CASVS. Seruũ meũ à te vindicabã. lit cõtest. decessit. quod percepisti ex operis eius restituere debes: nisi diu ante lit. cõtest incepisset infirmari, & ita operæ suæ nullæ fuerint. tunc pro operis illius tẽporis nihil præstabis.

h *Ame.* bo. fi. pos. qui non eram in mora, & sic interitu speciei fui liberatus: aliàs de fructibus teneor: vt s. e. Iulianus. li. vj. Digestorum. § j. & l. fructus. Vel dic ibi moram inducere periculum rei. in fructibus autem erit quod hic dicit. quod non placet: vt d. l. Iulia. lib. vj. Digestorum. & l. fructus. Vel ibi culpa vel dolo possessoris perit: hic non. ideoque ibi in re tenetur, & in fructibus vsque ad sententi im: hic in re. & si non re. s. existente propter moram, non tamen in fructu.

i *Fructus.* percepti & percipiendi post lit. cõtest. ex quo fuit ma. fi. & sic etiã homine mortuo durauit officium: vt s. eod. l. vtique. scilicet pro præterito tempore.

k *Facie.* tũc enim nõ veniũt fructꝰ: vt ĵ. de cõdi. trit. l. pe. in fi.

In rem. CASVS. Quilibet de leui poterit se liberare ab in rem actio. quia negãdo se possidere, liberatur. sed si postea

A appareat eum possidere, in petitorem transferenda est possessionem. quamquam non probauerit de intentione sua.

l *Non possidere.* quãdo de hoc à iudice interrogatur: vt s. eo. officiũ. & l. qui petitorio. Non tamẽ hoc dicendo perdit possessionem: quia voluntatem amittendi non habuit. Accur.

Paulus, *ita id verum esse puto, si nõ prius is homo in eã valetudinem ineiderit, propter quam operæ eius mutiles factæ* sunt. nam ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus eius temporis nõ minẽ æstimari conueniret.

Qui negat se possidere, nõ potest conueniri actione: sed si conuincitur de mẽdacio, transfertur possessio in actorem. Bartolus.

LXXX. FVRIVS Anthianus libro primo ad Edictum.

B IN rẽ actionẽ pati nõ compellimur: quia licet alicui dicere, se non possidere[l]: ita, vt si possit aduersarius conuincere rẽ ab aduersario possideri, transferat ad se possessionem per iudicẽ,[m] licet suã esse non adprobauerit.

DE PVBLICIANA IN rem actione.

TITVLVS II.

Iurisconsultus primò ponit edictum: postea exponit illud. h. d. loco summarij. Bart.

I. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

C AIt prætor. [n] *si quis id quod traditur* [o] *ex iusta causa* [p] *nõ a domino*[q], *et nondũ vsucaptũ*[r] *petet: iudiciũ*[s] *dabo.* Merito prætor ait *nõdũ vsucaptũ*: nã si vsucaptũ est, habet ciuilẽ actionẽ[t], Paulus, *ita id verum esse puto, si nõ prius is homo in eã valetudinem ineiderit, propter quam operæ eius mutiles factæ* sunt. nam ne si vixisset quidem in ea valetudine, fructus eius temporis nõ minẽ æstimari conueniret.

Qui negat se possidere, nõ potest conueniri actione: sed si conuincitur de mẽdacio, transfertur possessio in actorem. Bartolus.

LXXX. FVRIVS Anthianus libro primo ad Edictum.

B IN rẽ actionẽ pati nõ compellimur: quia licet alicui dicere, se non possidere[l]: ita, vt si possit aduersarius conuincere rẽ ab aduersario possideri, transferat ad se possessionem per iudicẽ,[m] licet suã esse non adprobauerit.

DE PVBLICIANA IN rem actione.

TITVLVS II.

Iurisconsultus primò ponit edictum: postea exponit illud. h. d. loco summarij. Bart.

I. VLPIANVS libro sexto decimo ad Edictum.

PApinianus libro sexto quæstionũ scribit: Si quis prohibuit[u] vel denũtiauit ex causa venditionis tradi rem[x] quæ ipsius voluntate à procuratore fuerat distracta, [y] & is nihilominus tradiderit: [z] emptorem tuebitur prætor, siue possideat[a] siue petat rem. Sed quod iudicio empti[b] procurator emptori præstiterit, contrario iudicio mandati consequetur. Potest enim fieri, vt emptori[c] res auferatur ab eo qui venire mandauit: quia per ignorantiã non est vsus[d] exceptione quam debuit opponere, veluti. *Si non actor[e] meus ex voluntate tua vendidit.*

Per seruum fugitiuum acquiritur domino Publiciana. Bartolus.

XV. POMPONIVS libro tertio ad Sabinum.

SI seruus meus cum in fuga sit, rem à non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei traditæ per eum nanctus non sim[f].

A

B

C

D

i *Iusti.* de fideiuss. §. fi. sed illam intellige in his in quibus extrinseca solennitas non desideratur. Alij tamen dicunt etiam hæc omnia præsumi solẽniter intercessisse, nisi contra probetur, per prædictum. § instit. & j. de proba. ab ea parte.

r *Deceptus.* ab ipso forte etiam minore, qui fuit mentitus se non habere tutorem alium: vt supra de dolo. l. quid enim.

s *Falso.* vel quia malus, vel quia nullus.

t *Bona fide.* nõ tamen tenuit alienatio: vt j. de re. eor. qui sub tuto. vel curato. l. qui neque. Azo. Sed quo ad fructus. Item secundum quosdam vt dicitur Publi.

Papinianus. ⟩ CASVS. Mandauit tibi procurator meus, vt fundum venderes, & vendidisti: & pretium accepisti: sed nõ tradidisti quæritur an prætor defendat istum emptorem à me non domino? Et respon. quòd sic. & si ego postea egi rei vindic. & emptor except. non opposuit, quam poterat opponere, & sic fuit mihi condemnatus ad restitutionem fundi, & mihi restituit, & ille emptor agere cœpit ex empto contra te nomine euictionis, & tu ei ad duplum condemnatus fuisti: an possit me mandati actione contraria conuenire, quæritur. Et respon. quod sic.

u *Prohibuit.* procuratori suo,

x *Tradi rem.* quæ non erat sua: vt sic faciat ad titulum.

y *Distracta.* & sic non erat res integra: quare non potuit reuocare venditionem dominus. vt subiicit, & j. de do. qui saxum. in prin. & §. Accur.

z *Tradiderit.* parcens suo pudori: vt infra man. l. Quintus. in fin. primi respõsi.

a *Possideat.* imò videtur quòd non: & quòd dominus potuit reuocare: vt infra de except. rei ven. l. j. §. j. quæ est contra. Solu. ibi non erat pretium solutum, hic sic.

b *Empti.* id est pro euictione.

c *Emptori.* agenti ad duplam, re à domino euicta, qui ei venire mandauit.

d *Vsus.* s. emptor: & hæc ignorãtia est probabilis: quia in alieno facto in hoc casu. s. an dominus mandasset: vel si mãdasset, an mandatum reuocasset, quod poterat fieri ignorãte emptore: vt habes j. de manu. vin. l. si pater. & j. man. l. si fideiussor.

e *Si non actor.* id est procurator, idemq; venditor. & sunt hæc verba exceptionis. Et not. quòd licet emptor patiatur hic iniuriam. quia tempore reuocationis erat iam pretium solutum: tamen sine culpa sua patitur, & ideo agit, vt hic, & infra de fideiuss. l. exceptione. & infra de euic. l. ii per imprudentiam.

Si seruus. ⟩ CASVS. Habebam seruum, qui à me fugit: & cũ erat in fuga, emit rem à non domino, & bona fide, à cuius possess. cecidit an mihi competat Publicia. quæritur. Et respõ. quòd sic, quanuis illius rei possessionem nanctus non sum.

f *Non sim.* imò etiam per fugitiuum possessio quæritur: vt j. de acquirenda poss. l. j. §. per seruum qui in fuga. in fin. §. & l. rem quæ nobis. & de lib. cau. si cui. §. licet. in fin. quæ sunt contra. Solu. ibi fuit tradita res seruo, hic non, secundum quosdam. Alij dicunt quòd adquiritur ciuilis, vt ibi: non naturalis, vt hic. & ratione illius ciuilis datur hic Publiciana, si ab ea dominus cadat. Tu dic hunc seruum ab alio possideri, & mala

fide. vnde possessio per eũ nec possessori malæ fidei, nec mihi domino adquiritur: vt infra de adqui. pos. l. j. §. sed si per eũ. dominium tamen mihi adquiritur directum si dominus erat tradens: vel vtile si nõ erat dominus, & ita Publiciana: vt hic. & sic sine possessione hoc casu Publiciana adquiritur: vt & dixi ſ. eod. l. quæcunque in princip. Item & pro his rebus habeo actionem vi bonorũ raptorum, si seruo raptæ fuerint: vt & j. vi bo. rapt. l. ij. §. si fugitiuus.

Publiciana quandoque sine possessione quæritur.

** Initium capitis est in vulga.*

Exceptio dominij repellit Publicianam. hoc dicit cum. l. sequenti.

XVI. PAPINIANI libro decimo Quæstionum Paulus* notat.

EXceptio[a] iusti dominij Publicianæ obiicienda est.

XVII. NERATIVS libro tertio Membranarum.

PVbliciana actio nõ ideo comparata est, vt res domino auferatur (eiusq; re argumentũ est primo æquitas[b], deinde exceptio[c], *si ea res possessoris non sit.*) sed vt is qui[d] bona fide emit, [e] possessionemque eius ex ea causa nanctus est, potius [f] rem habeat.

a *Exceptio.* Exceptio. ſ. Casvs. Rem à non domino bo. fide emi ab huius rei pos. cecidi, & dominus verus eã possidet. quæritur si ago contra verum dominũ Public. an possit excipere. Et respon. quòd sic. & in l. sequẽ. datur consilium vero domino: quòd potest obiicere exceptio. iusti dominij, & hoc propter æquitatem: quia æquitas hoc suadet. Nam Publi. actio non ideo inuenta est, vt res vero domino auferatur, sed vt potius res habeat. bo. fid emptor olim præter dominum.

b *Publiciana. Primo æquitas.* si habes primo, planum est. si habes prima, dic quòd de ea æquitate dicit, quæ dicitur primitiua iustitia: vt infra de rediff. gu. iur. l. iure naturæ. & quod subiicit: deinde ex &c. q. d. secunda iustitia, quæ dicitur positiua.

c *Exceptio.* ſ. hæc si nõ ea, &c. Accursius.

d *Sed vt is.* subaudi: sed ideo cõparata est hæc actio, vt &c.

e *Emit.* vel simili tit. vel causa accepit.

f *Potius.* quàm alius qui nõ sit dominus: vt insti. de act. §. alię. in casibus tamen etiam contra dominum datur. Primus, ei qui missus est ex causa damni infecti in pos. vt infra de dam. infect. l. damni infecti. §. pe. Secundus in seruo noxæ dato: vt infra de noxa. l. si noxale. §. fin. & l. generaliter. Tertius, in eo qui non dominus vni vendidit: deinde factus dominus vendidit alteri: vt ſ. titu. j. si à Titio. & infra de exceptio. rei ven. & trad. l. si à Titio. Quartus, quando qui à non domino emit, à domino postea conuentus, fuit ab eo absolutus. nam etiam si ad dominum postea possessio redit, agitur contra eũ hac actione: vt infra de excep. rei iudic. l. si quis rem. Quintus est secundum quosdam: vt ſ. titu. j. si culpa. sed nos de vtili in rem illam loqui dicimus.

** Vulg. Agri ciuitatũ secundum Iuliani sententiã alij vec. voc. alij non vectigales.*

g SI AGER VECTIGALIS VEL EMPHYTEUTICARIUS petatur.

Vel. pro id est. nam idem sunt: vt supra qui satisda. cog. sciendum. §. 1. Et dicitur ager vectigalis, quia reditus siue pensio, quod vectigal dicitur, pro eo præstatur: vt infra l. 1. & infra de verborũ significa. l. inter publica. §. publica. Et de his dicitur infra de dam. infec. l. si finita. §. si de vectigalibus. & infra de triti. l. 1. §. 1. Accursius.

AGri.ſ. Casvs. Hic dicit iurisconsultus alij sunt agri vectigales, alij nõ: vt in litera. (QVI.) Locauit mihi respu. prædium, vt quandiu soluam mercedẽ, tandiu non auferatur mihi. postea ego emphyteuta cecidi à poſſ. habeo vtilem rei vindi. licet non sum dominus. Idem in eo qui accepit in emphyteusin, sed ad tempus: quia & ille vtilem rei vindica. habet si cadat à pos. Lex ista plana est cum l. seq.

h *Agri ciuitatium.* idem iuris & in priuatis: vt argu. ſ. de peti. hered. l. item veniunt. §. petitam. Accursius.

i *In perpetuum.* aliter quàm hic exponitur infra pro socio. l. j. sed sicut hic, exponitur insti. loca. §. adeo. & in auth. de ali. & emphy. §. licentiam. col. ix.

k *Successerunt.* etiam in rem illam tantum: vt infra de loco publi. fru. l. j. in principio.

l *Eos.* agros.

m *Solemus.* puta in annum.

n *Domini.* ſ. directo.

o *In rem.* vtile: vt ſ. de pig. act. tutor. §. fi. & ſ. de superfi. l. j. §. quod ait prætor. & de hac actione loquitur infra de euic. l. si cum venditor. in princ. Et not. secundũ Io. q. non dicit hic quòd etiã vtile habeat dominium: sed satis potest dici. Veruntamen lex nonvocat eum heredem vel dominum qui habet vtiles actiones: vt s. de mino. & si fine §. restitutus. Accursius.

p *Ita tamen. Soluant.* idem etsi non soluãt quo ad exttaneos. & facit. ſ. de loc. publ. fru. l. j. in fin. ADDITIO. Istam glo. dicit valde not. Bart. hic, ad hoc q. si emphyteuta non soluit emphyteusin, non debet obiici ista exceptio ab extraneo, sed solum à domino. & est casus in l. ij. C. de iur. emphyt & & sic non transfertur dominium ipso iure: sed domino volente, secundum Bar.

q *Idem est & si ad tempus.* nõ modicum: vt ar. j. de superfi. l. j. §. quod ait prætor. Sed quod est hoc? dicunt quidam x. dierum: vt ar. ſ. de iti. ac. priua. l. j. §. j. Alij x. an. vt C. de præscrip. lõgi. temp. l. fin. & ſ. qui & à qui. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. Tu dic, arbitrio iudicis dici non modicum: vt infra de iur. delibe. l. j. in fi. Media placet. Accur.

Qui in perpetuum fundũ fruendũ conduxerunt à municipibus: quamuis non efficiantur domini[n], tamen placuit competere eis in rem[o] actionem aduersus quemuis possessorem: sed & aduersus ipsos municipes.

II. VLPIANVS libro septimo decimo ad Sabinum.

ITa tamen, si vectigal soluãt[p].

III. PAVLVS libro vicensimo primo ad Edictum.

IDem est & si ad tẽpus[q] habuerint conductũ: nec tẽpus cõductionis finitum sit.

Digestorum seu Pandectarum liber septimus.

DE VSVFRVCTV, ET quemadmodum quis vtatur fruatur.

TITVLVS I.

I. PAVLVS libro tertio ad Vitellium.

VSusfructus est ius[r] alienis[s] rebus vtendi fruendi salua rerum substantia.

II. CELSVS libro octauodecimo Digestorum.

Dictum est de actionibus in rem competentibus pro corporalibus: nunc de his quæ pro incorporalibus, vt seruitutibus. Et quia aliæ sunt reales, aliæ personales: de personalibus vt de dignioribus præmittit.

r *Susfructus est ius.* id est seruitus. & sic accipitur insti. de rebus corpo. & incorpo. §. j. & infra de serui. vrb. prædi. l. j.

s *Alienis rebus.* alienis ideo dicit, quia res sua nemini seruit iure seruitutis: vt ſ. si vsusfru. petat. l. vti frui. j. respon. Accursius.

t *Vtendi.* propter creditorem qui habet ius in re aliena, non potest tamen vti: imò furtum committit si vtatur: vt instit. de obli. quæ ex delicto. §. furtum autem. j. respon. Sed quia vsuarius hoc habet. ſ. quod vtitur, adiecit, fruendi: quod plus est quàm vti: vt instit. de vsu & habit. §. j. Item quia hæc omnia habet superficiarius & emphyteuta & similes: adiicit, salua rerum substantia: quod quidam sic exponũt, id est præstita cautione de saluanda substantia: vt C. eo. l. j. Vnde secundum eos quæritur, an ipsa cautio sit de definitione? Et dicunt quòd sic: quod non placet: quia sic non posset vsusfr. esse sine ea: sed est etiam antequam sit interposita, vsusfr. vt ſ. de vsufr. ea re. quæ vsu con. l. hoc senatusconsultum. §. si pecuniæ. & infra quemad. ſer. amit. si partem. §. j. & infra quando dies le. ce. cum ita. §. cum legato. l. seruo. Item quandoque cautio nunquam præstatur: vt infra vsufr. quemad. ca. si vsusfru. ij. §. plane. Non ergo est de definitione vel de substantia cautio vsufruc. Dic ergo salua rerum substantia. i. ne in totum pereat substantia. q. d. tandiu durat vsusfru. quandiu durat substantia. & hoc est quod statim subiicit. infra l. proxi. & secundum hoc possunt dici

† *Quinam agri vectigales dicantur, pulchre differit Alc. l. 3. Dispun. ca. 10. Qui vero emphyteutici, & quod emphyteusis, Bartolinus Pius in adnotationibus ad ll. c. 46. de quo & C. de iure emphyteutico. & Hyginus lib. de limitib. agr.*

dici illa verba, salua rerum substantia, de definitione. Item an cautio quam vsufructuarius præstat, possit ab herede remitti? P. dixit quòd non: arg. C. eo. tit. l. j. Sed nos contra per generalem regulam, vt C. de pact. l. pen. Item per similem: vt infra ad leg. Falc. quod de bonis. in fi. & l. potest. Accur.

a *Omnium. Vsusfructus.* sed differt ab alio legato: quia adita hereditate cedit: vt j. quando di. vsusfr. le. ce. l. j. §. dies. & C. de caduc. tol. §. excepto.

b *Patiatur.* nam nō recipiunt verā traditionem: vt j. de acqui. re. do. seruus. §. incorporales. sed patiētia loco traditionis est: vt hic, & j. de serui. rust. præ. l. j. in fi. & j. de serui. l. quotiens. in fi.

c *Pactionibus.* i. pactionalib⁹ stipulationib⁹. Vel dic, pactionibus. i. aliis cōtractibus à verborū obligationibus: & stipulationibus. i. verb. obligationibus.

d *Ceterisque.* s. omnibus exceptis his quæ vsu consumuntur: vt insti. e. tit. §. constituitur. sed in istis etiā potest vtilitatis causa, vt ibi subiungitur.

e *Reuerti.* No. extinguitur formalis qui est seruitus: & redit ad proprietatem, quæ est causalis. i. cū causa quę est proprietas. & quòd hic dicatur vsusfruc. causalis qui est cum proprietate, probatur. j. de except. rei iud. si cum testamento. §. pe. Item no. ar. in prin. huius. §. secundum Ir. q̄ quis non potest locare operas suas in perpetuum, ne inutilis esset libertas. Ar. pro eo. j. de condic. & de Titio. §. iij. Sed tu dic cōtra. nec ob. dicta ratio: quia præstando interesse, liberatur: vt j. de re iu. l. si quis ab alio. §. fi. Item quia per substitutum potest seruire: vt C. de epi. & cler. ad similitudinem a & l. quisquis. & authentic. assciptitios.

f *Et finitur.* vt instit. de vsu & ha. in princi. Sed non omnibus modis quibus vsusfruct. constituitur, & vsus: vt j. eo. vsusfructus. & infra de vsu & ha. l. vsus. Accursius.

g *Vsusfructus. Pars dominij.* i. species: vt dominiū sit quoddam totū continens sub se proprietatē nudam, & vsumfr. & secundum hoc aliud erit proprietas nuda, aliud dominiū plenum: vt ar. C. de acqui. pos. l. per procuratorem. secundum P. Vel verius dic, similitudinem habet cū domino. secundum R. non autem est pars prædicamentalis: quia sic esset dominiū. sic ponitur portio. j. de his qui deie. vel effu. si vero. §. hoc edictum. Assimilatur autem, vt statim subiicit eadem lex: & in quatuor casibus qui sunt. j. l. proxi. nam non sic in aliis seruitutibus: vt ibi dices. Itē venit in venditione bonorum: vt j. de bo. auct. iud. pos. in venditione. Itē ei de dam. infec. cauetur vt domino: vt j. eod. l. vsufru. leg. §. j. & j. de dam. infec. qui bona. §. & superficiarium. Propter hoc autem dicitur pars dominij, vt hic non quòd sit dominiū: vt j. de ver. sig. l. recte dicimus. & j. de leg. ij. Mæuius. §. pen. Item in eo quod obligatur fideiussor pro vsufru. perinde ac si in partem fideiuberet: vt j. de fideiuss. l. si à reo. §. reo. E contra si in multis differt à dominio. Primo quia non vsucapitur. vt j. de vsuca. iusto. §. non mutat. Item nō impeditur vsucapio proprietatis: licet sciam alienum

ff. Vetus.

EST enim vsusfructus ius in corpore: quo sublato & ipsum tolli necesse est.

III. GAIVS libro secundo Rerum Cottidianarum, vel Aureorum.

OMnium prædiorū iure legati potest constitui vsusfructus[a], vt heres iubeatur dare alicui vsumfructum. Dare aūt intellegitur, si induxerit in fundū legatariū, eúmve patiatur[b] vti frui. Et sine testamento autē si quis velit vsumfructū constituere, pactionibus[c] & stipulationibus id efficere potest. Constituitur * autē vsusfructus nō tantū in fundo & ædibus, verū etiā in seruis & iumētis, ceterisq́; [d] rebus. Ne tamē in vniuersum inutiles essent proprietates semper abscedente vsufructu, placuit certis modis extingui vsumfructū, & (ad) proprietatē reuerti[e]. Quibus autem modis vsusfructus cōstituitur * & finitur, [f] iisdem modis etiam nudus vsus solet & constitui & finiri.

IIII. PAVLVS libro secundo ad Edictum.

VSusfructus in multis casibus pars[t] dominij gest. Et extat, [h] quod vel præsens, vel ex die dari potest [i].

Vsusfructus est diuidnus ab initio, & ex postfacto. l. d. cum l. seq. Bart.

V. PAPINIANVS libro septimo Quæstionum.

VSusfructus & ab initio pro parte indiuisa vel diuisa cōstitui, [k] & legitimo [l] tempore similiter amitti, eadēq́; [m] ratione p legē Falcidiā minui potest. [n] Reo quoque promittēdi defuncto, in partes [o] hereditarias vsusfructus obligatio diuiditur. Et si ex cōmuni prædio debeat: vno ex sociis defendēte, pro parte defendentis [p] fiet restitutio.

VI. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

VSusfruct⁹ plurib⁹ modis cōstituitur: vt ecce si legat⁹ fuerit. Sed & proprietas deducto vsufructu legari potest vt apud heredē maneat [q] vsusfructus. Cōstituit adhuc vsusfructus & in iudicio familiæ erciscūdæ, & cōmuni diuidūdo, si iudex alij proprietatē adiudicauerit, [r] alij vsumfructū. Adquiritur autē nobis vsusfructus nō solum per nosmetipsos, sed etiā per eas quoq; personas quas iuri nostro subiectas habemus [s].

Nihil autē vetat, seruo meo herede instituto [t] legari proprietatē deducto vsufructu.

VII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

VSufructu legato, omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut rei soli, aut rei mobilis vsusfructus legatur. Rei soli, vtputa ædiū vsufructu legato, quicunque reditus est, ad vsufructuarium pertinet: quæque obuentiones sunt [u] ex ædificiis, ex areis, & ceteris quæcunq; ædium sunt. Vnde etiam mitti eum in possessionem vicinarum ædium causā damni infecti placuit: & iure dominij possessurum eas ædes, si perseueretur nō caueri: nec quicquam amittere [x] finito vsufructu.

a VSusfructus plurib⁹ modis. cōstituitur: vt ecce si legat⁹ fuerit. Sed & proprietas deducto vsufructu legari potest vt apud heredē maneat [q] vsusfructus. Cōstituit adhuc vsusfructus & in iudicio familiæ erciscūdæ, & cōmuni diuidūdo, si iudex alij proprietatē adiudicauerit, [r] alij vsumfructū. Adquiritur autē nobis vsusfructus nō solum per nosmetipsos, sed etiā per eas quoq; personas quas iuri nostro subiectas habemus [s].

Nihil autē vetat, seruo meo herede instituto [t] legari proprietatē deducto vsufructu.

VII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

VSufructu legato, omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut rei soli, aut rei mobilis vsusfructus legatur. Rei soli, vtputa ædiū vsufructu legato, quicunque reditus est, ad vsufructuarium pertinet: quæque obuentiones sunt [u] ex ædificiis, ex areis, & ceteris quæcunq; ædium sunt. Vnde etiam mitti eum in possessionem vicinarum ædium causā damni infecti placuit: & iure dominij possessurum eas ædes, si perseueretur nō caueri: nec quicquam amittere [x] finito vsufructu.

f *Et finitur.* vt instit. de vsu & ha. in princi. Sed non omnibus modis quibus vsusfruct. constituitur, & vsus: vt j. eo. vsusfructus. & infra de vsu & ha. l. vsus. Accursius.

g *Vsusfructus. Pars dominij.* i. species: vt dominiū sit quoddam totū continens sub se proprietatē nudam, & vsumfr. & secundum hoc aliud erit proprietas nuda, aliud dominiū plenum: vt ar. C. de acqui. pos. l. per procuratorem. secundum P. Vel verius dic, similitudinem habet cū domino. secundum R. non autem est pars prædicamentalis: quia sic esset dominiū. sic ponitur portio. j. de his qui deie. vel effu. si vero. §. hoc edictum. Assimilatur autem, vt statim subiicit eadem lex: & in quatuor casibus qui sunt. j. l. proxi. nam non sic in aliis seruitutibus: vt ibi dices. Itē venit in venditione bonorum: vt j. de bo. auct. iud. pos. in venditione. Itē ei de dam. infec. cauetur vt domino: vt j. eod. l. vsufru. leg. §. j. & j. de dam. infec. qui bona. §. & superficiarium. Propter hoc autem dicitur pars dominij, vt hic non quòd sit dominiū: vt j. de ver. sig. l. recte dicimus. & j. de leg. ij. Mæuius. §. pen. Item in eo quod obligatur fideiussor pro vsufru. perinde ac si in partem fideiuberet: vt j. de fideiuss. l. si à reo. §. reo. E contra si in multis differt à dominio. Primo quia non vsucapitur. vt j. de vsuca. iusto. §. non mutat. Item nō impeditur vsucapio proprietatis: licet sciam alienum

h *Et extat.* id est certum est.

i *Dari potest.* & ad diē: vt infra fa. ercis. & puto. §. ij. quod non est in aliis seruitutibus: vt infra de serui. l. iiij. Accursius.

k *Vsusfructus. Constitui.* quod nō est in aliis seruitutibus: vt infra de serui. pro parte. & infra ad legē Falcidiam. l. j. §. si vsusfructus.

l *Legitimo tēpore.* scilicet x. vel xx. anno. vt C. de præscri. lōg. tēp. l. fi. & in hoc differt ab aliis seruitutibus.

m *Eademq; ratione.* qa pro parte constituitur: pro parte ergo deminuitur. vel sic: quia pars dominij est: ergo pro parte deminui possit.

n *Minui potest.* scilicet commodè: vt infra ad leg. Falc. hereditatum. In aliis autem tota petitur: sed partis æstimatio redditur: vt infra de doli ma. excep. l. pure. §. finali. & j. ad legem Fal. l. lege Falcidia.

o *In partes hereditarias.* secus in ceteris seruitutibus: quia insolidū remanent obligari: vt infra de verb. obl. l. ij. & infra si serui. vin. l. loci. §. si fundus.

p *Defendentis.* scilicet tantum: sed in ceteris seruitutibus insolidū: vt infra si serui. vindi. l. loci. §. si fundus. Accursius.

q *Vsusfructus. Maneat.* non tamē per omnia vice cuiuslibet fructuarij habetur, vt infra de vsufructu. accres. l. idem. §. j.

r *Adiudicauerit.* vt hic, & infra fa. ercisc. & puto. §. j. & infra communi diui. l. si quis putans. §. pen.

s *Habemus.* vt insti. per quas perso. no. acqui. in prin.

t *Instituto.* si dicas à me & alij proprietatem legatā: tunc planum est. Item si dicas ab alio instituto, & similiter alij extraneo proprietatem legatam, & tunc planum est. Si autem dicas vt dixit Io. ab alio instituto, & mihi domino proprietatem legatam: & tunc bene est: quia cedit dies ab adita hereditate: vt infra quando di. vsusfruc. le. ce. l. j. §. dies. Ideoque quia potest interim manumitti seruus, & sic suo arbitrio adibit: vel alienari, & sic iussu alterius, omnia conualescent, & cessat Catonis regula vt infra de reg. Cato. l. j. Accursius.

u *Vsusfructu legato. Obuentiones sunt.* ergo cum licere obligare, sit fructus rei: vt j. de vsur. l. fi. & de reg. iur. fructus rei est, poterit fructuarius obligare. Sed contra C. e. interest Sol. licere obligare, est fructus, id est vtilitas: non autem obuentio: & sic hic. Vel potest obligare ipsum ius, non ipsam rē, cum sit aliena.

x *Nec quicquam amittere.* nam etiā finito vsufructu retinet: vt hic dicit. & est ratio: quia hoc ipsum est vsusfru. & eius ratione accessit: vt j. pro soc. l. verū. §. si seruo cōmuni. & §. de peti.

here. at vbi cum semel tantum cesserit dies huius perceptionis: vt C. quando di. leg. ce. l. ij. aliàs secus: vt infra eod. si operas. & l. sed & si quis. §. si operas.

a *Hac ratione.* quia omnis fructus pertinet ad fructuariũ. Ac.

b *Pom.* l. à domino: sed nec à fructuario nisi quod ad fructus sit necessarium: vt j. l. proxi. & sequen.

c *Reficere quoque.* quia vbi emolumẽtum, ibi onus: vt instit. de leg. patro. tut. §. fi. Accur.

d *Sarta tecta.* i. vt reficiat, tignum vel coppum apponendo. Alij sic, id est vt habeat ea quæ remouẽtur occasione emendationis: quod est verum: sed non per hanc l. vt & infra eod. l. quid ergo fi. Accursius.

† *Vide ad hoc Inno. in no. à nobis. extra de decimis.*

e *Si qua tamẽ vetustate.* superiori ergo casu nõ vetustate. vel parua destructio hęc: magna arbitrio iudicis: vt subiicit, vnde &c.

f *Corruissent.* cum tota domus non corruerit: & sic durat vsusfr. aliàs extingueretur: vt infra qui. mo. vsusfruc. amit. l. repeti. §. rei. Vel dic quod hic erat vsusfru. omnium bonorum legatus. Accursius.

g *Quærit.* & respõdet.

h *Refectio.* non causa vetustatis: vel etiã causa vetustatis.

i *Pertinet.* vt eam facere cogatur: vt hic, & s. l. proxi. in fi. & infra de dam. infec. inter fructuariũ. aliàs ab vsufructuario repellitur: vt j. de dam. infec. hoc amplius. §. fina. & l. sequen. Et idẽ in creditore vt reficiat, vel caueat de dam. infec. alias suo iure priuatur: vt infra de dam. infec. l. quid de creditore. & l. si finita. §. item quæritur. Sed quę erit modica impẽsa in prędictis? Respon. duorum aureorum: vt. supra de dolo. si oleũ. §. fi. Vel dic melius, iudicis arbitrio: vt infra de iure deli. l. j. §. fina. vltra quem si quid impendit repetit à proprietario: vt C. e. l. eũ. In vsuario autem dic: vt infra de vsu & hab. si domus.

** subserere.*

k *Ab ea.* aliàs ab eo. s. fructuario cui legatus est vsusfru. Vel dic ab eo fundo. quidam hoc etiam habent in textu. Et sic no. quòd ratione rei quædã modica præstantur: vt & j. cõmoda. in rebus. §. possunt. & C. de pig. l.

** Halo fluuarij.*

Hac ratione [a] Labeo scribit nec ędificiũ licere domino te inuito altius tollere: sicut nec areæ vsufructu legato potest in area ædificiũ poni[b]. quam sententiã puto veram. Quoniã igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere[c] quoq; eũ ædes per arbitrum cogi Celsus libro decimo octauo Digestorũ scribit: hactenus † tamẽ, vt sarta tecta[d] habeat. si quæ[e] tamẽ vetustate corruissent[f], neutrum cogi reficere: sed si heres refecerit, passurum fructuariũ vti. Vnde Celsus de modo sarta tecta habendi quærit[g]. Si quæ vetustate corruerunt, reficere non cogitur. Modica igitur refectio[h] ad eũ pertinet[i]: quoniã & alia onera adgnoscit vsufructu legato: vt puta stipendium vel tributum vel salariũ vel alimenta ab ea[k] re relicta. Et ita Marcell[l] libro tertiodecimo scribit. Cassius quoq; scribit libro octauo iuris ciuilis, fructuariũ per arbitrum cogi reficere[l]: quemadmodum adserere[*] cogitur arbores[m]. Et Aristo notat hæc vera esse. Neratius autẽ[n] libro quarto membranarum ait, nõ posse fructuariũ prohiberi quo minus reficiat: qa nec arare prohiberi potest, aut colere. Nec solum necessarias[o] refectiones facturum, sed etiam voluptatis causa, vt tectoria & pauimenta & similia facere. Neque autem ampliare[p], nec vtile detrahere posse:

VIII. IDEM libro quadragensimo ad Edictum.

QVamuis melius [q] repositurus sit. quæ sententia vera est.

IX. IDEM libro septimodecimo ad Sabinum.

ITem si fundi vsusfructus sit legat[r], quicquid in fundo nascitur, quicquid inde percipi potest, ipsius fructus[*] est: sic tamen, vt boni viri arbitratu fruatur. Nam & Celsus libro octauodecimo Digestorum scribit, cogi † eum posse rectè colere. Et si apes[r] in eo fundo sint, earum quoque vsusfructus [s] ad eum pertinet. Sed si lapidicinas habeat, & lapides cædere velit: vel cretifodinas habeat, vel harenas: omnibus his vsurũ[t] Sabinus ait quasi bonum patremfamilias. quam sententiam puto veram. Sed si & metalla post vsumfructum legatum sint inuẽta: cum totius agri relinquatur vsusfructus non partium, continean tur[u] legato. Huic vicinus[x] tractatus est, qui solet in eo quod accessit tractari. Et pla cuit alluuionis quoq; vsumfructũ ad fructuarium pertinere[y]. Sed si insula iuxta fundum in flumine nata sit, eius vsumfructum ad fructuariũ non pertinere Pegasus scribit: licet proprietati accedat[z]: esse enim veluti propriũ fundum[a], cuius vsusfructus ad te non pertineat. quę sententia non est sine ratione. Nam vbi latitet[b] incrementum, & vsusfructus augetur: vbi autem apparet separatũ, fructuario non accedit. Aucupiorum quoq; & venationum reditum Cassius ait libro octauo iuris ciuilis ad fructuarium pertinere. ergo & piscationum. Seminarij autem fructum puto ad fructuarium pertinere: ita tamẽ, vt & vendere[c] ei & seminare liceat. Debet tamen conserendi agri causa seminarium paratum semper renouare[d], quasi instrumentum[e*] agri, vt finito vsufructu domino restituatur. Instrumenti[f] autem fructum habere debet: vendendi tamen facultatem non habet. Nam & si fundi vsusfructus fuerit legatus, & sit ager[g] vnde palo in fundum cuius vsusfructus legatus est, solebat paterfamilias vti, vel salice, vel arundine, puto fructuarium hactenus vti posse, ne ex eo vendat[h]: nisi fortè salicti ei vel

A

B

C

D

l *Reficere.* nisi velit cedere vsumfru. vt j. eo. l. cũ fructuarius.

m *Arbores.* in locũ demortuarũ: vt j. eo. l. agri. nisi sint diuulsæ radicitus: vel vi ventorũ deiectę, vel ruptæ: vt j. eo. l. arbores.

n *Neratius autẽ.* Cassio & Aristoni cõtradicens. Respõ. quod est verum si sentiret de vetustate. aliàs bene dicunt: vt s. e. l. vsufru. legato in fi.

o *Necessarias.* de his dic vt dixi. j. e. si cui. §. fructuarius. in prin.

p *Ampliare.* aliquid noui faciendo: vt j. eo. vsufructuarius non. uum aliàs potest: vt j. eo. si cuius. §. fructuarius. & §. vnde. quę est contra.

q *Melius.* Melius esse nõ videtur quod sit cõtra dominj volũtatẽ: vt infra de actio. §. præterea.

r *Item si fun. Et si apes.* aliàs lapides. aliàs apes.

s *Vsusfructus.* i. dominium. vel dic proprie ad vsum forte cędendi. Accursius.

t *His vsurum.* & fruiturum.

v *Continẽatur.* s. metalla post inuenta. & sic siue sint ibi lapides iã effossi, siue lapidicinę factæ. siue postea fiãt, semper habet vsumfr. sed ar. contra. j. de cõtrahen. empt. l. fundi. vbi distinguitur an tẽpore vẽditionis erant inuẽtæ, vel nõ: sed ibi in alio casu dicit: quia nõ videbatur excepisse vẽditor lapides nisi qui apparebant.

x *Huic vicinus.* quia supra de augmentis. & j. similiter dicit.

y *Pertinere.* hic no. qđ accedit, sequitur causam eius cui accedit: vt s. de Publi. si ego. §. qđ tamẽ. & C. de allu. l. ij. & j. de pig. ac. si cõuenerit. §. si nuda. & j. de pi. si fundus. in prin. & j. de admi. tut. l. quotiẽs. §. fi. & l. tutorẽ. & j. de pac. do. inter. §. cũ inter. & j. e. vsufructus rium. §. si in viuariis. & j. de le. j. si ex toto.

z *Accedat.* ei cui proximior est: sed in mari nata sit occupantis: vt instit. de re. diu. §. insula.

a *Propriũ fundũ.* s. separatum sic & in agris si limitatis: vt infra de adqui. re. do. l. in agris.

b *Latet.* tacitè innuit definitionem alluuionis: vt instit. de re. di. §. præterea quod per alluuionem. Azo.

c *Vendere.* ne marcescant. Accursius.

d *Renouare.* vendendo, vel permutando.

e *Quasi instrumentum.* scilicet aliud. nam & hoc est instrumentum: vt infra de fun. instru. l. quæsitum. §. j.

f *Instrumenti.* alterius quàm seminarij.

g *Ager.* alius tibi proximus. Accursius.

h *Vendat.* vtetur quidẽ quasi instrumento si voluntas legantis talis

i. Et ar. infra de ali. leg. l. ij. & l. Lucius.

885

tis talis appareat: vt hic & infra de fund. instru. l. prædia. Sed aliud quãdo ipsius fundi talis esset vsusfr. relictis, vt subiicit. Et sic not. ar. quòd multa conceduntur principaliter & directo, quę non conceduntur per consequentiam vel obliquum.

a *Legatus.* & hoc casu intellige hanc. l. vsque in fi.

b *Ad modum.* q. d. vt bonus vir debet vti. Et ad modum, non autem qualiter dominus vtebatur: vt hic, & j. eod. si pendentes. §. j. dummodo non mutet in contrarium vsum: vt j. eo. si cuius. §. fina. Accursius.

c *Ex silua cædua.* Quę scilicet cæsa est, & renascitur: vt j. de verb. sign. l. silua. Vel dic hic, id est matura: vt in ea l. in prin. & dic vsumfruc. in ea legatum: & sic etiam vendere potest: vt supra l. proxi. in fin. Et secundum hoc dic pedamẽta, id est paruulas arbores ad pedes arborũ grandium nascentes, quæ dicuntur germinales: vt j. sol. ma. l. diuortio. §. puto autẽ. hoc etiam in l. seq. in-

Pedamenta quæ tam. j. de verb. sig. l. scribit.

nuit. vel dic pedamenta, id est stipites arborum: vt ff. l. proxi. ij. respon. Vel dic casum, qp vineæ fuit relictus vsusfru. ad quẽ paterfa. vtebatur palo illius silux: & tunc dices pedamenta, id est palos, quasi apodiamenta vinearum, vel vitium. mediam probo. contra j. eo. si absente. §. fi. Accursius.

d *Ex non cædua.* id est non matura.

c *In vineam.* id est ad necessitatem tantum. Et sic not. quòd hoc casu habet tantum fructuarius quantum vsuarius, & non plus: vt infra de vsu & habi. l. diuus. sic & infra de vsufruct. earum rerum. l. quoniam pecu-

Sic, nisi pendam.

niæ. §. j.

f *Sumpturum.* etiã ad vendendum. Accur.

g *Sed si grandes.* secundum vltimam positionem casus superioris responsio bene stat. Sed secundum mediam dic quòd silua non erat cædua, id est matura: licet aliquæ grandes arbores essent ibi, nam simul debent cædi.

h *Arboribus euulsis.* vetustate, vel terræmotu: vt differat à sequenti: & hoc si impediant fructuarium, potest compelere dominum vt tollat: vt infra eo. l. Proculus. §. fi.

i *Ad vsum suum.* scilicet de lignis quæ non sunt ad ædificandum. & caue, quia loquitur in non cædua: vt supra eodem. l. ex silua.

k *Villæ.* id est, domus in rure factæ gratia fructuum: vt infra de verb. sign. l. fundi.

Materia. Lignum.

l *Materia.* materia dicitur quæ est apta ad ædificandum: lignum autem, quod est ad comburendum: vt hic, & infra de leg. iij. ligni. in principio.

m *Aliequin.* id est si vltra suum vsum & villæ dicas eum vti posse. Accursius.

n *Fructuarius.* & combureret: quod est absurdum.

o *Materiam.* de arboribus euulsis.

ff. Vetus.

silvæ palaris, vel arũdineti vsusfructus sit legatus. [a] tunc enim & vẽdere potest. Nam & Trebatius scribit, siluã cęduã & arundinetũ posse fructuarium cędere, sicut paterfamilias cædebat: & vendere, licet paterfamilias non solebat vẽdere, sed ipse vti. Ad modũ [b] enim referendum est, non ad qualitatem vtendi.

X. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

EX silua cædua [c] pedamẽta, & ramos ex arbore vsufructuariũ sumpturũ: ex nõ cædua [d] in vineã [e] sumpturũ, [f] dũ ne fundum deteriorẽ faciat.

XI. PAVLVS libro secundo Epitomatorum Alfeni Digestorum.

SEd si grandes [g] arbores essent, [f] nõ posse eas cædere.

XII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

ARboribus euulsis, [h] vel vi ventorum deiectis, vsq; ad vsum suum [i] & villæ [k] posse vsufructuariũ ferre Labeo ait, nec materia [l] eũ pro ligno vsurum, si habeat vnde vtatur ligno. quam sententiã puto veram. alioquin [m] & si totus ager hunc casum passus sit, omnes arbores auferret fructuarius. [n] Materiam [o] tamen ipsum succidere quantum ad villæ refectionem [p] putat posse: quemadmodum calcem, inquit, coquere, vel harenã fodere, aliúdve quid ædificio necessarium sumere. [q] Nauis vsufructu legato nauigatum [r] mittendam puto: licet naufragij periculum immineat. Nauis etenim ad hoc paratur, vt nauiget. [s] Vsufructuarius vel ipse frui ea re, [t] vel alij fruendam concedere, [u] vel locare [x] vel vendere potest. Nã & qui locat, vtitur: [y] & qui vendit, vtitur. Sed & si alij precario concedat, vel donet, [z] puto eum vti: atq; ideo retinere vsumfructum. & hoc Cassius & Pegasus responderunt: & Põponius libro quinto ex Sabino probat. Non solum autẽ si ego locauero, retineo vsumfructum, sed & si alius negotium meum gerens locauerit vsumfructum, Iulianus libro trigensimo quinto scripsit retinere [a] me vsumfructum. Quid tamen si non locauero, sed absente & ignorante me negotium meũ gerens vtatur quis & fruatur? Nihilominus retineo vsumfructum. quod & Põponius libro quinto probat, per hoc quòd negotiorum gestorum actionem adquisiui. [b]

Per vnum actum singularem retinetur quasi possessio totius iuris in vniuersõ. Bart.

De illo Pomponius dubitat, si fugitiuus in quo meus vsusfructus est, stipuletur aliquid ex re mea, vel per traditionẽ accipiat: [c] an per hoc ipsum, quasi vtar, retineam vsumfructum: magisq; admittit [d] retinere. Nam sæpe etiam si præsentibus [e] seruis non vtamur, tamen vsumfructũ retinemus: vt puta ægrotante [f] seruo, vel infante, [g] cuius operæ nullæ sunt, vel defectæ senectutis homine. Nam & si agrum aremus, licet tam sterilis sit vt nullus fructus nascatur: retinemus vsumfructum. Iulianus tamẽ libro xxxv. Digestorum scribit, etiam si non stipuletur quid seruus fugitiuus, retineri tamẽ vsumfructum. Nam qua ratione, inquit, retinetur à proprietario possessio

Socius re cõmuni inuito socio vti potest.

s *Nauiget.* Arg. quòd socius potest vti silua vel alia re communi etiã socio inuito: dũmodo in eum vsum in quem est: vt hic, & insti. de rerum diui. §. in cõmune. Sed arg. contra. infra communi diui. Sabinus. & de serui. vrb. prædio. in re communi.

t *Eare.* in qua habet vsumfructum.

u *Concedere potest.* cõmodando.

x *Vel locare.* huic est cõtra j. locati. locare. Sed ibi in seruitutibus rerum, siue prædiorum: hic in personali. Item contra j. eo. sed si quid inædificauerit. §. & si vestimentorum. sed ibi speciale vt non possit locari vestis.

y *Vtitur.* per alium medium.

z *Vel donet.* hoc casu oportet donatariũ vti, cum donans non vtatur pretio: vt j. eo. non vtitur. & l. quia qui pretio. l. seq. Et sic no. hic quòd fructuarius potest alienare: vt instit. de vsu & hab. §. j. Sed contra j. de iure do. l. si vsusfructus. & instit. eo. §. finitur. Sol. distingue, an ille qui cedit habeat voluntatem vti frui per illum cui cedit, & tunc potest. an non: & tunc non potest. Vel distingue, intercedere, quod non potest. & concedere, quod potest: vt hic. Concedere enim est cũ causa. s. emptionis, vel donationis, vel simili. Vel distingue, an cedat ius: id est vsumfru. quod non potest: vt ibi. an commoditatem vtendi: quod potest: vt hic, arg. j. de peri. & cõmo. rei ven. l. necessario. §. fin. & j. de dona. l. iiij. Posset etiam intelligi lex illa, si vsusfructus. quòd

Concedere.

non potest cedi nisi domino proprietatis, s. vt intereat vsusfruc. nam extraneo cedendo, non interit quandiu manet qui cessit: vt dicta l. necessario. §. fi. Accur.

a *Retinere.* per alium medium. Accursius.

b *Acquisiui.* & ipse contra me: vt j. eo. si absente. & facit ad §. infra quemadmodum ser. amit. l. v. & vj.

c *Accipiat.* ex re mea, vel opera sua.

d *Admittit.* s. Pompo. & sic mihi quærit, cũ ex duabus causis fructuario quæratur: vt j. de acqu. re. do. l. acquiritur. §. de his.

Famulus tẽpore suæ infirmitatis salarium consequi debet.

e *Si præsentibus.* id est eis qui præsentes sunt.

f *Aegrotante.* Ar. quòd dapifer debeat habere salarium etiam ratione temporis quando fuit infirmus, cum seruire videatur: vt hic, & j. de stat. lib. l. cum heres. §. Stichus. nã per eum non stat quo minus seruiat: vt j. de var. & extraord. cog. l. j. §. diuus. & j. loc. l. qui operas. & de hoc dixi j. locat. si vno. §. cum quidam. Accursius.

Operæ infantis nullæ est.

g *Infante.* no. qp infantis nulla est opera: vt & j. de oper. ser. l.

sin. in prin. Sed pupilli maioris infante, sic: vt supra de rei vin di. l. ceterum. & infra de lib. cau. l. fi. & infra eo. si infantis.

a *Etiam si in fuga seruus sit.* nisi in duob⁹ casibus, & quãdo pro libero se gerit, & quando ab alio possidetur: vt infra de acquir. pos. l. iij. §. fi seruus. & l. per eum. §. fi. & infra proxi.

b *Retinetur.* vsq; ad decenniũ: vt j. statim no.

c *Idem tractat.* scilicet quærendo.

d *Amitti vsumfructum.* si dicas amitti, id est statim amissum vsumfruc. ex quo cœpit ab alio possideri: dices q̃ hoc corrigitur. j. statim. Si dicas amitti: id est fit in actu amittendi, vt incipiat amitti tempore, planum est. nam & lupus exit siluã, non tamẽ exiuit. amittitur enim tempore constituto vt subiicit, scilicet. x. vel xx. an. vt C. de præscri. long. temp. l. fi. in fin. & hoc siue incipiat alius possidere, siue etiam non, eo ipso quòd ipse non vtitur: vt & j. de seru. rusti. prædi. l. & Attilicinus. ADDITIO. Ista verba gl. cum dicitur non tamen exiuit &c. quotidie examinantur secundum Bald. hic. Vnde si statutum dicat, Si magnus dominus intrauerit palatiũ, non sufficit quòd testis dicat quòd vidit intrare: nisi dicat q̃ vidit intrasse: vt deno tet actum consummatum: arg. huius glo.

e *Adquiri potest.* vt infra de lib. cau. si cui. §. licet.

f *Per quod.* quia adquiritur.

g *Amitti vsumfructum.* vt scilicet statim finiatur: vt s. proxi. dixi. & hoc etiam quando nihil mihi stipulatur. Et quod subiicit, si modo, subaudi, maximè. nam & si quis mihi stipuletur, interim fit interruptio: & ideo non curreret contra me præscriptio: vt in fin. huius. §. dices. hæc glossa tota est secundum primum sensum superioris.

† *separantur.*

h *An à prædone.* vel à nullo: vt diximus modo per. l. infra de ser. rusti. prædi. & Attilicinus. Accursius.

i *Aliquid facere.* vt stipulari, vel aliud. Et no. quòd secundum quosdam hæc duo sufficiunt, sed vnum tãtum forte est necessarium: vel affectus, vel etiam quòd stipuletur, vel aliud nomine fructuarij faciat: vt s. ea. l. §. Iulianus. Sed tu dic vtrunque necessarium si à primo incipias, ad hoc vt nunquam currat præscriptio. nam per stipulationem fit interruptio in seruitute tali: cum præscriptio seruitutis facile interrumpatur: vt C. de serui. l. ij. sicut facilius currit: quia etiam sine possessione, quæ non potest esse in seruitute: vt C. de præscri. long. temp. l. fi. in fi. Item no. mentem & propositum aliquid facientis esse seruandum: arg. infra de aur. & arg. leg. & si non. §. pe. & infra commo. si vt certo. §. plane.

k *Si fur.* quidã habent prin. l. alij. §. Iulianus. quod melius est.

l *Fructus maturos.* idẽ si nõ maturos: vt j. eo. si absente. §. fi. Ac.

m *Condictione.* scilicet furtiua.

n *Et putat.* scilicet Iulianus: vnde fuit melius supra. §.

o *Percipiantur.* vel ab alio eius nomine. Et dic percipiãtur, vt etiam in horreis sint reconditi: vt j. qui. mo. vsusfru. amit. l. si vsusfructuarius. instit. de re. di. §. is vero. secus in bo. fi. pos. qui facit suos, à quocunq; percepti sint, & cuiuscunque nomine, & eo ipso quòd à solo sunt separati: vt infra de vsur. qui scit. §. in alieno. & §. præterea. & supra de rei vindic. l. antepe.

etiam si in fuga[a] seruus sit, pari ratione etiã vsusfructus retinetur.[b] Idem tractat,[c] quid si quis possessionẽ eius nanctus sit, an quẽadmodum à pprietario possideri desinit, ita etiã vsusfruct⁹ amittatur. Et primò quidẽ ait posse dici amitti vsumfructum[d]: sed licet amittatur, tamẽ dicendũ, quod intra constitutum tẽpus ex re fructuarij stipulatus est, fructuario adquiri potest.[e] Per quod[f] colligi, posse dici ne quidem si possideatur ab alio, amitti vsumfructũ, g si modò mihi aliquid stipuletur: paruiq; referre, ab herede possideatur, vel ab eo cui hereditas vendita, vel cui pprietas legata sit: an à prædone.[h] Sufficere enim ad retinendum vsumfructum, esse affectum retinere volentis, & seruum nomine fructuarij aliquid facere.[i] quæ sententia habet rationem.

Fructus non efficiuntur fructuarij, nisi ab eo vel ab alio eius nomine separentur à terra: & ideo actiones competentes domino, ei non competunt. Bart.

Iulian⁹ libro trigẽsimoquinto Digestorũ tractat, si fur[k] decerpserit, vel desecuerit fructus maturos[l] pendentes, cui cõdictionem[m] teneatur: domino fũdi, an fructuario? Et putat,[n] quoniam fructus non fiũt fructuarij nisi ab eo percipiãtur,[o] licet ab alio terra separẽtur,† magis proprietario condictionẽ cõpetere:[p] fructuario aũt furti actionẽ:[q] quoniã interfuit eius fructus nõ esse ablatos. Marcell⁹ aũt mouetur[r] eo quòd si postea fructus istos nanctus fuerit[s] fructuarius, fortassis[t] fiant[u] eius. Nã si fiũt, qua ratiõe hoc euenit nisi ea, vt interim fierẽt pprietarij? mox adprehẽsi, fructuarij efficientur: exẽplo rei sub cõditione legatę, quæ interim heredis est: exstẽte autẽ cõditione ad legatariũ transit.[x] Verũ est enim cõdictionem cõpetere[y] proprietario. Cum[z] autẽ in pendenti est dominium: vt ipse Iulianus ait[a] in fẽtu qui summittitur,[b] & in eo quod seruus fructuarius per traditionẽ accepit nondũ quidẽ pretio soluto, sed tamẽ ab eo satisfacto:[c] dicendũ est condictionem pendere magisq; in pendenti[d] esse dominium.

XIII. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SI cuius rei vsusfruct⁹ legatus erit, dominus potest in ea re satisdationẽ desiderare, vt officio iudicis hoc fiat.[e] Nã sicuti debet fructuari⁹ vti frui: ita & proprietatis dominus securus esse debet de proprietate. Hæc autẽ ad omnem[f] vsumfructum pertinere Iulianus libro trigensimooctauo Digestorũ probat. Si vsusfructus legatus sit, non prius dãdam actionem g vsufructuario, quàm satisfecerit,[h] se boni viri arbitratu

p *Competere.* quia soli domino datur: vt j. de condic. fur. l. j.

q *Furti actionem.* hoc si fuerint subtracti postquã fructuarius posit vti: scilicet adita hereditate ab herede legantis: & præstita cautione: vt infra de vsuca. si homo cuius.

r *Mouetur.* scilicet ad dicendum quòd competit furtiua condictio fructuario: i. deoq; contradicebat Iulia. qui dixerat soli proprietario dari: quã contrarietatem non soluit.

s *Nanctus fuerit.* ab alio, nõ à fure: quia tũc non daretur ei furtiua condictio: nisi de nouo fuerit factum furtum.

t *Fortassis.* abũdat. sic supra de arbi. si duo.

u *Fiant.* & sic extunc dabitur cõdictio furtiua fructuario ad æstimationem, non adrẽ cum eam habeat: quia forte redemit ab eo qui habuit à fure qui dolo desiit habere. & vere ita intelligitur Marcellus dixisse: nõ autem sic vt nunquam proprietario detur, nam &c.

x *Trãsit.* vt j. fami. ercis. l. & post litẽ. §. res. & j. ad Sylla. l. j. §. serui. & s. de rei vindic. l. nõ ideo. Accursius.

y *Competere proprietario.* scilicet interim.

z *Cum.* id est quando, & incipiunt verba Vlpiani. vel causatiue autem pro sed. Acc.

a *Iulianus ait.* hęc duo exempla fuerant Iulia. quæ nunc allegantur contra eum: vt sicut hic aliquid est in pendenti, ita & in nostro casu.

b *Summittitur.* i. summitti debet. nam facta submissione, iam non pendet dominium: vt infra eo. quid ergo.

c *Satisfacto.* nam tunc pendet: vt infra eodẽ. sed & si quis. §. interdum.

d *In pendenti.* scilicet vsquequo fructus consumpti sint à fure, neutrique eorum dandam interim condictionem. & sic nec secundum dictum Iuliani, vt tantum proprietario: nec Marcelli, vt dicam tantum fructuario. sed medium quoddam. & dicam quòd est in pendenti ratione futuri. nam ratione præsentis competit proprietario: licet non possit eam exercere, vt dixi: nisi consumptis eis. si ergo venerit ad manus fructuarij, non à fure sibi restituente, videatur ab initio sibi competisse condictio furti fictione iuris: vt & infra eod. sed & si quis. §. interdum. Sed arg. contra, infra qui po. in pig. ha. l. potior. Et ideo aliud est in pignoribus: quia in illis ordinem conuentionis intuemur. Accursius.

e *Si cuius. Hoc fiat.* scilicet satisdatio tam de restituenda re, vt hic, quàm de vtendo & fruendo arbitrio boni viri: vt j. prox. & infra vsufru. quemad. ca. l. j. §. habet autem. adeo vt ante non videatur facere fructus suos: vt j. de vsufruct. le. l. vxori. ADDITIO. Istud intellige verum vbi eos percipiat fructuarius sciente & patiente proprietario: vt l. hac edictali. C. de secun. nup. secundum Bar.

f *Ad omnem.* siue in testamento, siue inter viuos constitutus sit: vt C. eod. l. vsufructu. j. in casibus tamen nõ cauetur: vt no. infra vsufruc. quemad. ca. si vsusfructus. §. illud.

g *Dandam actionem.* scilicet efficaciter.

h *Satisfecerit.* vel per fructuariũ non stet: vt infra vt in poss. le. l. j. §. non exigit. Sed & ea nõ præstita potest per condictionem incerti agi vt cautio interponatur: vt infra de vsufru. ea re. quæ vsu con. hoc senatusconsultum. §. j. Accursius.

Oportet.

889

a *Oportet.* ar. quòd singulis heredibus domini faciendū est sacramentum fidelitatis: vt arg. infra de no. ope. nun. l. stipulatio. §. quæsitum. & j. vsufru. quemad. ca. si vsusfructus. §. fina. Nam cum sit quasi indiuidua seruitus sacramentum fidelitatis, & fidelitas ipsa, insolidum debetur: vt j. de verb. oblig. l. ij. §. pen. Accur.

b *Arbitratur.* scilicet bonus vir: vt si ante cautionē aliquid corruperit fructuarius. Itē ratione futuri: vt subiicit, & infra si ser. vin. egi. Accursius.

c *De præteritis.* s. ante satisdationem datis.

d *Tenetur.* si quid damni dedit.

e *Quod vi aut clam.* si quod opus ibi fecit prohibitus, vel sciēs se prohibendum: vt j. quod vi aut clam l. iij. §. fi & l. seq.

f *Consulus.* id est interrogatus Iulianus.

g *Actionem.* s. ex cautione ratione præteritorum damnorum vel futurorum? Respon. scilicet Iulianus, quia &c. sed certe immo ratione fideiussoris facto fructuario nō soluendo: vt ar. j. ad leg. Fal. l. is cui. & instit. de repli. §. fi. Et no. hic q̄ superuacua cautio nō est interponenda. sic & j. vt in pos. leg. si is à quo. §. fin. & supra de pact. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. Accursius.

h *Non tenetur.* in cautione omnia damnaueniunt: vt j. vsufr. quēad. ca. l. j. §. cauere. sed lege Aquil. data tantum: vt hic. Sed cōtra j. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si fornicarius. & §. si ex plaustro. So. hic res corrūpitur ex seipsa. ibi apposītione ignis, vel mala compositione lapidum. Vel hic non datur directa sed vtilis: vt ibi.

i *Sed si inter duos.* supra cum inter fructuariū & proprietariū est controuersia, qualiter sit vtendū, prospicitur cautione interposita: nūc qualiter inter fructuarium & fructuarium, secundum R. Cenr. & pla. & c. si k *Quasi.* 1. vtili: quia directum tantum ad corporalia datur: vt j. communi diui. l. per hoc iudicium. & j. commu. diui. l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu Accur.

l *Stipulatione.* vt vnus alteri promittat quòd alterum vti non impediet: vt infra famil. ercis. & puto in prin.

m *Cur enim.* merito prædictis duobus modis prospicitur: cur enim &c.

n *Iurisdictione sua componere.* ar. quòd potestas & iudex possunt cogere litigatores ad pacē & transactionem faciendam, causa dirimendarum litium. sic infra si cer. pet. l. qui dam. sic supra de ofi. prę. cōgruit. & in auth. de man. prin. §. deinde. col. iij. & infra de no. ope. nun. l. j. §. & post. & j. de leg. j. huiusmodi. §. fi. & xc. di. c. placuit. & c. si quis. & ca. fi. & infra de re mili. l. fi. in fi. & infra communi diui. l. communi diuidundo. §. cum de vsufructu. & infra de aqua quoti. Lucio. Sed arg. cōtra. in authen. vt lit. iur. §. pe. Sed ibi de referēdariis dicit, nō iudicibus: præterea de litibus ciuilibus. Item arg. contra infra eo. quoticns. in prin. sed & ibi imminet iudex: vt ibi dices.

o *Facere potest.* colligitur ergo vt necessarias & vtiles impensas fructuarius facere possit: quia omnes faciūt rē meliorē: vt j. de ver. sig. l. impēsæ. nisi faciat immutādo statū rei: vt s. ea. l. hactenus. §. fi. & l. quānis. & vt hic, & j. e. l. §. sed si ædiū. ver. sed & colores. Voluptarias quoq; facere potest: vt s. eo. l. hactenus. §. Neratius. non tamen cogitur ad aliquas nisi sint modicæ: vt s. e. hactenus. j. respon.

Expensę quæ à fructuario fieri possunt.

† *Ille §. est bene nota. vna cū sequē. vsque ad l. sed si quid.*

p *Legatus.* supple, aut alterius rei. & si quidā fundi vsusf. est legat⁹, non debet &c. quæ est Pis. litera: & abūdat hic postea vna negatio: vt & C. de ser. fu. l. i. Acc.

* *Flo. voluptate fuit prædiū, viridaria.*

q *Opacas.* i. afferebant vmbram propter solē: & dicitur lobia.

r *Olitorios.* i. ad faciendum olus, vel oliuas.

s *Instituere.* id est incipere de nouo.

t *Necessariam.* scilicet fructibus.

u *Rei.* id est argētifodinas faciēdas. sic infra de seruitu. l. si cui.

x *In hoc.* id est lapidicinis. Accursius.

y *Instituit.* lapidicinas puta, vel similia,

z *Fuerunt.* ibi prius.

a *Deiicere.* & ita mutat statū rei. sic ergo est cōtra j. e. §. sed si ædiū. vers. sed & colores. & s. e. ti. hactenus. §. fi. & l. quānis. Sol. quod hic dicit cū dubitatione, ibi indubitabiliter solui tur: vt sic ista secundum illas intelligatur. vel hoc fauore vltimę voluntatis, in qua constitutus erat vsusfru. vt arg. j. de reg. iur. in testamentis. ibi, ergo inter viuos. Vel hic loquitur quādo paterfa. instituerat, vel instituere proposuerat lapidicinas. vnde præsumitur quòd voluerit vsufructuar. idē facere: ar. C. de epi. audiē. l. nemo. hęc placet. vel aliud in his quæ certis finibus circūscribuntur & designātur: vt domus & similia, quæ non ampliare vel diminuere potest. Aliud etiam in cretæ fodinis: quæ certo modo nō retinentur: immo quotidie amplian tur & deminuūtur: vt hic, & ar. C. de proc. l. maritus. Item cōtra. s. ea. l. §. fructuarius. in fi. §. vbi non permittitur facere hortos. Sol. licet plures redderet fructus, nollebat tamen fructus paterfa. sed amœnitatem: hic autem fructus volebat.

* *Cato de re rustica agens, de olea legenda, legulos vocat qui oleā legūt, vt & Varro lib. 5. de lin. Lat.*

b *Cœlum.* id est aērem. Accursius.

c *Apparatum.* quid ad proprietariū de apparatu, cū nō cogatur reficere: vt s. e. l. hactenus. in prin. & ij. respon? Respō. immo pertinet ad eum magnus apparatus qui gratia rei fieret: haberet enim necesse fructuario restituere tales expensas: vt j. e. si extraneo. §. fina. & l. quòd si heres. & l. si absente & j. de impen. l. iij. §. fin. & l. & in totum. & C. de rei vxo. ac. §. sed nec impensas. C. eod. tit. l. eum.

d *Figulorum.* id est magistrorum. aliàs legulorum. Et dicūtur leguli, qui legunt: i. colligūt margaritas in arena: secundū M.

Leguli quà dicuntur.

e *Non potest.* commode: vt j. de verb. sig. l. Nepos Proculo. & de condi.

Sed & si plures sint à quibus vsusfructus relictus est, singulis satisdari oportet.[a†] Cum igitur de vsufructu agitur: non solū quod factum est, arbitratur: [b] sed etiam in futurum quemadmodū vti frui debet. De præteritis[c] autem damnis fructuarius etiā lege Aquilia tenetur:[d] & interdicto quod vi aut clam. [e] vt Iulianus ait. Nam fructuarium quoq; teneri his actionibus, necnon furti, certū est: sicut quemlibet alium qui in alienā re tale quid commiserit.

Actio legis Aquiliæ datur domino propter factum, non propter negligentiam. Bartolus.

Deniq; consultus,[f] quo bonum fuit actionem[g] polliceri prętorem, cum competat legis Aquiliæ actio: respondit, quia sunt casus quibus cessat Aquiliæ actio, ideo iudicem dari vt eius arbitratu vtatur. Nam qui agrū non proscindit, qui vites non subserit, item aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur. [h] Eadem & in vsuario dicenda sunt.

Nota ar. huius §. quòd quando inter duos est cōtentio de vna possessione, iudex potest prohibere vtrique parti ingressum, ne veniant ad arma & rixas. Bartolus.

Sed si inter duos[i] fructuarios sit cōtrouersia, Iulianus libro trigesimo octauo* digestorū scribit æquissimū esse, quasi [k] communi diuidundo iudicium dari, vel stipulationem[l] inter se eos cauere qualiter fruantur. Cur enim[m] (inquit Iulianus) ad arma & rixā procedere patiatur prętor, quos potest iurisdictione sua cōponere?[n†] Quam sententiam Celsus quoq; libro vicesimo digestorū probat: & ego puto verā. Fructuarius† causam proprietatis deteriorē facere nō debet: meliorem facere potest.[o] Et aut fundi est vsusfructus legat⁹,[p] & nō debet neq; arbores frugiferas excidere: neq; villā diruere: nec quicquam facere in pernicie proprietatis. Et si forte voluptariū* fuit prædiū, viridaria vel gestationes vel deambulationes arboribus infructuosis opacas[q] atq; amenas habēs, non debebit deiicere, vt fortè hortos olitorios[r] faciat, vel aliud quid quod ad reditum spectat.

Inde est quæsitum an lapidicinas vel cretifodinas vel harenifodinas ipse instituere[s] possit. Et ego puto etiā ipsum instituere posse, si non agri partē necessariam[t] huic rei[u] occupaturus est. Proinde venas quoq; lapidicinarum & huiusmodi metallorum inquirere poterit. ergo & auri & argenti, & sulphuris, & æris & ferri, & ceterorum fodinas vel quas paterfamilias instituit, exercere poterit, vel ipse instituere. si nihil agri culturæ nocebit. Et si fortè in hoc[x] quod instituit, [y] plus reditus sit quàm in vineis, vel arbustis, vel oliuetis quæ fuerunt, [z] forsitan etiā hæc deiicere[a] poterit: si quidē ei permittitur meliorare proprietatem. Si tamen quæ instituit vsufructuarius, aut cœlum[b] corrūpant agri, aut magnum apparatum[c] sint desideratura, opificium fortè vel legulorum,[d] * quæ nō potest[e] sustinere proprietarius: non videbitur viri boni arbitratu frui. Sed nec ædificium quidem positurum in fundo, nisi quod ad

de condi. insti. si filius. Sed cur non potest, cum ipse nō faciat expensas: vt s. eo. tit. l. hactenus? Respō. quia rem deteriorem haberet fructuario mortuo, cum proprietarius talia nesciat exercere. Vel dic, non potest restituendo: vt modo notaui. & arg. infra de pig. act. si seruos. Accursius.

fructum percipiendū necessariū sit. Sed si ædium [a] vsusfructus legatus sit, Nerua filius & lumina immittere [b] eū posse ait: sed & colores & picturas & marmora poterit [c] & sigilla, & si quid ad dom[o] ornatum. Sed neque diætas [d] transformare, vel coniungere [e] aut separare [f] ei permittetur, vel altius [g] posticásve [h] vertere, vel refugia [i] aperire, vel atrium mutare, vel viridaria * ad alium modum conuertere. excolere [k] enim quod inuenit [l] potest qualitate ædium non immutata [m]. Item Nerua eum cui ædium vsusfructus legatus sit, altius tollere non posse, quamuis lumina non obscurentur: quia tectū magis turbatur [n]. quod Labeo etiam in proprietatis domino [o] scribit. Idem Nerua nec obstruere [p] eum posse. Item si domus vsusfructus legatus sit, meritoria [q] illic facere fructuarius non debet: nec per cœnacula diuidere domum. Atquin locare potest: sed oportebit quasi domum [r] locare: nec balineum ibi faciendum est. Quod autē dicit meritoria non facturum, ita accipe, quæ vulgo diuersoria [s] vel fullonica appellantur. Ego [t] quidem & si balineum sit in domo, vsibus dominicis solitū vacare, in intima parte dom[o], vel inter diętas amœnas [u]: non recte nec ex boni viri arbitratu facturum, si id locare cœperit, vt publicè lauet: non magis, quā si domum ad stationem iumentorum locauerit: aut si stabulum quod erat domus iumentis & carrucis vacans, pistrino [x] locauerit.

a *Sed si ædium.* vsque nunc qualiter fundo instructo vtatur: nunc qualiter domo. Acc.
b *Immittere.* sed non claudere: & j. eod. l. §. item Nerua.
c *Poterit.* id est apponere potest, subaudi.
d *Diætas.* loca in quibus moratur paterfamilias in die.
e *Coniungere.* si separata erant. Accur.
f *Aut separare.* si sunt coniuncta.
g *Aditus.* anteriores.
h *Posticas.* id est posteriores aditus domus.
i *Refugia.* id est loca abscōsa quæ dicuntur secreta loca domus.
k *Excolere.* sic infra eodem. vsufructuarius nouum.
l *Inuenit.* supra ea. l. §. fructuarius.
m *Non immutata.* supra eodē. l. hactenus. in fine. & l. sequen. & infra proxi. §. & j. eodem. l. vsufructuarius nouum. & infra de vsu & habita. l. Neratius.
n *Turbatur.* quia ventus magis percutit.
o *Domino.* si velit altius tollere inuito fructuario: vt s. eo. vsufr. §. hac ratione.
p *Nec obstruere.* i. claudere lumina: sed aperire sic: vt s. proxi. §.
q *Meritoria.* hoc statim exponetur.
r *Quasi domum.* i. eius forma non mutata.
s *Diuersoria vel fullonica.* loca in quibus itinerantes diuertunt, fullonica autem potest dici gualteria, à fullone: quia facit diuerticulum quoddā vt ibi lauet telas. vel à folle per quē trahitur aqua. sic accipitur j. de aqua plu. arcen. l. apud Trebatium. vel ambo pro eodem.
t *Ego.* scilicet Vlpiā. dico. aliàs, ergo quidem: & tunc dic, quia ad alium omnino vsum non potest vti. aliàs est ego, scilicet Vlpianus.
u *Amœnas.* & repete, balineum fit.
x *Pistrino.* i. ad opus pistrini. & facit supra e. l. itē si. §. fin. & j. eod. si pendentes. §. si dominus. & s. eo. arboribus. §. nauis. Accur.

XIIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

LIcet multo minus ex ea re fructum * percipiat.

* *fructuū.*

XV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SEd si quid inædificauerit, postea eum neq; tollere hoc neq; refigere [y] posse: refixa plane posse vindica re. Mancipiorum quoq; vsufructu legato non debet abuti: sed secūdum conditionē [†] eorum vti. Nam si librarium rus mittat, & qualum [z] & calcem portare cogat, hystrionē balneatorem faciat, vel de symphonia * atrienſem [a], vel de palæstra. stercorandis * latrinis præponat, abuti videbitur proprietate. Sufficienter [†] autē alere & vestire debet secundū ordinem & dignitatem [b] mancipiorum. Et generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modū eum tenere debere, ne sua feritate vel fæuitia ea corrumpat [c]: alioquin etiā lege Aquilia eum conueniri. Etsi vestimentorum [d] vsusfructus legatus sit, non sicut quantitatis vsusfructus legetur, dicendū est ita vti eū debere, ne abutatur: nec tamen locaturum [e] quia vir bonus ita non vteretur. Proinde & si scenicæ vestis vsusfructus legetur, vel aulæi, vel alterius apparatus, alibi quam in scena non vtetur. Sed an & locare possit, videndum est. & puto locaturum. & licet testator commodare non locare fuerit solitus, tamen ipsum fructuariū locaturum tam scenicam quàm funebrem [f] vestem.

Proprietatis dominus non debebit impedire fructuariū ita vtētem, ne deteriorē eius conditione faciat. De quibusdam plane dubitatur, si eum vti prohibeat, an iure id faciat, vt puta doliis, si forte fundi vsusfructus sit legatus. & putāt [g] quidam & si defossa [h] sint, vti prohibendū. Idem & in seriis [i] & in cuppis & in cadis & amphoris putāt. idē & in specularibus [k] †, si domus vsusfructus legetur. Sed & ego puto, nisi sit cōtraria volūtas, etiā instrumentum fundi vel domus contineri [l]. Sed nec seruitutē imponere fundo potest proprietari [m], nec amittere [n] seruitutem. Adquirere planè seruitutē eū posse etiā inuito fructuario

prioris status rei fieri non potest: ar. j. de leg. j. senatus. & s. de rei vindi. in fundo. secus autem in inquilino qui refriugit & tollit: vt infra loc. sed addes. §. si inquilinus. & not. supra de rei vind. l. habitator.

z *Qualum.* id est cophinum. vel qualum, id est codalū vel codalos. vel qualū, id est fabulum. Accur.
a *Atrienſem.* id est vt lauet atria.
b *Dignitatem.* [a] id est meliorem statum & opinionem. nō autem ponitur pro publico honore: quia seruus eo vti non potest: vt C. de tabul. l. generali. lib. x. & C. qui milit. non possl. l. penulti. & fina.
c *Corrumpat.* vt infra e. si pendentes. §. j.
d *Et si vestimentorum.* potest dici hoc esse de responsione. Vel dic quòd sit de facto, & ibi sit responsio, dicendū est, &c. Et dicitur legari vsusfructus velut quantitatis, cum datur vestimentum æstimatum æstimatione reddenda finito vsufructu: vt instit. eo. §. constituitur.
e *Locaturum.* Ar. contra s. eo. arboribus. §. vsusfructus. sed hoc speciale quia & c. Item hoc nisi in funebri & perpetua: vt subiicit.
f *Quàm funebrem.* quia talibus vestimentis sic vteretur vir bonus, sed in aliis contra: vt in prin. dixit.
g *Putant.* & malè.
h *Defossa.* in prædio.
i *In seriis.* hæc sunt genera vasorum.
k *In specularibus.* instrumenta domus, ab inspiciendo forte dicta.
l *Contineri.* scilicet vsufructu fundi vel domus legato. Sed contra j. de sup. le. l. fi. Sol. hic vsusfructus fuit legatus: quo casu non posset vti frui sic instrumētis. At ibi proprietas fuit legata, vbi non accedunt instrumenta nisi infixa: vt j. de fun. instru. l. cum fundus cum enim testator vsumfructum reliquit vt ex ipso nomine patet, commodum & emolumentum rei videtur voluisse ad fructuarium pertinere: quod aliter fieri nō potest nisi instrumentorum habeat fructū. cum autem legatur proprietas, non attenditur aliud nisi quòd dominium transeat in legatarium, secundum Azo.

y S *Ed si quid. Refigere.* agere potest. vel vindicat si est dissolutum, vt subiicit: nisi donare voluerit: vel nisi æstimationem sit iam consecutus: vel ad eum spectabat talis impensa: vt C. eod. l. eum ad quem. sed Alb. dicit non posse tollere vel refringere, cum sine læsione

m *Potest proprietarius.* immo videtur quòd sic: vt infra, si vsufru. pe. l. fi ab herede. quæ est contra. Sol. vt ibi.
n *Amittere.* scilicet per pactum: sed non vtendo ipse vel fructuarius amittitur: vt infra subiicit, & infra quemadmo. ser. amit. vsusfruct. à contrario sensu.

Consequenter.

893

a *Consequenter.* scilicet dicitur.
b *Non potest.* in casu tamen non dominus adquiri: vt infra de castren. pe. l. ex castrensi. §. j.
c *Tenebitur.* si tamē seruerit deberi. alioquin imputabitur p̄prietario: vt infra de contrahen. empt. in vendendo. §. penult.

Iulianus scripsit. Quibus cōsequenter[a] fructuarius quidē adquirere fundo seruitutem non potest[b], retinere autem potest. & si fortè fuerint non vtēte fructuario amissæ, hoc quoque nomine tenebitur[c]. Proprietatis Dominus ne quidem consentiente fructuario seruitutem impone-re[d] potest.

ADRIANO. Istā glo-sam dicit Bal. hic val-de not. ad hoc quod la tior sit interpretatio in legato vsusfructus quàm proprietatis. & facit. eodem. l. item si fundi. §. seminarios au tem.

d *Imponere.* quomodo potest fructuarius to-tū vsumfruc. amittere vel relinquere proprie tario: vt infra eo. cum fructuarius. cum non possit pati vnam seruitutem imponi? Respō. & hoc potest pati: sed non sic vt duret vsus-fructus. vnde expone, non potest imponi, sci licet sic vt vsusfructꝰ duret: sed eo pereunte sic: vt j. de do. ma. excep. l. apud. §. quæsi-tum. Sed an pereat in ea parte tantum quæ seruit, seu in totum? Respon. in totū secun dum quosdam, nisi dicat, saluo iure suo: vt j. quibus modis pign. vel hypo. solu. l. si de bitor. §. si in venditione. Vel dic ceteræ par tes liberæ sint: vt l. certo generi. j. de ser-uit. rustic. prædio. vel in eis forte durat. Ac-cursius.

e *Nisi per quam.* scilicet talem.

f *Sibi.* scilicet proprietario.

g *Altius tollere.* quod fructuario non licet, etiam si hoc non con-cessisse: vt supra eo. si cuius[s]. §. item Nerua. & infra eod. l. vsufru-ctuarius.

h *Locum autem. Consentiente.* etiā iure suo saluo: vt dixi mo-do §. l. ij. proxim. Sed quomodo dicitur sa-lubrius ius, cum re religiosa nemo possit vti? Respond. vti videtur cum religioni permittit: sicut & dicitur habere filium qui in-trat monasterium: vt in auth. de san. epis. §. sed hoc præsenti. col. ix. nam lucrum est in pie agendo: vt in auth. de he. & Fal. §. si vero expressim. col. j.

i *Religionis.* hoc dicitur. Et sic no. ar. ad multas cōtrarietates vbi dicitur, speciale hoc fauore, sic infra de relig. sunt p̄sonę.

k *Eum.* proprietarium.

l *Sepelretur.* vt & infra de relig. l. fi. Accursius.

m *Ex eo.* scilicet quod dictum est, ne deteriorem &c. vt supra e. l. sed si quid. §. proprietatis.

n *Plenissimam.* non tamē vltra modū: vt infra de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j & ij. §. fi. Vsufructuarius vero modicā: vt hic & infra eo. sed sicuti. §. quoniam. Item magister modicam: vt infra locat. item quæritur. §. idem Iul. Azo.

o *Dolo.* puta sine læsione fructuarij: vt §. eo. §. j.

p *Ministerio.* & sic non habet ita liberum vsumfruct. vt proprietarius proprietatem. Accursius.

q *Inutilitate.* prius. Azo.

r *Deformare.* nisi ex causa: vt infra de verb. oblig. l. qui seruū. & de lega. j. quid si ergo. §. heres.

s *Proprietatis.* scilicet perimit vsumfr. vt hic, & infra de vsuca. l. iusto. §. non mutat. nec pignus: vt C. de pig. l. vsucapio.

A non perimit vsumfructum, nō magis quā vsucapio proprietatis[s] quæ post constitutum vsumfructum cōtingit. Debebit planè denegari[t] vsusfructus persecutio, si ei qui noxæ accepit, litis æstimatio nō offeratur à fructua rio. Si quis seruum occide-rit, vtilem actionem exemplo Aquiliæ[u] fructuario dan dam nunquam dubitaui.

XVIII. PAVLVS libro tertio ad Sabinum. B

AGri vsufructu legato, in locum demortuarū arborum aliæ substituendæ sunt[x], & priores ad fructua-rium pertinent.

Verba per modum conditionis prolata, inducunt dispositionem, quando dispositio sibi annexa aliàs non sortiretur effectum: & tūc appellatione vsusfructus cōtinetur proprietas. Bartolus.

XIX. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

PRoculus putat insulā pos se ita legari, vt ei seruitus imponatur quæ[y] alteri insulę hereditariæ debeatur: hoc C modo: *Si ille heredi meo promi-serit per se non fore quo altius ea ædificia tollantur, tum ei eorum ædificiorum vsumfructum do, lego.* vel sic: *Aedium illarum quo ad altius quàm vti nunc sunt, ædi-ficatæ non erunt, illi vsumfru-ctum[z] do, lego.*

Qui amouet impedimentum, non dicitur contra aduersarium vti. Bartolus.

Si arbores vento[a] deiectas dominus nō tollat, per quod incommodior is sit vsusfru-ctus, vel iter: suis actionibus[b] vsufructuario cum eo experiundum.

t *Denegari.* vsufructuario, vt §. si ex noxa eau. ag. l. si cum vsu fructuario. & j. de solu. si hominē. & de dam. infec. l. si finita. §. item quæritur. Et hoc intellige, quando iussu prætoris fuit seruus ductus, proprietario non defendente: alias si defende-ret proprietarius, & damnaretur, etiam vsumfru. debet facere actoris: & ipse officio prætoris cōsequatur à fructuario, vt aut con ferat ad litis æstimationem, aut careat fru ctu: vt j. de noxali. si ex duobus. §. fina. & l. si noxale. Vel dic q̄ hic nudā tantum pro-prietatem dederat no-xæ dominus. Itē quare magis legatum ope ræ perit vsucapione: vt j. de vsufruct. leg. l. ij. quam vsusfructus? Respond. opera est in seruo tantum qui ci-to moritur: sicq; pro-prietas inutilis de faci li est: & sic facilius ad proprietatē vadat: sed vsusfruct. frequentius in aliis rebus quę per-petuæ sunt: & ideo p̄-prietario & eius here-di vtiles: & ideo non ita facile: licet in vsu-fruct. seruitus eadem ra-tio sit. sed ad ea quæ frequentius fiunt, ap-tantur iura.

u *Aquiliæ.* scilicet di-rectæ: vt j. ad l. Aquil. item Mela. §. fina. & l. seq. & supra de dolo. l. eleganter. §. si seruum. & infra de ser. corrup. l. si quis.

x *Agri. Substituendæ sunt.* vt & ar. j. e. l. vetus. & l. seq. Aliud est autem si hæ arbo-res vi tempestatis non culpa fructuarij euul-sæ sunt: vt infra eod. l. arbores. quæ est con-tra. Sed & hic habet demortuas ibi non: vt §. eod. l. arboribus. in principio. Accur.

Roculus. CASVS. Legauit mihi v-sumfruc. domus testa-tor sub hac cōditione, si promittam heredi q̄ eam non eleuem vt vi deam vmbras alterius domus quæ remane-bat penes heredē. vel his verbis, vsque dum &c. an valeat legatum? Dicitur quòd D sic. SI ARBORES. Habeo vsumfr. in fundo. ventus de-iecit arbores. dominus debet tollere: & ad hoc ego agam per iudicem: vt sic possim ire & vti per fundum. Cetera sunt pla-na vsque ad l. fi pendentes. Viuianus.

y *Quæ.* scilicet seruitus, & hoc etiam inter viuos fieri potest: vt infra communia præ. si quis duas. j. respon. Accur.

z *Vsumfructum.* & ita plenam proprietatem legasse videtur legando vsumfru. simile infra de vsufruct. ea. re. quæ vsu con-su. l. fin. & j. de aur. & ar. le. l. species. prohibuit enim eum al-tius tollere: quæ prohibitio in eo cui est legata proprietas, va let vt seruitus imponatur. in fructuario vero nulla est: quia & sine prohibitione altius non tolleret. Item cum remanet he-redis res, eidem seruitutem debere non posset: vt supra eo. si cuius. §. item Nerua. & infra de serui. rusti. prædi. l. in re com-muni. Quidam tamen dicunt hoc intelligendū cum proprieta tem vni, alij vsumfruct. legat: & onerat proprietarium ne al-tius tollat. Accursius.

a *Vento.* vnde non sunt fructuarij: vt §. eo. l. arboribus.

b *Suis actionibus.* s. actione ex testamēto cōtra heredē, vel in-terdicto quod vi aut clam. vel cōfessoria: vt j. qui. mo. vsusfr. amit. l. repeti. §. fina. & l. sed interdictum. & infra quod vi aut clam

clam l. denique. ff. respon. Quibus actionibus agetur vt tollat, vel pro derelicto habeat: vt arg. ff. de dam. infec. l. prætor. in fi. & infra ne quid in loco pub. l. ij. §. si ex fundo.

Legatum annuū, an sit vsusfructus.

a S I *quis ita. Esset.* quia similis est vsusfructui: non tamen est vsusfructus: nam perit morte, sed non capitis deminutione: vt ff. de ann. leg. l. in singulos secundum quosdam. & sic nihil est contra. Sed tu dic quòd est vsusfructus qui sic relinquitur. & sic est contra infra eo. defuncta. §. Sempronio. & ff. de vsufru. leg. l. fundi Trebatiani. vbi dicitur non esse vsusfructus. Solu. cum legat ex redactu vel reditu fundi, vel etiã ex fructibus aliquam partem, non est vsusfructus: quia partem rerum corporalium legat: vt illa. l. defuncta. At cũ fructus annuos vel reditus legat: puto referre quibus verbis reliquit. nam si dicat, do, lego: vsusfructus est: quia hæc est mens testantis: vt hic, & infra de vsufruct. leg. l. cum ita. si autem dicat, dari volo, non est vsusfructus, quia voluit heredem dominum esse fructuum, & eos præstare legatario: vt dicit l. fundi Trebatiani. & dicta l. in singulos. Et est ad hoc argu. ff. de vsufru. leg. l. patrimonij. Item contra ff. de an. leg. l. Caius Seius prædia. vbi dicit seruitutem non esse personalem: & sic nõ vsumfruct. Sed dic quòd ibi omni anno heres præstare debebat: non autem per se poterat percipere legataria, cum dixerit testator, dari volo singulis annis: vnde non est vsusfruct. sed alia præstatio: vt in dicta l. patrimonij. & l. fundi.

Qui legat fructus annuos, videtur legare vsumfructum formalem. Bartolus.

XX. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI quis ita legauerit: *Fructus annuos fundi Corneliani Gaio Mæuio do, lego*: perinde accipi debet hic sermo, ac si vsusfructus fundi esset legatus.

XXI. IDEM libro septimodecimo ad Sabinum.

SI serui vsusfructus sit legatus: quicquid is ex opera B sua adquirit, vel ex re fructuarij, ad eum pertinet: siue stipuletur, siue ei possessio fuerit tradita. Si verò heres instituatur sit, vel legatum acceperit: Labeo distinguit cuius gratia [b] vel heres instituitur, vel legatum acceperit.

Licitum est arguere ab his quæ fieri consueuerunt. Alber.

XXII. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SEd & si quid donetur seruo in quo vsusfructus alterius est: quæritur quid fieri oporteat. Et in omnib' istis, si quidem contẽplatione fructuarij aliquid ei relictũ vel donatum est, ipsi adquiret[c]: C sin vero proprietarij, proprietario: si ipsius serui, adquiretur domino. Nec distinguimus[d] vnde cognitum eũ, & cuius merito habuit qui donauit, vel reliquit. Sed & si conditionis implendæ causæ quid seruus fructuarius consequatur[e], & constiterit contemplatione fructuarij eam conditionem adscriptã: dicẽdum est ipsi adquiri. Nã & in mortis causa donatione idem dicendum est.

b S I *serui. Gratia.* vt si gratia fructuarij, ei adquiratur si domini vel ipsius serui, tũc domino: vt hic, & inst. per quas perso. nob. ad qui. §. item quod serui. & ff. ad Treb. facta. §. si heres. Sed videtur indistincte domino quæri: vt infra de adqui. rerũ do. l. fructuario. quę est contra. Sed illam secundum huius legis distinctionem intellige. Item alia ratione videtur indistincte domino quæri: quia fructuarius non posset iubere adire: vt infra de acquir. hered. l. aditio. §. præterea. quæ est contra. Solu. dominus iubebit & restituet fructuario: vt infra de vulg. & pup. substit. sed & si plures. §. in arrogato. & infra de stipu. ser. l. pen. Et ad hoc poterit cogi officio iudicis. vt argument. infra de aqua plu. arcend. l. ij. §. item Varus. cum & sibi non noceat, & alteri prosit. Ex prædictis patet hunc seruum posse duplici iure habere peculium: vt infra de pecu. hinc quæritur. §. potest. Accursius.

c S *Ed & quid. Adquiret.* imo indistincte videtur domino reddendum totum: vt ff. de actio em. Iulianus. §. si quis seruo. quæ est contra: vbi venditor indistincte dat emptori. Sol. aliud in seruo vendito cui aliquid datum est post venditionem. tum enim dandum est emptori indistincte: vt ibi. Item contra infra de ædil. edic. l. cum autem. §. fi. & l. seq. Sed & ibi est alius casus, in seruo scilicet redhibito, vt indistincte omnia reddantur venditori. Vel dic ita etiam ibi distinguendum vt hic, vt ibi dices. Item contra infra de acquiren. rer. dom. cum fructuarius. vbi indistincte dicit domino quæri donata huiusmodi. Sol. dic indistincte: id est non habita distinctione contẽplatione ipsius serui, vel domini, quin in vtroq; casu domino quæratur. sec' si fructuarij, vt hic, Itẽ opponitur adhuc, quomodo ex hac causa quæritur: cum nec fit ex re, nec ex opera? Respondetur, imò ex re videtur esse, si eius contemplatione fiat: vt infra de acquir. hered. aditio. in fi. Accursius.

d *Nec distinguimus.* cũ constet cuius contemplatione factum est & sic nõ ob. ff. de castrẽ. pec. l. si forte. & l. castrẽse. & l. miles. & l. filiusfa. & l. dotem. §. fin. in quibus distinguitur an sit notus filiusfa. ab eo qui in castris ei donat vel dat. Acc.

e *Consequatur.* vt quia aliquis fuit institutus heres si x. daret seruo fructuario.

f S *Ed sicuti stipulando.* ex sua opera, vel re fructuarij.

g *Paciscendo.* de non petendo. Accursius.

h *Eum.* s. seruum.

i *Acceptum.* vt infra de accep. l. species.

k *Diximus.* supra eo. si serui.

l *Cogendũ.* vt ff. de vsu & habi. l. plenum. §. fi.

m *Castigationem.* Nota modicã castigationem fructuario competere, sic & docenti: vt & ff. ad l. Aquil. sed & si §. fina. & creditori: vt infra de pig. act. eleganter. in fin. & de hoc dixi ff. eo. locum. §. ex eo.

n S I *quis donaturus. Vsitatum est.* Not. ar. quia vsitatum est. sic & ff. de ædil. edict. q' ũ nolit. quia assidua. & infr. de aqua plu. arcẽ. l. si prius. §. j.

o S *Ed & si quis.* scilicet extraneus.

p *Si el.* s. seruo. & sic in obligationibus distingue stipulãtem quem quis iniecerit donaturus, aut repeturus. Bul. i. si stipuletur adiecto animo donandi, adquiritur adiecto: nec repetitur: vt hic, & ff. de ser. obli. Iulianus. §. qui fundum. & inst. de inuti. stip. §. si quis aliquam.

q *Fecit satis.* dando fideiussorem pro soluendo pretio. Acc.

r *Eius.* fructuarij.

s *Stipulatus sit.* quo casu ex stipulatione sola non numeratione nascitur actio: vt infra de noua. si ita fuerit. §. fi. & l. seq.

t *In pendenti.* No. in pendẽti esse dominiũ donec numerato declaret cuius sit: vt hic, & ff. de adquir. re. do. si seruus qui. §. fi. & infra de ædil. edic. bouẽ. §. fi. & ar. infra si cer. pet. l. proinde. & infra de re. dub. quædã. Sed cõtra infra de stipu. ser. l. si seruus communis. Sol. hoc accipe, scilicet esse in pendẽti, attẽta futura significatione, nõ præsenti statu. cũ enim hodie certũ sit

D S *Ed sicuti stipulãdo* [f] fructuario adquirit, ita etiã paciscendo[g] eum [h] adquirere exceptionẽ fructuario, Iulianus libro trigẽsimo Digestorum scribit. Idemq; & si acceptum[i] rogauerit, liberationem ei parere. Quoniam autem diximus[k] quod ex operis adquiritur, ad fructuarium pertinere: sciendũ est etiam cogendum[l] eum operari. † Etenim modicam quoq; castigationem[m] fructuario cõpetere Sabinus respondit: & Cassius libro octauo iuris ciuilis scripsit. vi neque torqueat, neq; flagellis cædat.

XXIIII. PAVLVS libro decimo ad Sabinum.

SEd quis donaturus vsufructuario, spoponderit seruo in quem vsumfructũ habet, stipulanti ipsi vsufructuario obligabitur: quia vt ei seruus talis stipulari possit, vsitatum[n] est.

XXV. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SEd & si quis[o] stipuletur sibi aut Sticho seruo fructuario donandi causa, dum vult fructuario præstitum: dicendum, si ei [p] soluatur, fructuario adquiri.

Vbi pendet causa, pendet causatum.

Interdũ tamen in pendenti est cui adquirat iste fructuarius seruus: vt puta si seruum emit: & [p] traditionẽ accepit: necdũ pretiũ numeratũit, sed tantũmodo [p] eo fecit satis: [q] interim cuius sit quęritur. Et Iulianus libro trigensimoquinto Digestorum scripsit in pẽdẽti esse dominiũ eius[r]: & numerationẽ pretij declaraturam cuius sit. Nam si ex re fructarij, retro fructuarij fuisse. Idemq; est & si forte stipulatus sit[s] seruus, numeraturus pecuniã. nã numeratio declarabit cui sit adquisita stipulatio. Ergo ostendim[t] in pendenti esse dominium

897

sit rem traditã non esse ex re fructuarij, vel operas serui: ergo domino est quæsita: vt insti. per quas personas no. adquir. §. de his præterea in l. contraria alius casus est, scilicet in duobus dominis. hic autem in fructuario & domino.

a *Adhuc interesse.* alias hic incipit. l. alias non.

b *Humanior est.* imò alia sententia videtur verior: vt j. de act. em. si seruus. in princ. quæ est contra. Sol. hęc sententia vt humanior recipitur, ibi verò de rigore dicit. Vel ibi solvit fructuarius, hic seruus. Vel ibi erat res tradita, hic non, eo tempore quo finitur vsusfruct. Vel ibi vsufructuarius fuit in delicto, quare fuit capi. de. hic non prima venior.

c *Et decus.* id est x. & x. vt infra de leg. l. si quis testamẽto sed hic ponitur pro x.

d *Numeratione.* id est numerando, Azo.

e *Vindicabit.* dominus eorum.

f *Condictionem.* s. indebiti: vt per condictionem indebiti repetantur: vt infra de condi. indebi. cum duo. & l. si non sortem in princi. Accursius.

g *Solvit.* seruus. liber autem homo posset facere.

h *Nihil fecit.* no. ratione incertitudinis neutrum valere: vt infra de in diem addi. l. cum duo ser. & infra de fun. instruc. & instru. le. l. quæsitum. §. si quis eidem. & j. communia prædio. l. in tradendis. in prin. & j. de re. dub. si fuerit.

i *Accipientis.* sed si vnus repetat pecuniã suam, altera statim efficitur illius, & sic illi res adquiritur cuius fuerat alia pecunia. si autem pro parte vterq; repetat, puta vnus quinq;, alius alia quinq;: pro parte dimidia vtriusq; dominium illius rei adquiritur. nam potest bene pro parte repeti, quia fuit quantitas: vt infra de condictio. inde. l. si non sortem. §. si centum. & §. idem Marcellus. Vel quod melius est. non poterit aliquis eorum repetere nisi pro parte, obstante sibi exceptione: vt infra de condict. indeb. si pœnæ causa. §. fina. & sic ex tunc dominium erit cuiuslibet pro rata.

k *Stipuletur.* puta vsque ad quinquennium: & pro quolibet anno nomine pensionis x. stipulatus est.

l *Sequentium.* quibus non mãsit. & quod dicit, stipulatio. i. cõmodum quod ex stipulatione venit: nõ autem stipulatio ista. nam prout durat vsusfruc. durat stipulatio. statim cum finitur stipulatio: & ipso iure proprietario quæritur, non ex translatione: vt infra de stipu. seruo. l. si seruus communis. §. fi.

m *Vel adrogatorẽ.* vt insti. de adqui. per adroga. §. j. & subaudi, vel ad aliũ similẽ, vt bo. possessorẽ vel fideicõmissarium. Ac.

n *Legatus.* scilicet in hoc seruo qui suas locauit operas.

o *Suprascriptum est.* scilicet in annos singulos.

p *Minutione.* maxima vel media, vel etiam minima olim: vt C. de vsufruct. l. corruptionem.

q *Restituitur.* alias restitutus. s. vsusf. vsufructuario mox. i. in

A anno sequenti. alias restituitur: & expone eo modo vt infra qui. no. vsusfru. amit. l. j. in fin. & l. ij. Sed si in medietate primi anni capite deminutus fuerit, nonne totam pensionem habebit? quod videtur: vt infra de an. leg. l. à nobis. & j. de stip. ser. l. si seruus communis meus. §. cum seruus. Sed arg. contra. j. e. l. si operas? Respon. totum quæri: sed per condictionẽ sine causa, eius temporis quo amisit vsumfructum pẽsionẽ domino præstabit. Vel dic vt d. l. si operas. Quod autem hic dicit, ambulat stipulatio, expone, id est commodum stipulationis, vt in superiori casu: vt non sit contra infra de stip. ser. si seruus communis meus. in prædicto. §. cum seruus. Vel potest dici, p rata temporis stipulationẽ quæri fructuario. cum ex suo delicto amisit vsumfruct. secus si per mortem, vt ibi. Vel dic ad principiũ gl. refert aptius: licet in singulos annos fuerit legatus: tamen si cap. dem. maximam vel mediam patiatur: & in sequẽtibus nihil resumit: vt no. j. quib. modis vsusfru. amit. l. iij. nisi restitueretur in integrum. & ita aget proprietarius singulis annis antequam restituatur. lex tamen notat differentiam inter vsumfru. & annuum legatum, secundum Azo. vt infra de an. lega. in singulos. & sic potest solui lex à nobis: vt j. e. l. si operas. Item not. hic quòd actio vel stipulatio ambulat: vt s. de mino. in causæ. §. fina. & l. sequen. & infra de aqua plu. ar. l. si tertius §. si prius. Accursius.

r *Adquiri.* Pone exemplum, vt quia rem fructuarij stipulatur: vt insti. de stip. ser. §. fina. Vel pone quòd fructuarius erat Iudæus, & ex eius pecunia emit seruus mãcipium Christianum: vt C. de epi. & cler. l. Deo nobis. §. pe.

s *Denique scribit.* quasi dicat non solùm in præmisso casu adquiritur proprietario, sed etiam in his duobus sequentibus.

t *Adquirere.* sed tenetur restituere: vt infra de stipul. ser. l. pe. & facit infra de stipula. seruo. l. j. §. pe. & de adquiren. re. do. l. per seruum. §. fructuarius.

u *Contra autem.* i. si ex re proprietarij stipuletur fructuario.

x *Stipuletur.* s. ex re proprietarij. nam ex illis duabus casibus tantum quæritur fructuario: vt s. eo. si serui vsusfruct.

y *In se.* scilicet constitutum.

z *Stipuletur.* scilicet ab vsufru. & nõ sibi, sed proprietario, vel sine nomine, vt subiicit. Aliud enim si sibi: sicut quãdo sibi cõducit: quia nihil agitur: vt infra statim subiicit. §. idem Iulianus. Vel hic iusserat proprietarius, ibi non: vel vt ibi.

a *Nominatim.* scilicet proprietario, quod alias in textu est.

b *Cuius res.* & subaudi, ei cuius &c. nam non valet: vt hic, & instit. de stipu. ser. §. fina.

c *Si seruus.* alias. §. idem Iulianus. aliàs incipit lex, si seruo.

d *Nihil agit.* vt domino querat. Et est ratio: quia quantũ ad ea

quæ

donec pretium numeretur.

Quid ergo si amisso vsufructu tunc pretiũ numeretur? Iulianus quidẽ libro trigensimo quinto Digestorũ scripsit, adhuc interesse[a] vnde fit pretiũ numeratum. Marcell[9] verò & Mauricianus amisso vsufructu iam putant dominiũ adquisitum proprietatis domino. Sed Iuliani sententia humanior est[b]. Quòd si ex re vtriusq; pretium fuerit solutum, ad vtrunq; dominium pertinere Iulianus scripsit: scilicet pro rata pretij soluti. Quid tamen si fortè simul soluerit ex re vtriusq;? vt puta decem milia pretij nomine debebat, & den[c] soluit ex re singulorum: cui magis seruus adquirat? Si numeratione[d] soluit, interest cuius priores nummos soluat. Nam quos postea soluerit, aut vindicabit: [e] aut si fuerint nummi consumpti, ad condictionem[f] pertinent. Si verò simul in sacculo soluit g, nihil fecit[h] accipientis: & ideo nondum adquisisse cuiquam dominium videtur: quia cum plus pretium soluit seruus, non faciet nũmos accipientis[i].

Pulcher. §. Pro tempore quo durat vsusfructus, in effectu quæritur fructuario: pro tempore quo non durat, in effectu proprietario. h. d. cum l. si operas. infra eodem. Alberi. de R.o.

Si operas suas iste seruus locauerit, & in annos singulos certum aliquid stipuletur: [k] eorum quidem annorũ stipulatio quibus vsusfructus mansit, adquiretur fructuario: sequentium[l] verò stipulatio ad proprietarium transit semel adquisita fructuario: quamuis non soleat stipulatio semel cui quęsita, ad alium transire, nisi ad heredem vel adrogatorem[m]. Proinde si forte vsusfructus in annos singulos fuerit legatus[n], & iste seruus operas suas locauit, & stipulatus est vt supra scriptum est[o]: prout capitis minutione[p] amissus fuerit vsusfructus, mox restitutus[q], ambulabit stipulatio: profectaque ad heredem, redibit ad fructuarium. Quæstionis est, an id quod adquiri[r] fructuario non potest, proprietario adquiratur. Et Iulianus quidem libro trigensimo quinto Digestorum scripsit, quod fructuario adquiri non potest, proprietario quæri. Denique[s] scribit, eum qui ex re fructuarij stipuletur nominatim proprietario, vel iussu eius, ipsi adquirere[t]. Contra[u] autem nihil agit si non ex re fructuarij, nec ex operis suis fructuario stipuletur[x]. Seruus fructuarius si vsumfructum in se dari[y] stipuletur, [z] aut sine nomine, aut nominatim[a] proprietario, ipsi proprietario adquirit, exemplo serui communis, qui stipulando rem alteri ex dominis cuius res[b] est, nihil agit: quoniam rẽ suã stipulando quis nihil agit: alteri stipulando, adquirit solidum.

Si seruus cõducat fructuario operas suas, vel rem suam: nihil valet, nisi nominatim proprietario stipuletur vel conducæ. h. d. Albe. de rosa.

Idẽ Iulian[v] eodẽ libro scripsit, si seruo[c] fructuari[o] operas ei[o] locauerit, nihil agit[d]. Nã & si ex re mea, inquit, à me

quæ ex opera proueniũt, simile est hic habẽti plenã proprietatẽ, quam certum est à seruo stipulari non posse. nec est contra. ff. e. l. proxi. §. si seruus. vt ibi modo dixi. Vel ibi non stipulabatur seruus à fructuario ex operis: & ideo valet.

a *Stipulatus sit.* puta pẽsionem ex domo mea fructuarij. & est hic eadem ratio quam modo reddidi in superiori responso.

b *Agendo.* id est stipulando à me, & ex re mea, vel opera sua.

c *Ne quidem.* hæc negatio superfluit propter sequentem. sic supra eo. si cuius. §. fructuarius.

d *Non obligabit.* nisi forte nominatim ei domino stipuletur: vt ff. prox. §. si seruus. & infra proxi. §.

e *Nihil agit.* s. vt me obliget, obligabitur tamen ipse dominus de peculio mihi fructuario ex eo cõtractu quẽ iniui cũ seruo: vt ff. de pec. l. si creditor. §. fina. quæ est contra. nam fructuarius cum seruo contrahendo mercedem pro operis ei imponere potest: vt infra de vsu & hab. l. sed & ipsi.

f *Si duos fructuarios.* id est qui habent vsumfructum in seruo.

g *Et in duobus bonæ fid. possessoribus.* Primo respon. & postea dicit idem in fructuariis. Accursius.

h *Ex re alterius.* scilicet bo. fi. pos.

i *Partem domino.* alius ergo. bon. fid. pos. impedit: ipsi tamen non quæritur sed domino, vt hic. Sed cõtra infra de acquir. re. do. l. qui bona. §. fina. & infra de stip. ser. l. si alienus seruus. in quibus. ll. dicitur quod totum quæritur ei possessori, ex cuius re quæsiuit. Solut. hic de rigore: ibi de æquitate. Vel ibi stipulabatur rem quæ erat domini: vnde sibi plus quæri non poterat. Vel verius dic pro parte quæritur: vt hic dicit: sed tamen dominus debet restituere per condictionem sine causa: vt infra de stipu. seru. l. penult. & sic inspecto exitu totum acquiritur ei, ex cuius re fuit stipulatus, vt in ll. contrariis.

k *Stipulatus.* domino. Accursius.

l *Accipimus.* vt C. per quas perso. no. acqui. l. si duobus. & infra de stipu. ser. proinde. Accursius.

m *Idem & in fructuariis.* s. quod est in bo. fid. possessoribus. & ideo hic signa & solue cõtrarium infra de stipu. ser. si alienus. & solue eodem modo vt modo dixi circa bo. fid. poss.

n *Non totum.* quia non totus vsusfruct. eius sit.

o *Posse ostendimus.* vt ff. eo. l. adhuc. §. quæstionis.

p *Quod autem diximus.* supra eo. l. si serui.

q *Omnia.* quæsita ex re, vel ex operis.

r *Fructuario.* scilicet cuilibet.

s *Si operas suas locauerit.* in quinque annos.

t *Imperfecto.* id est nondum impleto.

stipulatus sit,[a] nihil agit: non magis quàm seruus alienus bona fide mihi seruiẽs, idem agendo[b], domino quicquam adquirit. Simili modo (ait) ne quidem[c] si rem meã à me fructuario conducat, me nõ obligabit. Et regulariter definiit, quod quis ab alio stipulando mihi adquirit, id à me stipulando nihil agit: e nisi forte (inquit) nominatim domino suo stipuletur à me, vel conducat.

Nota quod iussus operatur idem quod nominis expressio. Baldus.

Si duos fructuarios[f] proponas, & ex alterius re seruus sit stipulatus: quæritur, vtrũ totum, an pro parte qua habet vsumfructum, ei quæratur. Nam & in duobus bonę fidei possessoribus[g] hocidem est apud Scæuolam agitatum libro secundo quæstionum, & ait vulgo creditum, ratio nemque hoc facere, si ex re alterius[h] stipuletur, partem ei duntaxat quæri, partem domino.[i] Quòd si nominatim sit stipulatus,[k] nec dubitari debere quin adiecto nomine solidum ei quæratur. Idemque ait & si iussu eius stipuletur: quoniam iussum pro nomine accipimus.[l] Idem & in fructuariis[m] erit dicendum: vt quo casu non totum[n] adquiretur fructuario, proprietatis domino erit quæsitum: quoniam ex re fructuarij quæri ei posse ostendimus.[o] Quod autem diximus,[p] ex re fructuarij vel ex operis posse adquirere, vtrum tunc locũ habeat, quotiens iure legati vsusfructus sit constitutus: an & si per traditionem vel stipulationẽ vel alium quemcunq; modum, videndum. Et vera est Pegasi sententia, quam & Iulianus libro sextodecimo secutus est, omnia[q] fructuario[r] adquiri.

Pro rata temporis quo ad vsumfructus duravit, dividitur emolumentum stipulationis inter proprietarium & fructuarium. Baldus.

XXVI. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

Si operas suas locauerit[s] seruus fructuarius, & imperfecto[t] tempore locationis vsusfructus interierit: quod supersit,[u] ad proprietarium pertinebit. Sed & si ab initio certam summam propter operas certas stipulatus fuerit: capite deminuto eo idem dicendum est.[x]

Fructus pendentes die vsusfructus legati cedente spectant ad fructuarium. Albericus.

XXVII. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

Si pendentes[y] fructus iam maturos reliquisset testator, fructuarius eos feret,[z] si die legati cedente[a] adhuc pendentes deprehendisset. Nam & stantes[b] fructus ad fructuarium pertinent. Si dominus solitus fuerit tabernis ad mercẽs[c] suas vti, vel ad negotiationem: vtique permittetur fructuario locare eas & ad alias merces: & illud solum obseruandum, ne vel abutatur[d] vsufructuarius, vel contumelioseve[e] iniurioseve vtatur vsufructu.

Si serui vsusfructus legatus est, cuius testator quasi ministerio vacuo[f] vtebatur: g si eum disciplinis[h] vel arte[i] instituerit vsufructuarius, arte eius vel peritia vtetetur.

Onera realia quæ præstantur à re, vel occasione rei, ad fructuarium pertinent. Albericus.

Si quid cloacarij[k] nomine debeatur, vel si qd ob formã aquæductus qui per agrum[l] trãsit pendatur, ad onus fructuarij ptinebit. Sed & si qd

u *Quod supersit.* i. eius temporis pensio. Azo. & sic nõ est contra infra de stip. ser. si seruus communis. §. fin. & vt diximus. ff. e. l. adhuc. §. si operas.

x *Dicendum est.* forte refert an amissus sit vsusfructus propter delictum fructuarij, an alia de causa: vt in primo casu meat quod hic dicitur. In secundo eius aut in quo amittitur, remaneat omnia: & nihil ad proprietarium redeat: vt argum. infra de an. leg. a nobis. sed certe aliud est in annuis decem relictis: vt dicit. l. illa à nobis. & aliud in vsufruct. in quo etiam si maturis fructibus finiatur vsusfructus, non tamen vltra debet habere: vt infra eodem. defuncta & infra de an. leg. l. in singulos.

y *Si pendentes.* § CASVS. Duo dicit. Testator legauit mihi vsumfruct. in quo erant segetes, & alij fructus super arbores: quæritur cuius essent, si tempore hereditatis aditæ adhuc sunt super fundum? Et respõd. quod sunt fructuarij. § QVID. Habeo vsumfructum in domo, & in quodam fundo. Dicitur hic, quòd quo ad domum debeo soluere illi qui per ciuitatem cloacas mundat: & alia quædam onera sustinere: & quo ad fundum in quo habeo vsumfructum, debeo sustinere expensas aquædactus: & etiam expẽsas exercitus trãseuntis: & alia onera quæ sunt in textu. Viuianus.

z *Feret.* vsufructu legato. Azo.

a *Cedente.* alioquin sint heredis: sicut & serui sunt qui nascuntur ex ancilla pendente conditione libertatis: vt C. de fideicom. lib. l. cum libertatem.

b *Stantes.* vt segetes: vel pro eodem ponit, secundum quosdam. Sed quid si heres moram fecerit in adeundo: vt sic fructus pendentes fructuarius non deponeret? Respond. tenetur de dolo, si hoc dolose fecerit: vt infra de fideicom. lib. si quis rogatus. & infra eod. si vsusfructus legatus. in prin.

c *Merces.* modus enim non qualitas vtendi inspicitur: vt supra eo. item si fundi. §. fin.

d *Abutatur.* scilicet vt res intereat.

e *Contumelioseve.* & sic non meretricibus: vt supra eo. si cuius. §. fin. & l. sed & si quid. §. sufficienter.

f *Vacuo.* id est vili, & quasi nullo, & quasi mediastini.

g *Vtebatur.* vt custos porcorum.

h *Disciplinis.* etiam liberalibus.

i *Arte.* scilicet mechanica.

k *Si quid cloacarij.* id est propter cloacę publicę refectionem.

l *Per agrum.* eundem vel alium.

ad collationē[a] viæ, puto hoc quoque fructuariū subiturum. Ergo & quod ob transitū exercitus, [b] confertur ex fructibus: sed & si quid municipio, [c] (nam solent possessores certā partem fructuum municipio viliori pretio addicere: solent & fisco fusiones præstare) hæc onera ad fructuarium pertinebunt.[d]

Vsufructuarius potest vti re secundū cōditionem & possibilitatem rei: & ita, vt nō incidat in pœnam per proprietarium impositam. Bartolus.

Si qua seruitus imposita est fundo,[e] necesse habebit fructuarius sustinere. vnde & si per stipulationē seruitus debeatur, [f] idē puto dicēdum. Sed & si seruus sub pœna [g] emptus sit interdictis certis quibusdā [h]: an si vsusfructus eius fuerit legatus, obseruare hæc fructuarius debeat? & puto debere[i] eum obseruare: alioqun non boni [k] viri arbitratu vtitur & fruitur.

In numismatibus potest constitui verus vsusfructus: quia vsu non consumuntur. h. d. Alberi. de rosa.

XXVIII. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

NVmismatum laureorum vel argenteorum veterum quibus pro gemmis vti solent, vsusfructus [m] legari potest.

XXIX. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

OMnium bonorum [n] vsumfructum posse legari, nisi excedat dodrantis æstimationem, Celsus libro xxxii. Digestorum, & Iulianus libro lxi. scribit: & est verius.

XXX. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

SI is qui binas ędes habeat, aliarum vsumfructum legauerit, posse heredem Marcellus scribit alteras altius tol lendo obscurare [o] * luminibus: quoniam habitari potest etiā obscuratis ædibus. quod vsque adeò temperandum est, vt non in totum ædes obscurentur, sed modicum lumen quod habitantibus sufficit, [p] habeant.

XXXI. IDEM libro decimo ad Sabinum.

EX re fructuarij etiam id intellegitur, quod ei fructuarius donauerit, [q] concesserit ve, vel ex administratione rerum eius compendij seruus fecerit.

XXXII. POMPONIVS libro trigensimotertio ad Sabinum.

SI quis vnas [r] ædes, quas solas [s] habet, vel fundum [t] tradidit: excipere potest id quod personæ [u] non prædij est, veluti vsum & vsumfructum. Sed & si excipiat vt pascere sibi vel inhabitare liceat, valet exceptio, [x] cum ex multis saltibus pastione fructus perciperetur. Et habitationis exceptione siue temporali siue vsque ad mortem eius qui excepit, vsus [y] videtur exceptus.

---

a *Ad collationem.* impendendum sit.

b *Exercitus.* scilicet impendendum sit, vt felicis embolæ, vel aduentus principis: vt C. de fac. ec. l. iubemus nullam. & l. nemini. & facit ĵ. eod. l. vsufructu relicto. & s. eo. l. hactenus. & l. vii. §. quoniam, & infra de vsufruct. l. quæro.

c *Municipio.* scilicet

sit præstandum.

d *Pertinebunt.* imò videtur quòd ad dominum: vt ĵ. de lega. iij. l. qui cōcubinam. §. qui ortos. quæ est contra. Sol. si ibi fructuarius ea præstitisset, nihil valeret legatum, quod ei remansisset vel vt ibi.

e *Fundo.* à testatore: & antequam vsusfructus esset constitutus.

f *Debeatur.* ergo constituta erat.

g *Sub pœna.* si moraretur in certis locis. Azo. vt infra de ser. expor. l. Titius.

h *Quibusdam.* scilicet locis.

i *Debere.* infra eo. arbores. §. j. contra, vbi reiicit colonum. Sol. hoc ideo, quia hic parum, vel nihil de libero fruendi arbitrio dimittit: at ibi sic.

k *Non boni.* quod facere debet. Si ergo proprietarius ob hoc aliquid præstitit, petit à fructuario, si ille in culpa deprehendatur. Sed an etiam contra proprietarium committitur pœna, si contra facit fructuarius? Respon. sic vt ĵ. de cō trahenda emp. l. si quis sub.

l *Nvmismatum.* genus nummi valens decem: in quo imago principis, vel alterius est: vt ĵ. de auro & argent. lega. l. Quintus. §. si aute aurum. Accursius.

m *Vsusfructus.* quo casu etiam proprietas legata videtur secundum quosdam: vt s. e. l. Proculus. Vel dic quòd vsusfruc. tantum. & poterat talis haberi fructus, vt pignori obligentur. fructus enim &c. vt ĵ. de vsur. l. fin. Sed hoc falsum est similiter: quia fructuarius nō potest obligare: vt C. e. l. interest. & quod dicitur, fructus rei est &c. id est vtilitas. Ioan. Dic ergo quòd hic erat vsusfruct. & erit fructus in hoc, quòd pro gemmis tanquam monilia portentur ad pectus. vt hic, & ĵ. ad exhib. l. Iulianus. §. si tibi x.

Omnium.) CASVS. Aliquis vult mihi legare vsumfructum omnium bonorum. bene potest: nisi in quarta, quæ debet remanere heredi de bonis. Viuianus.

n *Omnium bonorum.* s. propriorum. Et no. q̄ in quibusdam dicitur propriè vsusfru. in quibusdam improprie: vt & C. e. l. si vsusfruc. in his enim quæ cōsumuntur vsu, improprie: vt instit. de vsufru. §. constituitur. & infra de vsufruc. ea. re. quæ vsu &c. consu. l. iij. Item in seruitutibus: vt infra de vsufr. le. l. j. Item in omni incorporali re, licet bonorum appellatio etiā incorporalia contineat: vt ĵ. de verb. sig. l. bonorum. Item no. q̄ in tali legato oportet æstimari proprietatem & vsumfru. nam potest minus valere proprietas quàm vsusfru. & econtra. nam si legetur alicui habenti xl. annos, vel plus, fit computatio v. annorum, si puero xxx. annorum: vt ĵ. ad l. Fal. hereditatū. Item in eo quòd dicit dodrantis, habet locum in extraneo herede instituto. secus in filiis, qui habent legitimam cum vsufru. vt in authen. de trien. & semis. §. prohibemus. coll. iij. & secundū hoc intellige infra de vsufru. leg. l. vxori meæ. quæ est contra. & infra e. l. si mihi. Accursius.

A SI is qui.) CASVS. Testator duas domos habebat: in vna legauit mihi vsumfr. poterit quidē heres exaltare aliam rerentam, cuius vsumfruct. non legauit: & auferre mihi lumen: dummodo parum luminis mihi dimittat. Viuianus.

o *Obstruere.* aliter in domo locata, etiā ab extraneo obscurata: vt ĵ. loc. si merces. §. ij.

IS qui vsumfructũ habet, si tantum vtatur, quia existimet se vsum tantũ habere, an vsumfructum retineat? Et si quidẽ sciens se vsumfructum habere, tantũ vti velit, nihilominus & frui videtur.[c] Si vero ignoret, puto eum amitte re fructũ.[d] Non enim ex eo quòd habet vtitur, sed ex eo quòd putauit se habere.

XXI. MODESTINVS libro tertio Differentiarum.

SI vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas esse desinit: vt passa est Carthago: [e] ideoq; quasi morte desinit habere vsumfructum.

Vxor retinet possessionem per maritum, & maritus per vxorem: & idem per reliquam familiam. Bartolus.

XXII. POMPONIVS libro sexto ad Q. Mucium.

SI mulieri vsus domus legatus sit, & illa trans mare profecta[f] sit, & constituto tẽpore ad amittendũ vsum abfuerit, maritus verò domo vsus fuerit, retinetur nihilominus vsus: quẽadmodum si familiã suã in domu reliquisset,[g] eaque[h] peregrinaretur. Et hoc magis dicẽdum est si vxorem[i] in domu reliquerit maritus, cum ipsi marito vsus domus legatus sit.

XXIII. IDEM libro vicensimosexto ad Q. Mucium.

SI ager cuius vsusfructus noster sit flumine vel mari inundatus fuerit, amittitur[k] vsusfructus: cum etiam ipsa proprietas eo casu amittatur. Ac ne piscando quidẽ retinere poterim[l] vsumfructum: sed quemadmodũ si eodem[l] impetu discesserit[m] aqua quo venit, restituitur proprietas, ita & vsumfructum restituendum, dicendum est.

XXIII. IAVOLENVS libro tertio ex Posterioribus Labeonis.

CVm vsumfructum horti haberem, flumen hortum occupauit: deinde ab eo recessit. ius quoque vsusfructus restitutum[n] esse Labeoni videtur: quia id solum[o] perpetuò eiusdem iuris mansisset. Ita id verùm pũto, si flumen inũdatione hortum occupauit. Nam si alueo mutato inde manare cœperit, amitti vsumfructum existimo, cum is locus aluei publicus esse cœperit, neque in pristinum statum restitui posse. P Idem iuris [in] itinere & actu custodiendum esse ait Labeo. de quibus[q] rebus ego idem quod in vsufructu sentio: Labeo: Nec si summa terra[r] sublata ex fundo meo, & alia regesta[s] esset, idcirco meum solum esse desinit, nõ magis quàm stercorato agro.

XXV. POMPONIVS libro vndecimo ex Variis Lectionibus.

PLacet[t] vel certæ partis vel pro indiuiso vsumfructum non vtendo amitti.

XXVI. PAVLVS libro primo ad Neratium.

SI ager ab hostibus occupatus seruúsve captus liberatus fuerit, iure postliminij restituetur[u] vsusfructus.

XXVII. IDEM libro primo Manualium.

SI seruus in quo vsusfructus alienus est, noxæ dedatur à domino proprietatis vsufructuario, liberabitur[x] confusa seruitute proprietatis comparatione.

XXVIII. IDEM libro tertiodecimo ad Plautium.

SI vsusfructus alternis annis legetur, non posse non vtendo eum amitti,[y] quia plura sunt legata.

Per colonum suo nomine possidentem, non retinet fructuarius possessionem, licet vsumfructum locauerit, & annuam receperit pensionem: sed per colonum colonus bene retinet possessionem. Baldus.

quia omnis obligatio quę recipit dationē, per singulos annos potest tolli ex quo cōpetere cœpit: vt C. de præscri. xxx. an. l. cum notissimi. §. in his. secundum Ir. & Azo. vt ibi dixi.

POmponius.} CASVS. Ego fructu. locaui in quinquennium ius percipiendi fructus proprietario: proprietarius vero alij plenam proprietatem vendidit. an amittam vsumfruc? Respō. quòd sic. Sed quid? ego locaui proprietario: & ipse locauit: an perdam non vtendo? dicit quod non: imò retineo ius si non vtor. sed si locauit alij suo nomine: quia conductor non fruitur nomine meo: secus est. nam hoc casu amitto vsumfructum neque retineo, sed si ego vēdidi proprietario vsumfruc. vsq; in quinquēnium: & ipse proprie. alij simpliciter vendat: perdo non vtendo vsumfruc. quia non meo nomine fruitur emptor. {IDEM POMPONIVS.} Testator legauit mihi vsumfruc. fundi: & rogauit me vt Titio restituam. quanuis cesset Titius petere, non perdit Titius vsumfruct. non vtente me legatario. Viuianus.

a *Si fundum.* id est fundi vsumfru. Accur.

b *A me.* vsufructuario. Accursius.

c *Amitti.* imò contra. vt C. de præscrip. xxx. an. l. male. quæ est contra. Sol. hic alius pensionem soluit, & alius tenet: & ego fructuarius possidere desij, tradente proprietario emptori: vt j. de acqui. pos. l. iij. §. quod si seruus. sed repeto per cōdictionem ex lege: vt C. de acquir. possess. l. fin. Azo.

d *Non esse.* forte quia locaui ad tempus vsumfru. quo finito reuerti ad me vsusfruct. debebat: alioquin amissionis non videor pati incommodum. Accursius.

e *Locauerit.* etiam suo nomine: vt infra de acquir. pos. l. qui vniuersas. §. fin. quia frui videor per istum interpretatiue.

f *Suo nomine.* cū à me non conduxisset.

g *Fruitur.* vere, vel interpretatiuè: vt supra proxi. respon.

h *Vsumfructum.* id est facultatem fructuum percipiendorum.

i *Amitti.* sed quid nocet mihi amissio, cū iam vendideram. Respon. vendiderā ad tempus perceptionē fructuum. vel vendideram pro x. singulis annis: sed forte remanet personalis.

g *Idem.* aliàs. §. idem Pompo. & aliàs. l. si legatum. & facit j. si vsusfru. pe. l. qui vsumfructum. & supra eo. ti legatum. Accur.

l *Per te.* id est tuo nomine, vt tu non amittas: an vero per me, & mihi noceam.

m *Actionem.* ex testamento. & dic id est efficacem.

n *Habiturum.* nec obest tibi, quòd ego possedi.

XXIX. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

POmponius quærit: si fundum[a] à me[b] proprietarius conduxerit, eumq; fundum vendiderit Seo non deducto vsufructu, an vsumfructum per emptorem retinea. & ait, licet proprietarius mihi pensionem soluerit, tamē vsumfructum ammitti:[c] quia non meo nomine sed suo fruitus est emptor. Teneri planè mihi ex locato proprietarium quanti mea interfuit id factū non esse:[d] quanquam si à me conductum vsumfructum quis alij locauerit,[e] retinetur vsusfructus. sed si proprietarius eum locasset, suo nomine,[f] dicendum amitti. non enim meo nomine fruiturg colonus. Sed si emptum à me vsumfructum[h] proprietarius vendidisset, amitterem vsumfructum? quærendum est. Et puto amitti:[i] quoniam & hic non vt à me empto fruitur fundi emptor. Idem Pomponius[k] quærit, si legatum mihi vsumfructum rogatus sim tibi restituere, an per te[l] frui videar, nec amittatur vsusfructus. & ait dubitare se de hac quæstione. sed est verius (quod Marcellus notat) nihil hanc rem fideicōmissario nocere. suo enim nomine vtilem actionem[m] eum habiturum.[n]

XXX. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

CAro & corium mortui pecoris in fructu non est: quia mortuo eo vsusfructus extinguitur.

XXXI. POMPONIVS libro quarto ad Q. Mucium.

CVm gregis vsusfructus legatus est, & vsque eò numerus peruenit gregis, vt grex non intellegatur,[o] perit[p] vsusfructus.

CAro.} CASVS. Si habeo vsumfructum in boue, & moritur bos: ad me non pertinet caro & corium. Viuianus.

CVm gregis.} CASVS. Si habeo vsumfructū in grege: si perit grex, quòd nō remanent nisi v. oues: perit vsusfruct. Vi.

o *Non intelligatur.* Puta ad pauciores quàm x. vt infra de abigeis. l. oues. Accur.

p *Perit.* Aliter si singulorū esset relictus vsusfructus: vt arg. §. eodē. quid tamen. §. fi. Item aliter in legato proprietatis: vt j. de legatis. j. si grege. & insti. de leg. §. si grex. Ir. nam & si domus sit mihi legata, & ad aream peruenerit: nihilominus debetur legatum proprietatis: licet vsusfructus extinguatur: vt arg. supra de rei vindicatione. l. solum. §. j. & infra de solutionibus & liberationibus. l. qui res. §. aream. & supra eod. l. repeti. §. rei mutatione. Accursius.

DE VSVFRVCTV EARum rerum quæ vsu consumuntur vel minuuntur.

TITVLVS V.

Quædam sunt res in quibus non cadit vsusfructus distinctus à proprietate, quia vsu consumuntur: & ideo tunc non interponitur cautio de vtendo salua rerum substantia: quia est impossibile: sed de æstimatione restituenda: & transfertur dominium. l. d. l. sequens vsque ad §. si pecuniæ. in l. hoc senatusconsultum. Baldus.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SEnatusq; cōsuit vt omniū rerū quas in cuiusque patrimonio esse cōstaret, vsusfructus legari posit. quo[r] senatusco-sulto inductum videtur, vt earum rerum quæ vsu tollun tur vel minuuntur, posit vsusfructus[s] legari.

II. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

SEd de pecunia rectè caueri[t] oportet his à quibus eius pecuniæ vsusfructus legatus erit. Quo senatusconsulto non id effectum est, vt pecuniæ vsusfructus proprie esset.

No. quòd id quod negat lex, natura non audet, ad hoc allegatur hæc lex. Baldus.

Nec enim naturalis[u] ratio auctoritate † Senatus cōmutari potuit: sed remedio introducto cœpit quasi vsusfructus haberi.

III. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

POst quod omnium rerū vsusfructus legari poterit:[x] an & nominū? † Nerua negauit: sed est verius (quod Cassius & Proculus existimant) posse legari. Idem tamen Nerua ipsi quoque debitori posse vsumfructum legari scribit, & remittendas ei † vsuras.

IIII. PAVLVS libro primo ad Neratium.

ERgo cautio[y] etiā ab hoc[z] exigenda erit.

q *Senatus.* cuius nomē nō habemus. Accursius.

r *Quo.* auctor loquitur. Accursius.

s *Vsusfructus.* i. quasi: vt j. l. prox. vere enim esse non potest naturali vel simili ratione: vt instit. de vsufruc. §. constituitur. & facit infra ad l. Falcid. l. vsufructu.

t *Sed de pecunia. Caueri.* improprie ponitur enim pro satisdatione: vt C. de verborum signifi. l. iij. & C. de vsufructu. l. ij. & j. e. l. tribus.

u *Nec enim naturalis.* vel ciuilis: vt instit. de vsufru. §. constituitur. & hoc expone vt ibi. Accursius.

POst quod.} CASVS. † Dictum est. s. e. in l. j. quòd omnium rerū potest vsusfru. legari. sed nunquid & nominum? vt ecce Titius habet debitorem: an possit mihi Titius ilius nominis vsumfru. legare? Et respō. quòd sic. & Nerua dicit quòd non. sed male dixit: imò plus dico: quia etiam ipsi debitori potest legare, & vsuras ei remittere: sed satisdare debet ille debitor cui est legatus vsusfruct.

x *Poterit.* vt & s. de vsufruc. l. omnium. Accursius.

y ERgo cautio. id est satisdatio. sic C. de procur. l. j.

z *Ab hoc.* scilicet debitor. Accursius.

HOc senatusconsultum.} CASVS. Si legas mihi vsumfructū in aliena pecunia, an valeat tale legatum: quæritur. & respon. quòd sic. {SI PECVNIAE.} Titius legauit mihi vsumfructum pecuniæ. heres mihi dedit, oblitus exigere cautionem de restituendo. potest heres scilicet postea vsufructu durante petere cautionem per condictionem certi. Item finito

nito vsufru. petet ipsam pecuniam condictione certi generis: quæ est a aliquis leget mihi vsumfru. pecuniæ siue vsum, idem est vt debeam satisdare de tanta pecunia restituenda, si mortar, vel capite minuar: & debeo satisdare de tanta pecunia restituenda, siue iam sit data, sit postea detur: & hoc dicitur hic, & j. e. l. ii tibi. Accursius.

a *Hoc senatusconsultum.* quo permittitur cõsti tui quasi vsusfruct' in rebus quæ vsu consumuntur. Accursius.

b *Ceterarum.* quæ vsu consumuntur. Accur.

c *Habuit.* in suo dominio.

d *Cautio.* id est non fuit præstita.

e *Posse condici.* amplius & rei vindicat. datur, si non sit præstita cautio in his rebus in quibus vere vsusfruct. est: vt j. vsufru. quemadmodum ca. l. si vsusfructus nomine secus in his quarum dominiũ fuit translatum: quia hoc agitur. non sic agitur in aliis. Item quod dicit condictionem dari, hoc est verum si in aliquo tempore fuit dominus ille qui vult condicere cautionem, aliàs non daretur ei condictio: sed actione in factum ei consuletur ad ipsam quantitatem: vt j. ad exhi. l. Iulianus. §. si tibi x. & forte ad cautionem eadẽ actio locum habet: vt j. de præscrip. verb. l. partis. Item ei quod dicodari cõdictionem, est contra infra de legat. ij. l. peto. §. fratre. Sol. hic interest agentis præstari cautionem, vt cuilibet patet. ibi nullum est interesse heredis, cum ipse sit liberatus semel præstando. Item facit infra de condic. indeb. sed & si. §. fina. Accursius.

f *Condici.* per actionem in factum, aut incerti: vt j. de præscri. verb. l. partis. quæ est contra. sed solue vt ibi. item certi condictione: vt j. si cert. peta. l. si quis certum. & l. certi condictio. in princip.

g *Idem continere.* nec plus, nec minus: hoc autem facit qualitas ipsius rei: vt j. e. l. quoniam. §. j. Idem in silua: vt & infra de vsu. & habitatione. l. diuus. Accursius.

S I *tibi.* } Casvs. Tria dicit. Primum, Titius legauit tibi x. milia in plena proprietate: & mihi vsumfruct. eorundem. habeo dimidiam vsusfruct. tu aliam dimidiam cum proprietate. Secundo idem in fundo, scilicet si Tit. legauit tibi plenam proprietatem fundi, mihi vsumfruc. eiusdem fundi. nam ego dimidiam vsusfruct. habeo, tu aliam dimidiam habes: sed tamen cum proprietate. Tertio modo, testator legauit mihi & Titio vsumfruct. x. milium. diuiditur inter vtrosque: & vno nostrum deficiente redit ad alterum non ad heredem: & ideo inter nos & heredem cauemus de restituendo imminente morte. vel ca. de.

v. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

HOc senatusconsultum[a] non solũ ad eum pertinet, qui pecuniæ vsumfructum vel ceterarum[b] rerum quas habuit, [c] legauit, verùm & si fuerint alienæ.

Cautio omissa condicitur per condictionẽ incerti. h. d. Bal. & hoc allegatur.

Si pecuniæ sit vsusfructus legatus, vel aliarũ rerum quæ in abusu consistunt, nec cautio[d] interueniat: videndum finito vsufructu an pecunia quę data sit vel ceterę res quę in absumptione sunt, condici possint. Sed si quidem adhuc cõstante vsufructu cautionẽ quis velit condicere, dici potest omissam cautionem posse condici[e] incerti cõdictione. sed si finito vsufructu, ipsam quantitatem Sabinus putat posse condici. [f] quã sententiã & Celsus libro octauodecimo Digestorum probat: quæ mihi non inarguta videtur. Quæ in vsufructu pecuniæ diximus, vel ceterarum rerum quæ sunt in abusu, eadem & in vsu dicenda sunt. Nam idem continere[g] vsum pecuniæ & vsumfructum, & Iulianus scribit & Pomponius libro octauo de stipulationibus.

Legatarius vsusfructus pecuniæ cauet legatario proprietatis eiusdem pecuniæ: & de sua manu habet percipere: sicut in vero vsu fructu: & fructuarij debẽt cauere sibi adinuicẽ, propter alios, super tus accrescẽdi. Bal.

VI. IVLIANVS libro trigensimo quinto Digestorum.

SI tibi decem milia legata fuerint, [h] mihi eorundem decem miliũ vsusfructus, fiet quidem tua tota decem milia: sed mihi quinq; numerari debebunt, ita vt tibi caueã, tempore mortis meæ aut capitis deminutionis restituiri*. Nam & si fundus tibi legatus fuisset, & mihi eiusdem fundi vsusfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem[i]: sed partem[k] cũ vsufructu, partem sine vsufructu: & non heredi, sed tibi cauerem boni viri arbitratu. Sed si duobus eorundẽ decem milium vsusfructus legatus[l] fuerit, quina milia accipient: & inuicem[m] & heredi satisdabunt.

VII. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

B SI vini, olei, frumenti vsusfructus legatus erit, proprietas ad legatarium transferri debet: & ab eo cautio desideranda est, vt quandoque * is mortuus aut capite deminutus sit, eiusdem qualitatis[n] res restituatur: aut æstimatis rebus, certæ pecuniæ nomine cauendum est. quod & commodius est. Idem scilicet de ceteris quoque rebus quæ vsu continentur,* intellegemus.

Quando plures heredes sunt grauati in præstando vsumfructũ pecuniæ, & etiã cauẽdo pro legatario, duo versantur in legato, C *scilicet dato pecuniæ, & factũ id est cautio: & pro legatario debet heres vnus caueri alteri, & alter alteri: & legatarius etiam cogitur promittere tanquam principalis persona: & si finito vsufructu fideiubẽs soluat, nõ repetit: quia ex necessitate fideiussit: & legatum istud quantum ad secundum caput de fideiubendo, videtur appositum fauore legatarij, non fauore heredum. Baldus.*

VIII. PAPINIANVS libro septimodecimo Quæstionum.

TRibus[o] heredibus[p] institutis vsumfructum quindecim milium Titio legauit, & duos ex heredibus iussit pro legatario satisdare. Placebat[q] vtile esse cautionis quoq; legatum[r], nec refragari senatusconsultum, D quia cautio[s] non impediretur, & esse alterum legatum[t] velut certi, alterum incerti. vsusfructus itaque nomine partem pecuniæ petendam[u] ab eo qui satis accepit à coherede, incertiq; [x] cum eodẽ

h *Legata fuerint.* in plena proprietate. Accursius.

i *Proprietatem.* vt &s. de vsufruct. adcrescen. l. idem Neratius. §. non solum.

k *Sed partem.* Etiã si testaror eius animi fuerit vt vellet te habere proprietatem nudã: quia interdum plus valet quod scribitur, quàm quod agitur: vt infra de vsufru. leg. l. si alij. *Scriptura interdum plus valet quàm id quod agitur.*

l *Legatus.* scilicet ab herede.

m *Et inuicem.* scilicet vnusquisque alteri de tanta pecunia restituẽ da si morieris, aut capite minueris, propter ius accrescendi quod est inter eos. & est hic aliud quàm in vsufructu vero: quia ibi proprietario cauetur, non locio: quia res extat quã vindicare posset per confessoriam, petendo in ea seruitutẽ: hic non. Alij exponũt sic: inuicem, id est vterque simul satisdare heredi debet. Sed duplex copula, & illius verbi significatio, scilicet inuicem, eis repugnat.

S I *vini.* } Casvs. Legasti mihi vsumfr. in vino, frumento, vel oleo: heres quidẽ tuus debet in me trãsferre proprietatẽ: & ego satisdabõ de toto restituendo, vel eius æstimatione. Viuianus. * *Pro quãdocunq; ita multis in locis in Pandectis Flo. legitur. An. Aug. lib. 3. cap. 7.*

n *Qualitatis.* s. ita vinum bonũ vt nũc est: vt infra si cert. peta. l. cum quid. * *Vulg. cõsumuntur.*

o *Tribus.* primo, secundo, & tertio.

p *Heredibus.* scilicet vnumquemq; eorum apud alterum qui est satisdatione similiter oneratus: & tertio qui non est oneratus. Accursius.

q *Placebat.* responsio primæ quæstionis.

r *Legatum.* quo exoneratus fuit legatarius.

s *Quia cautio non impediretur.* fit enim ab herede. vult enim senatuscon. cautionẽ quodammodo esse loco nudæ proprietatis penes heredem: vt s. eo. l. ij. in fin. & institu. de. vsufru. §. constituitur Accursius.

t *Legatum.* sol. secũdæ quæstionis: & quod subiicit, veluti certi, id est vsusfr. qui est certus: vt hic. Sed cõtra infra de ver. obli. vbi autem non. §. fundi. Sed hic dicitur certum, quantum ad rem ex qua præstatur: ibi incertum, quantum ad vtilitatem. Vel dic aliter in legato vsufructu quãtitatis, vt hic: aliter speciei, vt ibi, quæ quidem accipientis non fit. Vel dic, est certum, vt hic dicit, respectu incertioris, vt facti.

u *Petendam.* scilicet actione ex testamento. Accursius.

x *Incertique.* i. actione ex testamento ob satisdationem, quæ incertum dicitur continere, ob id quòd in facto consistit. nam agitur ad interesse ex eo quòd primo est incertum: certificatur tamen postea: vt j. de verb. oblig. vbi autem non apparet. §. qui id quod. & l. quotiens quis. Azo. & facit j. de actio. emp. si heres. in fin.

a *Promittere.* heredibus scilicet qui pro se satisfederût de restituenda pecunia: non autẽ satisdabit cũ sit pro eo satisfactũ. Ir.

b *Mandati.* contra legatarium. Accursius.

c *Nõ acturos* sed an potest agi neg. ge? videtur ꝙ sic: quia vtiliter gestũ esse negotium legatarij negari non potest: vt ſ. de neg. gest. Põponius. & l. sed an vltro. §. j. si opponatur: immo suum negotiũ gessit se liberãdo: sicut in duobus reis ꝓmittẽdi dicitur: vt ĵ. ad Vell. vir vxori. in fi. Respõ. hic secus est: quia ibi vterq; principalis est debitor. hic verò est vnus debitor, alter fideiussor. Vel quod verius est, nõ agit actione neg. ge. qa ex voluntate defuncti tenebatur satisdare: & per consequentiã soluere. vt ĵ. de cõdi. inde. l. indebitã. nõ ergo se liberauit ab actione ex testamento, licet satisfecit.

d *Mandatum.* gratis enim fit quod iure mãdati quis exequitur: vt ĵ. de leg. ij. vnũ ex familia. §. j. ibi, nõ enim facultas &c. Accur.

e *Paruisse.* scilicet ex necessitate. Accur.

f *Liberatos.* q. d. nõ possunt agere ꝓpter. Idẽ factũ propter qđ sunt liberati: hoc tamẽ fallit: vt ĵ. de sol. l. in numerationibus. & ĵ. ad l. Fal. si pupillus. sed illud ideo, quia non potest esse emptio quin alter alteri obligetur: fideiussio est etiam si mãdati nõ agatur. arg. pro hoc. ĵ. de donat. inter vi. & vxo. l. si vir vxori. & inſti. de obli. ex quasi contrac. in fi. tit. & ĵ. mandati. si remunerandi. §. si passus.

g *Videri.* s. contemplatione relictum. Accursius.

h *Prospicere.* aliàs prospicere: & aliàs proficere. & facit ĵ. de leg. iij. fideicommissa. §. interdum. Accur.

IN *stipulatione.* ❧ CASVS. Legasti mihi vsumfr. pecunię satisdare debeo in duobus casibus: si moriar, vel capite minuar: aliàs non teneor satisdare. & hoc dicit cum prin. l. seq. quæ continuatur cum ista. Viuia.

i *Pecuniæ.* alicui priuato relictæ, vt hic & ĵ. vsufru. quemadmo. cau. l. si vsusfru. nomine. §. fin. si verò ciuitati relinquatur: tantum vnus interponitur, scilicet quasi mortis: vt supra quibus mod. vsusfructus amittitur. l. si vsusfruct. ciuitati. nam non vtendo scilicet pecunia, nullus amittit etiã priuatus: quia habet quod est relictum: vt C. de præscript. xxx. an. l. male. Accursius.

k *Casus.* nisi testator ad tempus legasset, vel ad tempus esset constitutus: vt infra famil. ercis. l. & puto. §. ij.

l QVoniam. *Contineri.* idem est in legato vsufru. siluæ: vt infra de vsu & hab. l. diuus. Accur.

m *Siue postea.* quod est generale in omni fideiussore: vt insti. de fideiuss. §. fideiussor. Accursius.

S *Lanæ.* ❧ CASVS. Relictus est mihi vsusfru. lanæ, vel aliorũ quę vsu consumuntur. licet videatur vsusfru. relictus: tamẽ agendũ, si satis non dedisset. Eum verò qui satis præstitit, ac propter moram coheredis satis non accepit, neq; fructus nomine interim teneri propter senatusconsultum, neq; actione incerti: quia coheredi satisfecit. Illud etiam nobis placet, legatarium cogendum promittere. [a] Finito autem vsufructu si coheredes ex causa fideiussoria conuenirentur, eos mandati [b] non acturos [c]. non enim suscepisse mandatũ, [d] sed voluntati paruisse [e]. denique cautionis legato liberatos [f]. De illo nec diu tractandum fuit, secundum legatũ, id est cautionis, non heredũ videri, [g] sed eius cui pecuniæ vsusfructus relictus est, curq; testator prospicere [h] voluit, & cuius interest se credidit fideiussores non suo periculo quærere.

IX. PAVLVS libro primo ad Neratium.

IN stipulatione de reddendo vsufructu pecuniæ [i], duo soli casus [k] interponuntur, mortis, & capitis deminutionis.

X. VLPIANVS libro septuagensimonono ad Edictum.

QVoniam pecuniæ vsus* aliter amitti nõ potest, quam his casibus. Si vsus tantum pecunię legatus sit: quia in hac specie vsus appellatione etiam fructum contineri [l] magis accipiendum est, stipulatio ista erit interponenda. Et quidam aiunt, non ante hanc interponi stipulationem, quàm data fuerit pecunia. Ego autem puto, siue antea siue postea [m] ea pecunia data sit, tenere stipulationem.

*Cap. 7. vsufructuarius quemadmodum caueat.

XI. IDEM libro octauodecimo ad Sabinum.

SI lanæ alicui legatus sit vsusfructus, vel odorũ vel aromatũ, nullus videtur vsus fructus in istis iure cõstitutus [n], sed ad senatusconsultum erit descendendum quod de cautione eorum loquitur.

XII. MARCIANVS libro septimo Institutionum.

CVm pecunia erat relicta Titio, ita vt post mortẽ legatarij ad Mæuiũ rediret, quanquã adscriptũ sit, vt vsũ eius Titius haberet, proprietatẽ tamen ei legatã, & vsus mentionem factam, quia erat restituẽda ab eo pecunia post mortem eius, diui Seuerus & Antoninus rescripserunt.

SI VSVSFRVCTVS PETETVR, [o] vel ad alium pertinere negetur [p].

TITVLVS VI.

Fructuarius nõ agit cõfessoria pro seruitute accessoria: sed pro ipso vsufructu: per quod indirecte consequetur quod mero iure directe consequi non potest. Bald.

I. VLPIANVS libro octauodecimo ad Sabinum.

SI fundo fructuario seruitus debeatur, Marcellus libro octauo apud Iulianũ Labeonis & Neruæ sententiã probat, existimantiũ seruitutẽ quidem eũ vindicare nõ posse, ꝙ verũ vsumfructum vindicaturum: [r] ac per hoc vicinũ, si non patiatur eum ire & agere, teneri ei quasi non patiatur vti frui.

Quotiens dispositioni apponitur aliquid quod est contra naturam rei super qua disponitur, non valet dispositio. Bartolus.

Vsusfructus legatus adminiculis eget, sine quibus vti frui quis non potest. Et ideo si vsusfructus legetur, necesse est tamen vt sequatur eum aditus: [s] vsq; adeo, vt si quis vsumfructum loci leget ita, ne heres cogatur viã [t] præstare, inutiliter hoc adiectum [u] satisdare debeo: cum talia vsu consumantur. Viuianus.

CVm pecunia. ❧ CASVS. Testator legauit Titio x. his verbis: Titio x. do, lego, vel relinquo: vt post mortem Titij detur Mæuio. quæritur an dominiũ vel proprietas dictorũ x. ût Titij? Dicit ꝙ sic: cũ debeant Mæuio dari post mortem Titij: & ita ad heredem eius quam debent redire.

n *Proprietatem.* appellatione ergo vsusfructus cõtinetur hic proprietas: vt & ſ. de vsufruct. l. Proculus. Sed cõtra ĵ. de ser. rust. prædi. l. quia duo. vbi dicitur ꝙ si x. pedes iuxta aquæ exceptit venditor, ꝙ seruitutẽ non proprietatẽ excepisse videtur. Solue ex eo ꝙ vsum aquæ tantũ exceperat, idem videtur de eo ꝙ circa aquã excepit: cũ vicinis ex scripturis aliquid iudicetur: vt ĵ. de test. heredes. §. sed & si notã. & C. fa. ercis. quotiẽs. Itẽ ar. contra hunc l. in eo ꝙ proprietas continetur appellatione vsusfru. vt ĵ. de vsu & habi. si habitatio. §. sed si χρῆσις ver. sed sic relictus. sed natura rei hoc facit.

SI VSVSFRVCTVS *petetur, vel ad alium &c.*

o *Petetur.* per confessoriam.

p *Negetur.* aliàs, allegetur: & aliàs, negetur.

I *fundo.* ❧ CASVS. Si fundo in quo habeo vsumfr. debetur seruitº: nõ possũ illã seruitutẽ vindicare: sed petã vsum, & p hoc seruit. facit. ĵ. e. v. ti frui. ❧ VSVSFRV. ❧ Legauit tibi vsumfr. habebis illud quo ego vtebar. ❧ ITEM. ❧ Licet testator dicat cum legat seruitutẽ, vt heres iter nõ ꝑstet: nihilominus præstare tenetur. Itẽ si testator adimat iter, inutilis est adẽptio. Itẽ heres tenetur emere viã vt fructuarius habeat viã, si aliàs ꝑstare nõ potest. Item heres debet præstare omnẽ seruitutẽ ad vsumfru. percipiendũ: & debet etiã præstare ea sine quibus fructuari nõ potest vti. Viuianus.

q *Non posse.* quia soli domino datur confessoria pro seruitute reali vindicanda: vt ĵ. si ser. vin. l. ij. §. hoc autem. Sed contra ĵ. de remi. l. j. §. idem Iulianus. Sol. directa actione nõ potest: vt hic, sed vtili cõfessoria sic, vt ibi. vel hic directo nõ potest, sed per cõsequẽs sic. puta petẽdo vsumfr. vt hic subiicit: & sic ibi intelligatur. & facit quod dicitur. ĵ. de ope. no. nun. l. in pronunciali. §. pe. in fi. Not. ergo quod principaliter prohibetur, per consequens admittitur.

r *Vindicaturum.* per confessoriam competentem pro seruitute personali si non possidet. alias vti possi. quasi non possit frui: vt not. infra. §. j.

s *Aditus.* quia sine aditu nullus est vsusfructus: vt infra de serui vrba. prædio. binas ædes. Ir.

t *Viam.* id est aditum per alium fundum hereditarium.

u *Hoc adiectum.* inutilis adiectio vitiatur, & non vitiat: vt ĵ. de vsu

vsu & habi.l.per seruum.§.j.in fi.&j.de libe.& posthu.l.fi ita. §.j Accursius.

a *Inutilis est.* vt arg.infra de adi.le.l.j.

b *Non est.* id est non posset iri.

c *Adeu.* s.quem emit heres:vt d.l.seruum.filij.de leg.j.§.fi.

d *Præstetur vsusfructus.* vt & j.de vsufru. le.l. damnas.§.qui duos. & de le.j. seruū filij.§.fi. & ar.§.de iurisd.om.iudi.l. ij. & j. de vsu. & habitatio.j. respon. sic ergo in hoc & præmissis casibus vindicabit fructuarius vsumfr. iteris vel dictus: & sic seruitutem seruitutis: quod est contra.l.vt j. de vsufruct. le.l.j.Sed certe nō puto q̄ ideo quòd impeditur agere vel ire in superioribus casibus quando est in possessione vsusfruct. petat vsumfru. sed loquitur cū fructuarius non possidebat vsumfructū fundi. tunc ergo vindicabit vsumfru. cū dictis vtilitatibus: non vt pro seruitutibus seruitutis: sed quasi sit pars ipsius vsusfru. Sed quid si ali' possidet vsumfru.& alius debet seruitutē & sic impediatur ire quā do est in quasi possessione? ꝓponat vtile interdictū quasi vti possidetis,quasi prohibeatur vti frui : vt & j.si ser.vindi.l.ij.§. pe. sed certe possidēti datur: vt j.e.l.pe.§.vlt.& ideo dic:vt s. in princi.l.in glo.quia soli.

e *Vtrum.* alias hic incipit lex.& aliàs non.

f *Præstandum,* vt vtilitatem & partem vsusfructus:vt subiicit.

g *Vtilitates.* quādo antea seruitus fundo nō debebatur : quo casu loquitur prin.huius.l.

h *Non potest.* sine magno incommodo. Accursius.

i *Non esse præstandas.* vt & s. de vsufruct.l. si is qui binas.arg.est infra de contrahen. empt.l. in venditionibus. §. fi. & l.seq. Accursius.

Si ab herede. ⟩ Casvs. Testa. legauit mihi vsumfru.in prædio heredis. hic heres antequā tradat mihi rem, arbores aut domos subuertit.quæritur nūquid tenetur mihi ad interesse? Et respon. quòd sic.Viuianus.

k *Seruitutes.* sed videtur quòd non possit proprietarius seruitutē imponere:vt s. de vsufru.sed & si quid.j.§.sed nec.quę est cōtra.Sol.hic imposuit seruitutem eo tempore quo nondum cesserat dies vsusfr.quia relictus erat sub condi.vel in diem,hoc non valet:vt j.quemad.ser.amit.l.si is cui.§.fi.& j.de condi.& demon.si fundum à testatore.Dic ergo melius hoc prædium erat heredis non defuncti.Vel ibi iam constituto vsufru.hic non.

l *Seruetur.* vt s. qui.mo.vsusfr.amit.l: repeti.§.fi.& l.seq.Acc.

Vt vsumfructum. ⟩ Casvs.Si leget mihi testator vsumfru. siue alij, & eidem fideicōmisit mihi restituere vsumfru.

videatur. Item si vsufructu legato iter ademptum sit, inutilis[a] est ademptio: quia semper sequitur vsumfructum. Sed si vsusfructus sit legatus ad quem aditus non est[b] per hereditarium fundum,ex testamento vtiq; agendo fructuarius cōsequetur vt cū aditu[c] sibi præstetur vsusfructus[d]. Vtrum[e] autem aditus tantùm & iter,an verò & via debeatur fructuario legato ei vsufructu, Pomponius libro quinto dubitat: & rectè putat,prout vsusfructus perceptio desiderat, hoc ei præstandū[f].Sed an & alias vtilitates[g] & seruitutes ei heres præstare debeat,puta luminū & aquarum,an verò non? Et puto eas solas præstare cōpellendum,sine quibus omnino vti non potest.[h] sed si cum aliquo incommodo vtatur, non esse præstandas.[i]

Vbi petitur vsusfructus contra heredem, iudex debet condemnare heredem ad interesse deteriorationis. Baldus.

II. Pomponius libro quinto ad Sabinum.

SI ab herede ex testamento fundi vsusfructus petitus sit,qui arbores deiecisset,aut ædificium demolitus esset, aut aliquo modo deteriorē vsumfructum fecisset aut seruitutes[k] imponendo,aut vicinorum prædia liberando, ad iudicis religionē pertinet vt inspiciat qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit : vt vsufructuario hoc quod interest, ab eo seruetur[l].

Ius minus validum non durat maiori tẽpore quàm ius magis validum.h. d. Vel sic: Ius vtile non est maioris rationis quàm ius directum. Baldus.

III. Iulianvs libro septimo Digestorum.

QVi vsumfructum traditum[m] sibi ex causa fideicommissi desiit in vsu habere tanto tempore, quanto si legitimè eius factus esset, amissurus eum fuerit, actionem ad restituendum eum[n] habere non debet. est enim absurdum,plus iuris habere eos, * qui possessionem dumtaxat[o] vsusfructus, non etiam dominium adepti sint.

IIII. Idem libro trigensimoquinto Digestorum.

FVndus detracto vsufructu legatus est Titio, & eiusdē fundi vsusfructus Sempronio sub conditione. dixi interim cum proprietate vsumfructum esse: [p] licet placeat, [q] cum detracto vsufructu fundus legatur, apud heredem vsumfructum esse: quia paterfamilias cum detracto vsufructu fundum legat,& alij vsumfructum sub conditione, non hoc agit,[r] vt apud heredem vsusfructus remaneat.

Confessoria datur fructuario : nec potest proprietarius ex persona fructuarij agere contra tertium confessoria: quia quis habet intentare ius suum, non ius tertij:sed negatoria competit domino : & sic nec possessor nec petitor habet ius in re : præualet tamen possessor propter modum possessionis. h. d. vsque ad §. vtrum autem. Baldus.

V. Vlpianvs libro septimodecimo ad Edictum.

VTi frui ius sibi esse solus potest intēdere[s] qui habet vsumfructū : dominus autem fundi nō potest[t]: quia qui habet proprietatem, vtendi fruendi ius separatum[u] non habet. nec enim potest ei suus fundus seruire.[x] de suo enim non de alieno iure quemque agere oportet.[y] quamquam enim actio negatiua domino cōpetat aduersus fructuarium, magis tamen de suo iure agere videtur quàm alieno : cum inuito se negat[z] ius esse vtendi fructuario, vel sibi ius esse prohibendi. Quòd si fortè qui agit,[a] dominus proprietatis non sit: quanuis fructuarius[b] ius vtendi non habet, vincet tamen iure quo possessores sunt potiores[c], licet nullum ius habeant.

A Primo casu de iure ciuili. Secundo de iure prætorio quo inducuntur fideicommissa, & in vtroque casu perdo non vtendo si non vtar.Viuianus.

m *Traditum.* à legatario cui fuerat vsusfructus legatus:ideoque non potuit facere fructuarium.

n *Eum.* vt sibi fideicō missario restituatur.

o *Dumtaxat.* quam solam habent,iure ciuili inspecto.sed de iure prætorio etiā proprietatem habent cum vsufructu: vt supra qui. mod.vsusfruc. amit.l. j.§.j.& l.si legatum. & l.Pomponius.§.fin. Et est ratio similis ei quę est hic, & infra de ca. & postlimi. reuer.l. in bello. §. si quis seruū. in fine.§.vbi dominus factus plus iuris debet habere quàm non dominus. * Flo.ciuil.

P *Vndus.* ⟩ Casvs. Testat.legauit mihi nudā proprietatem fundi : & sic deduxit vsumfru.alij vsumfru. sub cōditione si nauis ex Asia venerit, legauit.quæritur cuius interim sit vsusfru. dum pendet conditio : an heredis,an proprietarij? Et respō. quòd est proprietarij: & est ratio:quòd quia deduxit testator vsumfruc. pro fructuario,videtur nō deduxisse pro herede vsumfru.interim. Viuianus.

p *Esse.* & ita apud Titium, non apud heredē: vt arg. supra de vsufru.l.si Titio vsusfr. j.respon.Accursius.

q *Placeat.* s.aliàs. Accursius.

r *Non hoc agit.* scilicet in mēte.Sed hęc videtur mala ratio : vt arg. contra infra de stat. li. l. qui pecuniam.vbi dicit quòd dare iussus. videtur heredi iussus, Sed hic quasi certum est ad heredem non peruenturum : vt arg. infra de condic. inde. l. Iulianus.

s *Vti frui. Intendere.* scilicet per confessoriam.

t *Nō potest.* scilicet intendere cōfessoriam: licet ipse petat vsumfructum causalem.

u *Separatum.* scilicet quòd dicitur seruitus: & dicitur formalis.

x *Seruire.* i. seruitutē debere: vt infrà de iudo. cum in fundo. in prin.& infra de seruit. vrba.præ.l.in re communi.hoc tamen quandoque fallit:vt infra de ser.ru.prædi.l.tria.

y *Oportet.* nisi haberet mādatū: vt s. de neg.ge.l.si pupilli.§.fi.

z *Negat.* i.negando dicit. simile negat. j. de in diem addic.l. vbi.quandoque ponitur negat, pro dicit: vt in authen. de tri. & se.§.illud.col.iij.

a *Qui agit.* negatoria.

b *Fructuarius.* quondam,vel qui putatur.Io.

c *Potiores.* s.petitore non implente suā intentionē: etiā si ipse fructuarius qui est in possessione,nihil probet:vt C.de edē. l.

qui accusare. & C. de rei vindi. l. res alienas. & instit. de interdi. §. commodum. Ceterum si is qui intendit negatoriam, probet se dominum: denegabitur facultas fruendi fructuario, nisi de suo iure probet: quia præsumitur res libera nisi contra probetur: vt C. de seruit. altius. & C. de pign. act. l. nec creditores. §. vt autem. Si autem non possidet fructuarius semper, id est siue aduersarius probet se dominum, siue non: semper imponitur ei necessitas probandi.

a *Competere.* ideoque dicitur in rem. lo.

b *Seruitutem.* scilicet directo: & dic vt supra e. l. j. Azo. seruitute tamen vtetur: vt ĵ. si ser. vind. l. ij. §. ij. Sed argu. contra. infra de serui. l. ei qui. Solu. ibi nihil dicit de fructuario: licet de similibus dicat. Et est ratio: quia hic est ser seruitus seruitutis.

c *Vindicet.* per confessoriam, alij per negatoriam.

d *Etiam fructus.* vt & ĵ. l. proxi. §. fi.

e *Finitus vsusfructus.* capitis deminutione.

f *Præteritorum.* vt & supra de rei vin. l. fructº. in fine. & l. seq. & s̄. de vsufruc. qui vsumfru. in fi. & l. quæsitum. & l. defuncta.

Fructuario. ¶ Casvs. Principium. l. planum est. ¶ Sed si. ¶ Egi contra Titium confessoria, qui se liti obtulit cum Mæuius possideat: & sic lite pendente amisi vsumfru. non vtendo, quæritur quid restituitur? Et respon. vsusfruc. mihi de nouo constituendus est per dolosum qui se liti obtulit. Item de cautione debet mihi promittere, potest enim esse quòd Mæuius qui præscripsit, obligauit alicui: qui auocabit à me rem per hypothecariam, & sic non permittet me frui. & sic qui se liti obtulit, cauet de euictione: & ita de nouo constituitur. ¶ Sicvt. ¶ Idem dicit quod supra proxi. quia si fructuarius rē in qua habet vsumfruc. amittat, & aliquis eum possidebat, potest agere confessoria: non vt res sibi à fruct. tradatur: sed vt securius vti possit. Idem si dominus proprietat. possidet: & aget fructuarius. Viuianus.

g *Fructuario.* aliàs incipit §. & aliàs lex.

h *Renouare.* quis renouabit? Respō. dolosus quidē sine dubio tenetur de dolo, in quo venit vt cōstituat vsumfr. aliàs iuratur in litem: vt l. arbitrio. s̄. de dolo. sed liberatus tenetur in subsidiū: vt s̄. de dolo. l. pe. & de eo per quem fac. est l. fin. in princ.

i *Aut fundum.* in quibus est constitutus vsusfructus.

k *Isque.* scilicet vsufructuarius. Accursius.

l *Iure.* vt quia præscripsit possessor: & sic potuit obligare: vt s̄. de rei vin. l. si post acceptum.

m *Confessoria agens.* scilicet directa: item Publiciana: quando à non domino vsusfruc. est constitutus: vt supra de Publi. l. si ego. §. j. hoc tamen ita si satisfecit, aliàs nō facit fructus suos: vt arg. infra de vsufru. leg. l. vxori vsufructu.

Iura realia possunt intentari contra quēlibet, non solum contra eū à quo quis habet causam. h. d. & ad hoc sēper allegatur. Bal.

Vtrum autē aduersus dominum dūtaxat in rē actio vsufructuario competat, an etiā aduersus quemuis possessorem, quæritur. Et Iulianus libro sexto Digestorū scribit, hāc actionē aduersus quēuis possessorem ei competere.[a] Nam & si fundo fructuario seruitus debeatur, fructuarius non seruitutem[b] sed vsumfructum vindicare debet aduersus vicini fundi dominum. Si partis fundi vsusfructus constituatur, potest de eo in rem agi: siue vindicet[c] quis vsumfructum, siue alij neget.

In his autē actionibus quæ de vsufructu aguntur etiam fructus[d] venire plus quàm manifestum est.

Si lite pendente moritur fructuarius: pro futuro tempore nulla sit condemnatio. h. d. vel sic. Extra li. conteſta. nō absorbet defensionem superuenientem. Bal.

Si post litem de vsufructu contestatam fuerit finitus vsusfructus[e], an vlterius fructus desināt deberi? Et puto desinere. Nam & si mortuus fuerit fructuarius, heredi eius actionem præteritorū[f] dumtaxat fructuum dandam Pōponius libro quadragensimo scribit. Fructuario[g] qui vicit, omnis causa restituenda est. Et ideo si serui fuerit vsusfructus legatus: quicquid ex re fructuarij vel ex operis suis consecutus est possessor, debebit restituere. Sed & si fortè tempore vsusfructus amissus est, alio quidem possidente, alio autem liti se offerente, non sufficit eum vsumfructum iterum renouare: [h] verum cauere quoq; eū de euictione vsusfructus oportet. quid enim si seruum aut fundum[i] is qui possidebat, pignori dedit, isque[k] ab eo qui pignori accepit, iure[l] vti prohibetur? Debebit itaque habere cautum.

In confessoria & negatoria quādo intētatur à non possidente, veniunt fructus: sed imponitur silentium victo. Baldus.

Sicut fructuario in rē confessoriam* agēti fructus præstandi sunt, ita & proprietatis domino, si negatoria actione vtatur. [n] sed in omnibus[o] ita demum, si non sit possessor qui agat. nā & possessori cōpetunt. quòd si possident, nihil fructuum nomine consequentur. [p] Quod* ergo officium erit[q] iudicis quàm hoc, vt securus consequatur fructuarius fruendi licentiam, proprietatis dominus ne inquietetur?[r]

VII. Paulvs libro vicensimoprimo ad Edictum.

QVi de vsufructu iudicium accepit, si desierit possidere sine dolo, absoluetur.[s] quòd si liti se obtulit, & quasi possessor actionē de vsufructu accepit, dānabitur.[t]

DE OPERIS SERuorum.

TITVLVS VII.

I. Paulvs libro secundo ad Edictum.

OPera in actu cōsistit:[u] nec ante in rerum natura[x] est, q̄ si is dies venit[y] quo prēstanda est: quemadmodum cum stipulamur, *Quod ex Arethusa natum erit.*[z]

II. Vlpianvs libro septimodecimo ad Edictum.

OPeræ serui legatæ capitis minutione[a] non amittuntur.

III. Gaivs libro septimo ad Edictum Prouinciale.

n *Vtatur.* vt infra si ser. vin. loci corpus. §. in confessoria.

o *Sed in omnibus.* id est in prædictis duobus.

p *Consequentur.* quia perceperunt ipsi vel potuerunt percipere: vt s̄. de rei vin. l. Iulianus. §. pe. patet ergo ex prædictis hos actiones etiam possidenti dari: vt instit. de act. §. æque. & infra si ser. vin. l. & si forte. §. sciēdū. licet Pin negatoria dixerit cōtra.

q *Erit.* aliud scilicet hoc casu cū actor possidet, quam hoc & c.

r *Inquietetur.* q. d. nullum, imò & aliud esse videtur, vt præteritos fructus faciat restitui: vt s̄. l. proxi. §. fin. Accursius.

Qvi de vsufructu. ¶ Casvs. Si conueni te pro vsufructu & tu sine dolo desitisti possidere: absolueris. Secundo dicit, quòd si in rē qua habeo vsumfructum, possideas, & alius offerat se defensurum, dicens se eam possidere, & non possidet: condemnatur. Viuianus.

s *Absoluetur.* vt & ĵ. de rei vin. finautem. §. j.

t *Damnabitur.* vt & ĵ. de rei vind. finautem. j. respon.

DE OPERIS seruorum.

Forte idem in operis cuiuslibet animalis: vt infra vsufruct. quemadmodum caueat. l. hinc. in fi.

PEra. ¶ Casvs. Aliquis legauit mihi operas serui. licet mihi ius ipsarū operarū sit factum, tamen istud legatum incipit deberi die aduenient: vel cum indictæ fuerint à me. Et sunt quando indixero vt operetur: sicut cum aliquis promittit mihi partum futurum Arethusæ: quia prius non debetur quam dies venerit. Viuianus.

u *Consistit.* est enim diurnum officium: vt ĵ. de ope. liber. l. j.

x *In rerum natura.* obligatio operarum, vel operæ ipsa.

y *Venit,* quia venit cū est indicta opera incerta. sed si certa, tunc cum potuit præstari, & non est præstita hic, & ĵ. de ope. lib. quotiens. & ĵ. de vsufruc. le. l. operæ. quòd est post aditam hereditatem, non prius: vt infra quan. dies le. ce. l. ij. in fi. Accursius.

z *Natum erit.* nam & hic expectatur natiuitas: vt infra de verbo. obli. inter stipulantem. §. sacram. & l. interdum. & infra de condi. & demon. l. j. in fi. Accursius.

Peræ serui. ¶ Casvs. Legasti mihi operas serui. quòd si capite minuar, non tamen perdo vsumfruct. illarum operarum. Viuianus.

a *Minutione.* minima. nā nec nō vtēdo, nec morte, licet vsucapione proprietatis sic: quod est mirabile. nā secus in vsufru. vt ĵ. de vsufru. le. l. ij. & s̄. de vsufru. locum. §. proprietarius. Nec ob. ĵ. vsufr. quemad. cau. l. idē est. vbi dicitur quòd morte extinguitur: quia ad cetera legata de quibus erat ibi facta mentio, refertur, nō ad legatū operæ. Item nec ob. instit. de acquisit. per arroga. §. j. vbi opera periit cap. demi. quia ibi de operis liberto.

949

libertorum, quæ ius in personam non tribuunt, cum sit liber: hic in seruorum, quæ ius tribuunt. & cũ non sit personale, nõ perit, vt dixi, nisi magna vel media ca. demi. qua omnia iura publicantur. Accursius.

In hominis. CASVS. Aliquando legat mihi aliquis vsumfructum, & aliquando operas serui. In hoc secundo casu locabo operas: & habebo inde mercedẽ ex operis illius serui: & iste seruus operabitur mihi: & habebo eius operas. & hoc dicit hæc lex. Viuianus.

a *Vsufructu.* id est cõmoditate. nam non vsusfructus, sed opera serui fuit legata: quæ differt ab vsufructu: vt supra l. proxi. & sic facit ad titu. & probatur j. l. proxi. vel expone hanc vt illam. Accursius.

b *Mercedes.* locabit igitur operas serui ille cui legata opera est: vt j. de vsufruct. leg. l. iij. Accursius.

Fructus hominis. CASVS. Si habeo in seruo vsum operarum, videor pretium lucrari, quod sumptibus deductis restat. Viuianus.

c *In operis.* vnitatem quandã voluit notare inter vsumfructum & operas. vt enim illud dicitur, ego sum in patre, & pater in me est: ita hic in fructu sunt operæ, & in operis est vsusfructus. non est hæc tamen vt illa omnimoda similitudo: vt patet ex differentiis multis notatis. s. e. l. operæ. Accursius.

d *Fructus.* quasi dicat, sine legetur opera in homine, habebit legatarius fructum hominis: & econtra si legetur vsufruct in homine, habebit operas. Accursius.

e *Intelligitur.* hoc non ideo dicit vt debeant expẽsę restitui illi qui habet operas: vt infra commo. in rebus. §. possunt. sed propter vltimum annũ in quo legatum operæ finitur. nam pro quota anni nõ durauit opera, reddidit æstimationẽ retentis sumptibus: sicut in dotali prædio: vt infra solu. matri. l. fructus. vel lege plane vt sonat: vt infra solut. ma. l. vlt. in princ. & in fin.

Operis. CASVS. Legasti mihi operas in seruo. videris mihi legasse omne ius quod ex eo percipi potest. Viuia.

f *Vsum.* & plus. nam nõ propriè possunt operæ dici vsus, vel vsusfructus: vt j. ad leg. Fal. l. j. §. si operis. quod & probari potest per multa dissimilia, quæ no. supra eo. l. operæ.

Cum de serui. CASVS. Titius legauit mihi operas serui, postea egi confessoria, vel actione ex testamento. aduersarius fuit in mora. tenetur mihi ad operas serui quas amisi. ad æstimationem earum. aliter melioris serui & deterioris æstimatur opera. Item si talis est seruus, vt eius opera sit nulla, nulla fit æstimatio: & si alicuius vtilitatis est seruus, non plus æstimatur quàm dominus eum seruum in affectione habuerit. Vlterius dicit, quòd dominus deducit sumptus quos fecit in seruum. Viuianus.

g *Pro modo.* congruo arbitrio boni viri.

h *Restituendæ sunt.* scilicet operæ, id est earum æstimatio. ipsę enim eædem fieri non possunt: vt j. de condic. indebi. si non sortem. §. libertus.

ff. Vetus.

IN hominis vsufructu[a] operæ sunt, & ob operas mercedes.[b]

III. IDEM libro secundo de liberali causa Edicti Vrbanici.

FRuctus hominis in operis[c] consistit:* & retro in fructu hominis operæ sunt. Et vt in ceteris reb' fructus[d] deductis necessariis impensis intelligitur[e], ita & in operis seruorum.

V. TERENTIVS CLEMENS libro octauodecimo ad legem Iuliam & Papiam.

OPeris serui legatis vsum[f] datum intelligi & ego didici, & Iulianus existimat.

VI. IVLIANVS libro quinquagesimoquinto ad Edictum.

CVm de serui operis artificis agitur, pro modo[g] restituendæ sunt[h]: sed media stini† secũdum ministerium. & ita Mela scribit. Si minor annis quinque vel debilis seruus sit, vel quis alius cuius nulla opera esse apud dominum[i] potuit, nulla æstimatio fiet. Item voluptatis vel affectionis æstimatio nõ habebitur[k]: veluti si dilexerit eũ dominus, aut in deliciis habuerit. ceterùm deductis[l] necessariis impensis fiet æstimatio.

DE VSV ET HABITATIONE.

TITVLVS VIII.

I. GAIVS libro septimo ad Edictum Prouinciale.

NVnc videndum de vsu & habitatione[m]. Constituitur etiam nudus vsus[n], id est sine fructu: qui & ipse iisdem modis cõstitui solet, quibus & vsusfructus[o].

II. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

CVi vsus relictus est, vti potest: frui non potest. & de singulis[p] videndũ. Domus vsus relictus est aut marito, aut mulieri. Si marito, potest illic habitare non solus[q], verùm cũ familia quoq; sua. An & cum libertis, fuit quæstionis. Et Celsus scripsit, & cum libertis. posse hospitem quoq; recipere. nam ita libro octauodecimo Digestorum scripsit. quam sententiam & Tubero probat. Sed an † etiam inquilinum recipere possit, apud Labeonem memini tractatũ libro Posteriorum. Et ait Labeo eũ qui ipse habitat, inquilinũ posse recipere: item & hospites & libertos[r] suos.

III. PAVLVS libro tertio ad Vitellium.

ET clientes.

IIII. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

CEterum sine eo ne hos quidem habitare[s] posse. Proculus autem de inquilino notat,[t] non bellè inquilinum dici, qui cũ eo habitet.[u] Secundum hæc, & si pensionem percipiat, dũ ipse quoq; inhabitat: non erit ei inuidendum[x]. Quid enim si tam spatiosæ domus vsus sit relictus homini mediocri, vt portiuncula contentus sit? Sed & cum his quos loco seruorum in operis habet, habi-

i *Apud dominum.* serui, possidentem seruum: & facit supra de rei vin. l. ceterum. Accursius.

k *Non habebitur.* vt ratione affectionis possessoris condẽnetur in plus: licet ratione affectionis actoris quãdoq; reus condẽnetur: vt j. de iu. & ra. distra. l. j. & infra man. l. cũ seruus extero. & de ser. expor. l. seruus ea. Ioan.

l *Deductis.* factis ex operario in eius alimẽtis, nõ ratione temporis quo vsus est opera, sed vltimi anni quo debet ad proprietariũ peruenire: vt dixi s. e. l. fructus. vel plane, vt in princi. huius. l. dixi. Accursius.

DE VSV ET *habitatione.*

m *Habitatio quid sit.*

NVnc vidẽdum. Et habitatione. Est autẽ habitatio ius habitandi in aliena domo, quod non est vsus vel vsusfructus: vt institu. eo. §. si cui.

n *Etiã nudus vsus.* non solũ vsusfru. Sed quid est vsus nudus? Resp. nudus dicitur in respectu, quia est sine fructu: & potest ita definiri: Vsus est ius vtendi rebus alienis salua rerũ substantia. fruendi enim in definitione vsus nõ ponitur: vt j. l. proxi. j. respon. licet in vsufructu ponatur: vt s. de vsufruc. l. j. Ex qua definitione patet quòd vsus nõ potest esse proprie in rebus quæ solo vsu consumuntur: sicut nec vsusfr. cũ in eis nõ possit esse salua substãtia. licet videatur contra. s. de vsufru. ea re. quæ vsu consu. l. j. & ij. ait enim, vsu consumuntur. vnde videtur q; vsus. sit in eis. sed certe ibi non loquitur de vsu, qui est seruitus. Azo.

Vsus nudus quid sit, & in quo consistat.

† *No. secundum Bal. q; ille qui habet simplicẽ possessionẽ rei, potest illã locare.*

o *Et vsusfructus.* vt institit. eo. in prin. sed fallit in casu: vt j. eo. l. vsus pars. Accursius.

p CVi vsus. *Singulis.* scilicet in rebus vel personis, in quibus hæc ita se habeant.

q *Non solus.* immo & solus potest. ergo legatur solus, pro solum: & dicatur non solum ipse maritus, verum cum &c. sic. j. de vul. sub. l. qui liberis, vel subaudias, tantum, vel solum. Et dicatur, non tantum solus, sed etiam &c. sic subauditur tantum, vel solum, vel simile: vt infra de reb. dub. si is qui ducenta. §. j. & infra de pec. licet. in fi. l. vel infinitetur nomen, & dicatur, potest habitare non solus. sic & infra de test. qui testamento. §. si seruus. & infra de fun. do. l. dotale prædium. j. §. fi. & s. de iudi. l. j. & ij.

r *Et libertos.* posse recipere ait. Azo.

s CEterum. *Habitare.* vt infra eo. l. sed nec. Sed contra C. eod. de vsufru. & habi. cum antiquitas. Solu. ibi in habitatione, vt possit locari: hic in vsu.

t *Notat.* reprehendit Labeonem, qui inquilinum vocauit eũ qui recipiatur ab vsuario gratis. & quod subiicit, non velle, id est non debere, iuxta illud: Sic volo, sic iubeo &c.

u *Qui cum eo habitet.* & est ratio: quia qui mercedem nõ præstat, domum non conducit: vt infra de do. inter vir. & vxo. si vir vxori. j. respõ. sed gratis recipitur. Sed quid si præstet mercedem, vt statim subiicit? Respon. est inquilinus. Accur.

x *Inuidendum.* Inuidiosus ego, non inuidus esse laboro.

tabit: licet liberi sint,[a] vel servi alieni. Mulieri autem si vsus relictus sit, posse eam & cū marito habitare Quintus Mucius primus admisit: ne ei matrimonio[b] carēdum foret cū vti vult domo. Nā per cōtrariū quin vxor cū marito[c] possit habitare, nec fuit dubitatum[d]. Quid ergo si viduæ legatus sit? an nuptiis contractis post cōstitutū vsum mulier habitare cū marito possit? Et est verū (vt & Pōponius libro quinto, & Papinianus libro nonodecimo quæstionū probat) posse eā cū viro & postea nubentē habitare. Hoc amplius Pomponius ait & cū socero habitaturā.

v. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

IMmo & socer[e] cū nuru habitabit, vtiq; cūvirvnà sit.[f]

vi. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

NOn solùm autem cum marito, sed & cum liberis libertisq; habitare, & cū parentibus poterit: & ita & Aristo notat apud Sabinum, & hucusq; erit procedendū, vt eosdem quos masculi, recipere & mulieres possint.

vii. POMPONIVS libro quinto ad Sabinum.

NOn aliter autē mulier hospitem recipere potest, quam si is sit qui honestè[g] cum ea quæ vsum[h] habeat, habitaturus sit.

viii. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

SEd neq; locabunt[i] seorsum, neq; concedent habitationem sine se, nec vendent vsum. Sed si vsus ędium mulieri legatus sit ea conditione, si à viro diuertisset: remittendam[k] ei conditionē, & cum viro habitaturam. quod & Pomponius libro quinto probat.

ix. PAVLVS libro tertio ad Sabinum.

CEterarum quoq; rerum vsu legato, dicendū est vxorē cū viro in promiscuo[l] vsu eas res habere posse.

x. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

SI habitatio legetur, an perinde sit atq; si vsus, quæritur. & effectu quidem idem penè[m] esse legatū vsus & habitationis, & Papinianus[n] cō sensit libro octauodecimo quæstionū. Deniq; donare[o] non poterit: sed eas personas recipiet quas & vsuarius. Ad heredem tamē nec ipsa trāsit: nec nō vtendo amittitur, nec capitis deminutione. P

Causa finalis arctat & restringit legatum. Baldus.

Sed si χρῆσις[q] sit relicta, an vsus sit, videndū. & Papinianus libro septimo responsorū ait, vsum esse, non etiā fructum relictū. Sed si sic relict[v] sit, *Illi domus vsusfructus habitādi causa*: vtrum habitationem solam, an verò & vsumfructum habeat, videndum. Et Priscus & Neratius putāt solam habitationem legatam: quod est verum. Plane si dixisset testator, *vsum habitandi causa*: non dubitaremus quin valeret[r]. Vtrum autem vnius anni sit habitatio, an vsq; ad vitam apud veteres[s] quæsitū est. & Rutilius, donec viuat, habitationem competere ait. quam sententiam & Celsus probat libro octauodecimo Digestorū. Si vsus fundi sit relictus, minus vtiq; esse quā fructū, longeq;, nemo dubitat. Sed quid in ea causa[t] sit, videndum. & Labeo ait, habitare eū in fundo posse: dominumq;[u] prohibiturū illò venire: sed colonū non prohibiturum, nec familiam, scilicet eā quę agri colendi causa illic sit. Ceterum[x] si vrbanā familiam illò mittat, qua ratione ipse prohibetur, & familiā prohibendam eiusdem rationis est. Idē Labeo ait & cella vinaria & olearia eum solum vsurum: dominum verò inuito eo non vsurum.

xi. GAIVS libro secundo Rerum Cottidianarum, siue Aureorum.

INq; eo fundo hactenus ei morari licet, vt neq; domino[x] fundi molestus sit: neq; his per quos opera rustica fiunt, impedimento sit: nec vlli alij ius quod habet, aut vendere aut locare[y] aut gratis concedere potest.

xii. VLPIANVS libro septimodecimo ad Sabinum.

PLenum autem vsum debet habere, si & villæ & prætorij[z] ei relictus est. Venire plane proprietarium ad fructus percipiendos, magis dicendum est: & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic posse admittendum est. Præter habitationem quam habet[a] cui vsus datus est, deambulādi quoque & gestandi ius habebit. Sabinus & Cassius & lignis ad vsum cottidianum, & horto, & pomis, & holeribus, & floribus, & aqua vsurū, non vsq; ad compendium[b], sed ad vsum, scilicet non vsque

---

a *Liberi sint.* vt j. de verb.obl. si stipulatus fuero per te. Accur.

b *Matrimonio.* id est debito iure matrimonij. matrimoniū enim non ideo dissolueretur: nec enim debet afferre impedimētum nuptiis contractis vel contrahendis: vt C.de instit.& substit.l.reprehendenda. & infra de condi.& demonstra.l. cum tale. §. si arbitrio. Accursius.

c *Cum marito.* cui sit vsus legatus.

d *Dubitatum.* in vxore dubitabatur: quasi deberet sequi forum & domum viri, nō vir eius domum: vt infra ad municipa.l.de iure. §.finali. & §.ij. & C.de dignita.l. mulieres.

e *Immo & socer.* cui vsus legatus est. Io.

f *Vnà sit.* alias cum viro iuncta sit, id est insimul cum eis patre & vxore vnū scilicet sit, i. vna persona: & ita ponitur cū, pro quia. Nam quæ est ratio in filia eadē & in nuru: vt j.so.ma.l.quia parētis, vel ponitur cū, pro quando. & verbum sit, propriè ponitur nullo adiecto.

Ratio eadē esse debet in filia quæ & in nuru.

g *Non aliter. Honeste.* Not. arg. q scholaris socius non possit inducere ganeas. sic supra de vsufru. si pendentes. §. j. in quibusdā plane personis nihil sæui criminis existimari naturale fœdus permittit: vt C.de episc.& cleri.l.eū qui. & in authen. quomodo opor.epis.§.quanta igitur.coll.j.

h *Vsum.* quasi nō voluerit testator. Acc.

i *Sed neque locabunt.* vt & supra.l.ceterum. in prin. Accur.

k *Remittendam.* vt C. de instit.& substitu. l.reprehendenda.

l *Ceterarū. Promiscuo.* sic C. de furt. l. quamuis. Accursius.

m *Habitatio. Pene.* differt enim in quibusdā: quia potest locari habitatio, sed vsus non: vt §.ea. sed neque & C.eo de vsufru.& hab.l. cum antiquitas. & in aliis, vt statim dices.

n *Et Papinianus. & p* etiam. Accursius.

o *Donare.* is cui habitatio est concessa: de alio enim non videtur loqui posse. hoc tamē corrigitur quo ad locationem: vt C.eo.l. cum antiquitas.

p *Nec capitis deminutione.* vt supra de cap.demin.l.si legatum. neq; legatum operæ: vt j. de vsufru.leg.l.ij.

q *Sed si chresis.* id est habitatio, vel vtilitas habitationis. Accur.

r *Quin valeret.* scilicet iure habitationis. Sed arg.cōtra j. de auro & arg.le.l.species. & §. de vsu consu.l.fi. & de vsufruc.l.dominus. §.fi. & j. de ali. & cib.le.l. in fi.quibus.ll. dicitur per hæc verba, scilicet habitatio, vel æquipol lentia quibus hic vsus est, proprietatem con tineri. ADDITIO. Sol. secundū Bar. & dic quòd in illis non erāt verba similia vel æqui pollentia istis: quia ipsa res fuit relicta cum adiectione quadā, per quā adiectionem legata nō minuuntur neq; adimūtur. hic fuit relictus vsusfructus vel vsus cum adiectione quadam, per quā adiectionem legatum augetur: & sic vbique sit interpretatio in benigniorem partem: vt l. in testamētis. infra de reg.iur.

s *Apud veteres.* cū simpliciter legata esset.

t *In ea causa.* id est in vsu. Accursius.

u *Dominúmque.* id est vsuarius prohibebit dominum: nisi ipse dominus colat: vt j.eo.l. fundi. §. sicut is.

x *Nque. Neque domino.* volenti tantummodo colere: non etiam inhabitare.

y *Locare.* vt j.l.prox. §. equitij. vers. cu. operas. & hæc omnia seorsum à se concedit his qui secum inhabitant: vt §.e.l.ij. & l. cæterū. & l.sed neque. & infra l.proxi. §. si vsus.

z *Lenum. Prætorij.* locus est in quo paterfa. residere solebat, & merces & species tāquam in horreis retinere: vt C.de of. rectoris prou. l. nulli. ij. & sumitur ex eo quòd prætorium solet dici locus in quo prætor reddit iura.

a *Quam habet.* in fundo: vt §.e.l.habitatio. §. si vsus fundi.

b *Ad compendium.* i. ad lucrum, ne. s. vēdāt. sic

953

ff. famil. erciſc. ſi filia. §. idem Papinianus.

a *Vſurum.* eum ait Nerua, ſed male, vt ſtatim ſubiicit.

b *Foliis.* Ad vermes qui pariunt ſericum. Ioan. vel pro bobus, vel pro vaccis, vel pro myrtis herba, vnde fit tinctura cerdonum, vnde tingunt corium.

c *Et.* pro etiam.

d *Negauit.* ergo & de frumento.

e *Iubentius.* ſ. ait.

f *Pro dignitate.* & officio: vt & §. de iudi. ſed & ſi ſuſcepit. §. ſed & ſi proponas. & infra e. l. §. equitij.

g *In villa.* id eſt domũcula quæ gratia fructuum reponendorum parata eſt: & appellatur ruſticum prædiũ: vt infra de verbo. ſignifica. l. fundi appellatione. quòd tamen intelligo ſi cõmode ibi morari poteſt ratione vicinitatis oppidi, putei, & Eccleſiæ: alioquin contra: vt infra eodem. l. diuus. Accurſius.

h *Horum.* ſcilicet proprietario.

i *Ad ſtercorandum.* in quo eſt vtilitas: vt hic, & inſtitut. eo. §. penul. & C. de curſu public. lib. xij. in omnibus. Accurſius.

k *Modico lacte.* vſq; ad vſum ſuũ: & idẽ in cęteris fructibus: vt §. ea. l. §. Sabinus. licet alij vt Pla. in lacte ſpeciale dicant.

l *Stricte.* Imo large: vt infra de reg. iur. l. in teſtamentis. Accur.

m *Sed ſi boum armenti.* Armẽta dicũtur boũ: vt hic, & infra de ver. ſigni. l. boues. in prin. Accurſius.

n *Et ſi.* id eſt quãuis. & incipit reſpondere. Accurſius.

o *Circẽſibus.* quia currui aureo præponebatur cum equis ſuis ad certandum, & ad curſum ducendum in certaminibus: vt C. de fer. l. fina.

p *Inſtituti.* i. propoſiti.

q *Senſiſſe.* Ex ſcientia defuncti interpretor eius volũtatem: vt hic & C. de fideicõ. l. prædia obligata. & j. de reb. dub. l. qui habebat. & ar. j. de re. iur. l. cuius per errorem. & §. de iudic. ſed & ſi ſuſcepit. §. j. Sed arg. contra. j. de leg. iij. ſi quis. in princip. ij. reſpon. vbi oportet eum etiã ſpecialiter dicere contra, vt à prima recedatur voluntate. Accur.

r *Miniſterij.* ſcilicet ſerui.

s *Conceſſiſſe.* hoc enim facere non poteſt ſeorſum à ſe: ſed ſimul ſic: vt hic, & §. l. proxi. & C. de vſufr. l. vſufructu. ij. Acc.

t *Vſum exigat.* ſ. huiuſmodi legatum: ſed de quo dicit, ipſius? Reſpon. ſecundũ R. filij vel ſerui qui ſoli vtentur, non etiam pater vel dominus: vel alij qui ſunt in eiuſdem poteſtate: vt arg. inſti. de ſtip. ſer. §. ſed cum factum. & hoc ſi non contemplatione patris vel domini ſit relictus. ſed tu dic, patris vel domini, vt ipſe tantum vtatur. q. d. non alij qui ſunt in eorum po

vſque ad abuſum. Idem Nerua: & adiicit ſtramentis etiã vſurum[a]: ſed neque foliis[b] neque oleo neque frumento neque frugibus vſurum. Sed Sabinus & Caſsius & Labeo & [c]Proculus hoc amplius, etiam ex his quæ in fundo naſcuntur, quod ad victum ſibi ſuisque ſufficiat, ſumpturum & ex iis quæ Nerua negauit[d]. Iubentius[e] etiam cum conuiuis & hoſpitibus poſſe vti-que ſentẽtia mihi vera videtur. aliquo * enim largius cũ vſuario agendũ eſt pro dignitate[f] eius cui relictus eſt vſus: ſed vtetur his (puto) dũtaxat in villa[g]. Pomis autem & oleribus & floribus & lignis videndũ vtrum eodẽ loco vtatur duntaxat, an etiã in oppidũ ei deferri poſsint. Sed melius eſt accipere & in oppidum deferenda. neq; enim graue onus eſt horum, [h] ſi abundent in fundo. Sed ſi pecoris ei vſus relictus eſt, puta gregis ouilis, ad ſtercorandum[i] vſurum duntaxat Labeo ait: ſed neq; lana neque agnis neq; lacte vſurum. hæc enim magis in fructu eſſe. Hoc amplius, etiam modico lacte[k] vſurum puto. neque enim tam ſtricte[l] interpretandæ ſunt voluntates defunctorum. Sed ſi boum armenti[m] vſus relinquatur, omnem vſum habebit & ad arandum & ad cetera ad quæ boues apti ſunt.

Nota quòd verba teſtatoris debẽt intelligi ſecundum cõditionem perſonæ cui datur, ſeu ad quem diſpoſitio confertur.

Equitij quoq; legato vſu, videndum ne & domare poſſit, & ad vehendum ſub iugo vti. Et ſi [n] fortè auriga fuit, cui vſus equorũ relictus eſt, non puto eum Circẽſibus[o] his vſurum: quia quaſi locare eos videtur. Sed ſi teſtator ſciens cũ huius eſſe inſtitutiſ[p] & vitæ, reliquit, videtur etiã de hoc vſu ſenſiſſe[q]. Si vſus miniſterij[r] alicui fuerit relictus, ad ſuum miniſterium vtetur, & ad liberorũ, coniugiſque. Neq; videbitur alij conceſsiſſe[s], ſi ſimul cum ipſis vtatur. quanquam ſi filio[t] mi lias vſus ſerui ſit relictus, vel ſeruo, patri dominó ve adquiſitus, ipſius duntaxat vſum exigat[t], nõ etiam eorum qui ſunt in poteſtate. Operas autem ſerui vſuarij nõ locabit, neque alij vtendo * concedet. & ita Labeo. Quemadmodũ enim concedere alij operas poterit, cum ipſe vti debeat? Idem tamen Labeo putat, ſi fundum conduxerit quis, vſuarium ſeruum poſſe ibi operari. Quid enim intereſt, in qua re opera eius vtatur? [u] Quare & ſi lanam conduxerit vſuarius expediendam, poterit etiam per vſuarias ancillas opus perficere. Idemq; ſi veſtimenta texenda redemerit[x], vel inſulam vel nauẽ fabricandã, poterit ad hæc operis vti vſuarij *: nec offendetur illa Sabini ſententia[y], ancillæ vſu dato, ad lanificium eam non mitti, nec ex operis mercedem capi: ſed ſibi lanam facere iure cogere. Sibi enim [z] facere videtur, qui non operas eius locauit, ſed opus quod conduxit expediit. Idem & Octauenus probat.

A teſtate: ipſe tamen filius vel ſeruus cui fuit legatus, vtetur cũ patre: & probantur hæc omnia. j. e. filio. in fi. & ſic poſito caſu non eſt contra. C. e. l. fina. quæ eſt contra. vbi dicitur nec patris morte huiuſmodi vſumfru. filio perire, nec econtra. præterea ibi tractat cuius morte finiatur: hic ad quem non finitus porrigatur.

u *Opera eius vtatur.* quaſi dicat, nihil. & ſic ex opera quærit. Sed contra. j. eo. l. per ſeruum. in princ. Solut. vt ibi. Item ad huius operam etiam cogere poteſt: vt ſupra de vſufru. ſed ſicuti. §. quoniam.

x *Redemerit.* id eſt cõduxerit, vel id eſt de ſuo texendo certum quid acceptурus conuenit: vt §. de rei vindica. l. redemptores.

y *Sententia.* quæ ſcilicet ſequitur.

z *Sibi enim.* Bene dico quòd non offenditur.

a *Ed ipſi. Imponi.* Nõ quòd ſit locatio: vt ſupra de vſufru. l. ſi ſeruo fructuarius. in principio.

* *vulg. vtendas.*

XIII. GAIVS libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.

SEd ipſi ſeruo ancillæve pro opera mercedem imponi[a] poſſe, Labeoni placet.

Per ſeruum vſuariũ adquiritur ex re, non ex opera: ſed per vſufructuarium adquiritur vtroque modo. Bartolus.

XIIII. VLPIANVS libro ſeptimo decimo ad Sabinum.

PEr ſeruum vſuarium[b] ſi ſtipuler, vel per traditionem accipiam, an adquiram quæritur, ſi ex re mea, vel ex operis eius. Et ſi quidem ex operis eius, nõ valebit[c]: quo-

Per ſeruum vſuarium. vel ex operis eius, ſi ſtipulatus per eũ fuero. Accurſius.

Non valebit. immo contra: vt §. eo. plenũ. §. fina. Solu. tribus modis querit ſeruus ex opera. Primo, ſi locet: & hoc modo nõ quæritur vſuario: vt hic. Item ſecũdo, operando in re vſuarij: puta in agro: & hoc ſic: & hoc dicit lex contraria. Tertio, vt ſi ſtipuletur,

Seruus ex operis tribus modis quærit operas tribus modis quærit.

gauit mihi vſumfruct. & tibi vſum: & dicit quòd ambo habemus vſum: ego quidem formalem: tu vero actualem. ſed fructum habeo, id eſt qui ſupereſt detracto vſu. Tertio autem &c. quod eſt planum. Viuianus.

stipuletur, vel alio modo extrinsecus velit ex opera quærere. & hoc non potest, vt hic. Itē videtur etiā hoc casu vltimo acquiri vsuario: vt insti. per quas perso. nob. acqui. §. j. quæ est cō tra. Solu. ibi non debet esse in litera, vel vsum: sed tantum de vsufructu loquitur: vt ibi diximus. vel si habes ibi, vel vsum, dic prout modo diximus. Accursius.

a *Cum.* id est quādo. & sic no. hoc casu mihi acquiri: nisi & hoc casu, prietario stipularetur. nā tūc ei quæreret, sed per conditionē sine causa rederet: vt hic, & j. de stipu. ser. l. penul.

b *An fructus.* cū dico, annuos fruct°: vel, per singulos annos: vt §. de vsufru. si quis. Accur.

c *Potest.* reipsa. nā qui fruitur, & vtitur: sed non conuertitur. Ioā. seruitus tamen vna potest esse sine alia: vt infra e. l. §. poterit. & infra titu. j. l. huic. §. fin. Accursius.

d *Inutile.* quia vtilitas vsus in fructu cōtinetur: nisi dixisset cōtra, quia tunc nullū est, vt hic. vnde qui fructum habet, vsum habere videtur quo ad cōmoditatem: vt & §. proxi. §. & §. de vsufructu. l. si alij. ratione autem seruitutis, maxime quando diuersæ personæ legauerunt, dicitur esse fructus sine vsu: vt in fine huius. l. & j. de accepti. & per iusiurandū. §. si quis vsumfructum. vt dixi proxi. §. Et not. hic mirabile arg. pro conuersis, si enim in ipsa conuersione dicat, facio me conuersum, his tamen mihi retentis: nulla est cōuersio: vt nullum legatum: vt hic, & j. de test. tu. l. certarū. Si autem prius fiat cō uersio, vel legetur vsusfructus, & postea iter vel vsus adimatur: vel quid sibi conuersus reseruet: nihil valet ademptio vel retentio: vt in vlt. respō. huius. §. & j. de ser. l. pro parte. §. pro parte. & §. si vsusfru. pet. l. j. §. j. & j. de adi. le. l. j. & iij. §. si loci. posset tamen primum dictum sic exponi: inutile est legatum s. sicut adiecit testator: quia non valuit adiectio: est tamē vtile perinde ac si nil sit adiectum. sed prima sententia verior est: quia vbi verba male ordinantur in legato, ita quòd repugnantiā faciant vel perplexitatem, nō valet: vt j. de condi instit. si Titius & j. de regulis iur. vbi repugnantia. & j. eo. l. vsus. & j. de ser. l. viæ. Additio. Dic quòd aliquando inutile adiicitur vtili, & tunc non vitiat: aliquando vtile & inutile simul proferuntur: & tunc constituunt vnum totum, & ideo totum vitiatur, secundum Iac. Bar. & Bal.

Verba male ordinata legatum vitiant.

e *Si forte.* aliàs est lex. Accursius.

niam nec locare operas eius possumus. sed si ex re mea, dicimus seruum vsuarium stipulantem, vel per traditionem accipientem, mihi adquirere: cum[a] hac opera eius vtar.

Qui legat fructum, videtur legare vsumfructum: quia vsus fruitioni inest ex necessitate. & si testator legat vsumfruct. sine vsu, ita quod in legando adimat vsum, qui est de substantia legati, non tenet legatum: secus si post legatum adimat, quia non tenet ademptio. h. d. subtiliter. Bald.

Vsufructus an fructus[b] legetur, nihil interest. nam fructui & vsus inest: vsui fructus deest. Et fructus quidē sine vsu esse non potest: vsus sine fructu potest[c]. Denique si tibi fructus deducto vsu legatus sit, inutile[d] esse legatum Pomponius libro quinto ad Sabinum scribit. & si fortè[e] vsufructu legato fructus adimatur, totum videri ademptum[f] scribit. Sed si fructus[g] sine vsu, videri constitutum[h], qui & ab initio constitui potest. Sed si fructu* legato vsus adimatur, Aristo scribit nullam esse ademptionem. Quæ sententia benignior est. Vsu legato si eidem fructus legetur: Pōponius ait confundi[i] eum cum vsu. Idem ait & si tibi vsus, mihi fructus legetur, concurrere[k] nos in vsu, me solum fructum habiturum. Poterit[l] autem apud alium esse vsus, apud alium fructus sine vsu, apud alium[m] proprietas, veluti si qui habet fundū, legauerit Titio vsum: mox heres eius tibi fructum legauerit, vel alio modo constituerit.

** Vsufructu.*

XV. Paulus libro tertio ad Sabinum.

FVndi vsu legato, licebit vsuario & ex penu, quod in annum duntaxat sufficiat, capere: licet mediocris prædij eo modo fructus consumantur[n]: quia & domo & seruo ita vteretur, vt nihil alij fructum nomine superesset. Sicut is cui vsus fundi legatus est, quò minus dominus agri colendi causa ibi vertetur, prohibere nō potest[o]: (alioquin & frui dominum prohibebit[p]) ita nec heres[p] quicquam facere debet quo minus is cui vsus legatus est vtatur vt bonus paterfamilias vti debet.

XVI. Pomponius libro quinto ad Sabinum.

SI ita legatus esset vsus fundi, vt instructus esset: earū rerū quæ* instrumento fundi essent, perinde ad legatarium vsus pertinet[q], ac si nominatim ei earum rerū vsus legatus fuisset. Dominus proprietatis etiam inuito vsufructuario vel vsuario fundū vel ædes per saltuarium[r] vel insularium custodire potest. interest enim eius, fines[s] prædij tueri. eaque omnia dicenda sunt quolibet modo cōstitutus vsusfruct° vel vsus fuerit. Seruo[t] cuius vsum dūtaxat, non etiam fructum habemus, potest & à nobis quid donari[u], vel etiam ex pecunia nostra negotiatum esse: * vt quicquid eo modo adquisierit, in peculio nostro sit.

** quæ.*

** negotia gesta.*

XVII. Africanus libro quinto Quæstionum.

FIliofamilias vel seruo ædiū vsu legato, & vtile[x] legatum esse existimo, & eodem modo persecutionem eius competituram, quo cōpeteret si fructus quoque legatus esset. Itaq; non minus absente quàm præsente filio seruóve, pater dominúsve in his ædibus habitabit.

XVIII. Paulus libro nono ad Plautium.

SI domus vsus legatus sit sine fructu, communis refectio est rei in sacris tectis tam heredis quam vsuarij. Videamus tamen, ne si fructum heres accipiat, ipse reficere[y] debeat. Si vero talis sit res, cuius vsus relegatus* est, vt heres fructum mus quæ indiget refectione. quis reficere tenetur, quæritur. Et prima facie dicitur quòd tam heredes quàm fructuarij. Postea adhibet distinctionem: & si talis est domus, in qua possint habere vsum & heres & legatarius: tunc refectio pertinet ad vtrunque si est talis, quæ non sufficiat, pertinet ad vsufructuarium tantum. Viuianus.

** legata.*

f *Totam videri ademptum.* quia sub eo est.

g *Sed si de fructu.* aliàs hic incipit lex: aliàs. §. Accursius.

h *Constitutum.* scilicet remanere. Accursius.

i *Confundi.* Quia vnam seruitutem habebit fructuarius.

k *Concurrere.* quia qui fructū habet, & vsum propter causam fruendi. vnde id tantū consequitur, quod vsuario superest: vt §. de vsu fru. l. si alij.

l *Potest autem.* contra §. l. proxi. §. vsusfructus. Solut. vt ibi. Accursius.

m *Apud alium.* Nec est inter legatarios ius accrescendi, cum diuersis testamentis legata percipiant: vt §. qui. mo. vsusfru. amit. l. si sub conditione. Accursius.

n *Consumantur.* Quia ita paucos fructus reddebat propter suā paruitatē vel mediocritatem, quòd etiam soli vsuario non sufficerent. Accur.

o *Non potest.* vt supra e. si habitatio. §. fina. & quod subicit, alioquin &c. est interpositio. Accursius.

p *Heres.* i. dominus.

q *Sit a legatus.* Pertinet. vt & infra de fund. instr. l. si cui fundum. in fine. Sed contra infra eo. tit. quæsitum. §. sed & si fundus. vbi dicit non contineri instrumentum agri hoc legato: fundum, vt instructus est, lego. sed sibi subaudi, tantū: quasi dicat, non tantum agri: sed & patrisfami. instrumentum.

r *Per saltuarium.* hinc trahunt Bononienses vulgare. Accur.

s *Fines.* id est ipsum prædium, quòd confinia habet. sic Co. de aquæduc. l. j.

t *Seruo.* sic vt §. de vsufruc. l. ex re.

u *Donari.* vt nostro, non vt alieno.

x *Filiofamilias vel seruo ædium vsu legato, & vtile.* vt & §. eod. l. plenum. §. si vsus.

y *Ipse reficere.* tūc demū, licet nō solus: vt quia testator voluit heredem

** legata.*

SI domus. Casus. Habeo vsumfru. do

heredē simul cū vsuario habitare: vt j. tit. j. l. vsu quoque. aliàs nō posset: vt j. eo. l. diuus. §. j. & hoc subiicit. ité non habet hic heredem pro fructuario: aliàs contra. s. eo. per seruum. §. pe.

a *Non posse.* quod est in trib⁹ casibus, vt dices iā in l. diuus. §. j. in vsufructuario autē quādo reficiat, dic vt no. s. de vsufr. l. si cuius. §. fructuarius.

b *Sus pars.* Vt lego tibi ex hoc prędio tertiā partē vsus, & duas partes alij. Vel dic sic: Lego tertiam partē vsus necessarij tibi ex hoc prædio, cū prædium latum sit. nā neutro casu valet: sed in vsufruct. secus: vt subiicit.

c *Pro parte.* s. tali vt modo diximus. cū enim vsuarius ad suū vsum habere debeat: quandoq; minus, quandoq; plus accipit: vt in secundo. ide in duobus vsuariis. nam hodie est plus mihi necessariū, quā tibi: vel econtra. Nec ob. si dicas: pone quòd duo habēt vsum quorum nulli fructus sufficerent: nōne pro parte certa diuidunt. i. pro dimidia: vt euenit s. e. l. fundi: & j. e. l. diuus. & s. de vsufru. ea. re. quæ vsu cōsu. quoniā. §. j? Respō. hoc oc casione potius quàm ratione cōtingit. ar. j. de riuis. Labeo. Item quid si dicat, lego tibi tertiam partem vsus tibi necessarij: nō adiecta re in qua habeat seruitutē? Respon. tūc pars rerum corporaliū ad sui sustentationem necessariarū, non seruitus est legata. ité prædio adiecto: vt lego tibi tertiā partem vsus in hoc prædio. i. vtaris hoc prædio pro tertia parte pro indiui so ad tui sustentationem: non valet: vt in prædiali seruitute: qa & ipsa nō recipit diuisionem: vt hic, & j. de ser. l. ij. & l. pro parte. Vel ergo totum prædium afficiatur seruitute, vel in nihilū, arg. j. de lib. cau. l. duobus. Vel, vt dicunt quidam, etiā in parte certa prædij non potest legari vsus: quia cum quandoq; minus, quandoq; plus est ei necessariū quam percipiat de prædio, non autem debet habere plus quā sit ei necessariū: ergo, vt dicunt, etiam in certa parte prędij nō legatur. sic hic intelligūt. quod nō placet: quia eadē ratione nec in toto prædio posset legari. In vsufr. autem est aliud: quia diuisionē recipit: vt hic, & j. ad l. Fal. j. §. si vsusfru. Est enim diuiduus, ratione iuris: quia ius hoc à singulis ꝑ parte petitur: & quia pro parte diuisa & indiuisa constituitur: vt s. de vsufr. l. v. nec inspicitur quid egeam, vel nō egeā, quia totū habeo: sed omnes aliæ seruitutes, & ratione iuris, & ratione rei in qua cōstituuntur, sunt indiuiduæ secundum Azo. Item ei quod dicit, vti pro parte non possumus, est contra infra commo. l. si vt certo. §. fi. Sol. vt ibi.

d *Erunt. Accipiat.* mihi quærit. Accursius.

Vsus aquæ. Casvs. Titius legauit mihi vsum æquæ vt ego biberem & haberem quantum necesse haberem, etiam si in domo mea sit necesse lauari. dicit quod ista seruitus non transit ad heredes: quia personalis est.

e *Et ideo.* bona ratio: vt infra de regu. iur. l. priuilegia. & l. in omnibus. Accursius.

Diuus. Casvs. Titius legauit mihi vsum siluę remotæ. tātū habeo quantū si mihi vsum fr. reliquisset, vt possim vēdere. {Licet.} Habeo vsum alicuius domus: licet vna camera sufficiat: tamen aliis partibus proprietarius non vtetur, quia aliis vtar fortè aliis tēporibus, vt faciūt domini ædium qui secundum diuersitātem temporum diuersis partibus vtuntur. {Vsv.} Si ego vsuarius vtar vltra modum prohibebor statū ponendo: quia forte illud esset mihi vtilius.

f *Siluæ.* procul forte remotæ R.

g *Quemadmodum.* i. sicut. Et sic not. casum vbi tantum habet vsuarius quantum fructuarius: vt hic. sic & s. eo. l. fundi. & supra de vsufruc. ea. re. quæ vsu consu. l. hoc senatusconsultum. §. fina. & l. quoniam. §. j.

h *Tamen eis.* partibus s. domus.

i *Aliis & aliis.* sic & j. de act. em. si sterilis. §. fi. Sed ar. contra. j. de ser. si cui. sed cur impedit hic vsuarius frui dominum: cū hoc non contingat in prædio rustico: vt s. eo. fundi. §. j? Respon. in domo habet secreta: vt not. C. de loca. & condu. l. certi. Accursius.

k *Nerat. In meliorem.* vt insti. de actio. §. præterea. & j. loca: item quæritur. §. j. & s. de vsufr. hactenus. §. fi. & l. seq. Sed ar. contra j. si ser. vin. & si forte. §. fina.

VSVFRVCTVARIVS quemadmodum caueat.

Vsufructuarius quemadmodum caueat.

Idem in vsuario: vt infra eod. l. huic. §. sed & si vsus. Accursius.

TITVLVS IX.

I. VLPIANVS libro septuagensimo nono ad Edictum.

Si cuius. Casvs. Fructuarius satisdat proprietario de duobus, scilicet de vtendo arbitrio boni viri. Item quòd finito vsufru. restituet rem. siue in re mobili siue immobili sit relictus vsusfructus, siue relictus sit per fideicom. siue per donationem causa mortis, siue inter viuos. {Cavere.} Exponit primam clausulam qua cauetur de vtendo scilicet arbitrio boni viri. nam dicit quòd duo continet: vt non destruat aliquo modo: item quòd destrui non permittat: nā facere debet plantationes, & fossata, & sepes. Secundo consulit quòd tam proprietarius quàm fructuarius describat qualitates rei, vt appareat si deterioraretur: quod per hoc apparebit, si nō vtatur arbitrio boni viri. nam totiens de hoc committitur stipulatio quotiens male vtitur. {Habet autem.} Hæc stipulatio quam exponit fructuarius, duo continet. de bene vtendo. item de restituendo finito vsufructu. & prima committitur quotiens male vtitur: secunda finito vsufructu. Sed quid restituet: quia dare non posset, id est facere rem accipientis, cum non esset sua? Restituet igitur quicquid ex eo prouenit. Tertio dicit quòd in hac secunda clausula de restituēdo, continetur quasi æstimatio rei. vt si Titius quidam vsucapit rem meam, & tu potuisti impedire vsucap. & non fecisti: teneris mihi ad æstimationem rei, sicut restituere rem promiseras: vel quod inde extabit. Quando ergo fructuarius promisit rem restituere finito vsufructu: quocunque modo amittatur, stipulatio committitur. Viuianus.

l *Restituturum.* similiter cauet legatarius cui ad tempus est relictum legatum: vt C. de lega. l. fi.

m *Mobilis.* quo verbo etiam mouentia continentur, & econtra: vt infra de verbo. signi. l. mouentium.

n *Ad fideicommissa.* si vsusfru. per fideicom. sit relictus.

Legatorum,

mortis causa donatione vsuſ fructus constituatur, exẽplo legatorum[a] debebit hęc cautio præstari. Sed & si ex alia quacunq; causa constitutus[b] fuerit vsusfructus, idẽ dicendum est. Cauere autem debet, viri boni arbitratu perceptu iri * vsumfructum: hoc est nõ deteriorem se causam vsusfructus facturũ: ceteraq; facturum quæ in re sua faceret[c]. Recte autem facient[d] & heres & legatarius, qualis res sit cum frui incipit legatari[e], si in testatum[e] redegerint: vt inde possit apparere an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. Vtilius [f] autem visum est stipulatione de hoc caueri, vt si quis non viri boni arbitratu[g] vtatur, committatur stipulatio statim: nec expectabimus vt amittatur vsusfructus. Habet autem stipulatio ista duas causas: vnã, si aliter quis vtatur quàm vir bonus arbitrabitur: aliam de vsufructu restituẽdo. Quarũ prior statim committetur quàm aliter fuerit vsus: & sæpius committetur[h]: sequẽs committetur finito vsufructu. Sed quod diximus,[i] id quod inde extabit restitutu iri: non ipsam rem [k] stipulatur proprietarius (inutiliter enim rem suã stipulari videretur) sed stipulatur restitutu iri quod inde extabit. Interdũ autem inerit[l] proprietatis æstimatio, si fortè fructuari[m] cũ possit vsucapionem[m] interpellare, neglexit. omnem enim rei curam suscipit.

a *Legatorum.* quibus per omnia fere connumerantur. quod dic institu. de dona. §. hæ. Accursius.

b *Constitutus.* vt inter viuos. Accursius.

c *In re sua faceret.* diligens paterfa. & ob id solũ videtur cautio necessaria. quod dic vt s. de vsufru. si cuius. §. denique.

d *Facient.* consilium est. sic. j. de relig. at si quis impediat. §. sed interdum. & statim dices. Accur.

e *In testatum.* id est in testationem scriptis confectam, æstimando eum quantum valet communiter tempore cœpti vsusfru. vt C. de iure do. si inter. & infra de ope. no. nuntia. l. non solum. §. penulti.

f *Vtilius.* quàm non. vel vtilius, id est vtile.

g *Arbitratu.* Quod duo continet, vt non omittat facienda: & vt non facienda non faciat: vt supra ea. l. §. cauere.

h *Sæpius committetur.* id est potest committi: vt infra de verbo. oblig. l. scire. §. si à fure. & hoc ideo, quia cõtinet interesse sicut quælibet prætoria: vt j. rem ra. ha. si procurator. & rem pu. sal. fo. l. non quasi. §. si quis. & j. de verb. oblig. si sic stipulatus sum. secus si mera pœna esset: vt supra de arbi. l. si duo. in fi. quæ contra. Accursius.

i *Sed quod diximus.* s. in principio.

k *Rem.* s. sibi dari. illud enim non tenet: vt infra de verb. obli. l. scire debemus. §. si à fure. & l. nemo in princ. Accursius.

l *Interdum autem inerit.* id est inesse videbitur in cautione.

m *Vsucapionem.* hoc idem imputatur marito: vt j. de fundo. l. si fundum. & quod dicit vsucapionem, pro præscriptione accipe. vsucapio enim triennij nõ interpellatur lit. cõtest. vt j. pro emp. l. ij. in fi. Item quod dicit interpellare. s. ciuiliter, vel naturaliter, secundum Io. imò secundum Azo. de naturali interruptione non videtur posse loqui: quia aut dices fructuarium deiectũ, aut proprietarium: aut imputari fructuario quòd aliũ possidentem non deiiciat. sic enim fit naturalis interruptio: vt j. de vsuca. l. naturaliter. si enim ponas fructuarium deiectum esse, verum est quòd incontinenti suam naturalem potest recuperare possessionem: vt quilibet alius: vt j. de acquir. poss. naturaliter. & j. de vi & vi arma. l. iij. §. eum igitur qui cum armis. & §. vnde vi interdictum. hoc autem domino proprietatis in ciuili quæstione non prodest: nec nocet: quia deiecto fructuario non ideo desinit dominus possidere, cum per eum non possideat, licet secus sit in colonis & inquilinis: vt infra de acquiren. poss. peregre. §. quibus explicitis. Cum igitur domino id nec prodesset nec noceret, fructuario nihil potest imputari à domino. multo minus imputabiur si dicas dominũ deiectum. tunc enim fructuarius cum vel deiectus non esset, vel aliquid non amisisset, incontinenti vel ex interuallo alium deiicere de iure non posset. vnde nihil potest ei imputari: vt C. de institu. & substitu. l. reprehendenda. Eadem ratione nec ei imputabitur si alium bona fide possidentem non deiecit. Item de ciuili non videtur quòd possit loqui, quia illa fit per lit. contesta. vt C. de præscrip. xxx. ann. l. cum notissimi. j. respon. & §. imò. & §. illud. hoc autẽ facere non potest fructuarius, cum actionem non habeat: vt supra de nego. gest. l. si pupilli. §. fin. Respon. de ciuili intelligitur: & ideo ei imputabitur, quia sibi mandasse videtur omnem rei custodiam: vt infra l. proxim. vel erat procurator omnium bonorum, vel specialis in hoc: vel erat ex his qui sine mandato aguut: vt s. de nego. gest. l. fine. §. finautem is fuit. & supra de procurato. sed & hæ. j. respon.

n *Nam fructuarius custodiam.* scilicet omnem.

Sic s. de vsufr. ea. l. 6. si tibi de cẽ. vide Anto. Aug. lib. 2. emen. ca. 2.

Boni viri arbitratu quid contineatur.

II. PAVLVS libro septuagensimo quinto ad Edictum.

NAm fructuarius custodiam[n] præstare debet.

III. VLPIANVS libro septuagensimo nono ad Edictum.

OMnes autem casus continentur huic stipulationi quibus vsusfructus amittitur[o]. Desinere [p] pertinere vsumfructum accipiemus etiã si nec cœperit pertinere, quamuis legatus sit: & committetur nihilominus stipulatio, quasi desinat pertinere quod nec cœpit.[q]

Si vsusfructus repetitus erit legato: quotiensque * amissus fuerit, nisi vtiliter[r] fuerit cautum, committetur ista stipulatio: sed exceptione opus erit. Sed & si quis vsumfructum tibi legauerit, & sub conditione *si liberos habueris*, proprietatem: amisso[s] vsufructu cõmittetur quidem stipulatus est de restituendo finito vsufructu extitit postea conditio: committitur stipulatio, quasi defecerit vsusfructus, qui tamẽ nondum competierat. {SI VSVSFRVCTVS.} Titius legauit mihi vsum: & adiecit, vt quotiens amitteretur, quòd esset mihi restitutus. heres dedit eum mihi, & stipulatus est restitui. finito eo amisi vsumfructum. committitur quidem stipulatio, sed exceptio erit mihi necessaria. {SED ET SI QVIS.} Testator legauit mihi vsumfruct. & cum haberem liberos, proprietatem eiusdem rei mihi legauit. heres mihi tradidit, & stipulatus est sibi restitui eo finito, habui liberos: & sic finitus est vsusfru. formalis: quia iam habeo plenam proprietatem. committitur stipulatio: sed habeo exceptionem. {SI HERES.} Titius legauit mihi vsumfruct. & heres mihi tradidit. stipulatus est restitui sibi finito vsufruct. postea heres alienauit proprieta. Titio. quæritur an committatur stipulatio eo finito? Et dicit quòd non. nam heredi non, vel heredi heredis: quia non interest. Titio non: quia non fuit stipulatus. sed Titius debuit sibi statim stipulari proprietatem habere: & si hoc non fecit, agat rei vindi. vel nego. gest. finito vsufructu. Viuianus.

o *Amittitur.* quia multi sunt: vt instit. de vsufr. §. finitur. Accursius.

p *Desinere.* quamuis legatus sit sub conditione, & ea pendente sit traditus ab herede ignorante conditionem, secundum Io. sed hoc non placet: quia secundum hoc translatum esset pendente condi. dominium vsusfru. vt j. de solu. sub conditione. & de iure do. sed nisi. Item non potest dici legatarium non esse capacem: quia tunc acciperet licet non caperet: vt j. de verb. sign. aliud est. & de his qui. vt indig. heredem. tamen potest responderi prædicta esse vera. & quod dicit lex, quamuis nec cœperit: subaudi, efficaciter. illud enim negari non potest traditam esse possessionem. quia ex stipulatione aliter agi non potest.

q *Quod nec cœpit.* de iure vel de facto. cum tamen incipere poterit: alioquin quod nondum incepit, & incipere non potest: vt quia hereditas non adita non desinit esse: vr infra de condi. & de Titio. vsusfru. & supra qui. mo. vsusfru. amit. l. j. & iij. Item no. hic desinit quod non cœpit, & perditur quod non habetur: vt hic, & ar. in decre. xxiij. q. j. §. ex his circa. fin. qu. & di. xxiij. quorundam. j. q. j. si quis confugerit. & xxiiij. q. j. audiuimus. & v. q. vj. quia iuxta. & distin. xvij. concilia. Sed argu. contra. j. de condic. cau. da. si extraneus & infra de reg. iur. l. non potest. iij.

r *Nisi vtiliter.* id est nisi expressum fuerit nominatim, vt tunc demum stipulatio committeretur, quando ita amissus fuerit vsusfru. vt non repetitus videatur. Vel dic nisi, id est quia vtiliter cautum est vt finito vsusfructu res restituatur: ideo committitur quotiens amissus fuerit: sed quia in amissione repetitus est, exceptio obiicitur. Ir.

s *Amisso vsufru.* consolidatione. quia liberos habuisti: vt & j. eo. l. proxi.

pulatio: sed exceptio locū habebit. Si heres alienauerit proprietatem, & postea amittatur vsusfructus, an ex stipulatu agere possit, videamus. Et fortius dici potest [a], ipso iure non cōmitti stipulationem: quia neq; heredi successoribúsve ei[o] restitui potest, neq; is cui potest[b], id est ad quem peruenit proprietas, pertinet ad stipulationem [c]. Sed is ad quem peruenit, [d] tempore quæsiti dominij sibi prospicere alia cautione [e] debet. quod & si non fecerit, nihilominus in rē[f] actione [g] vti potest.

IIII. VENVLEIVS libro duodecimo Stipulationum.

SI fructuarius proprietatē adsecutus fuerit, desinit quidem vsusfructus ad eum pertinere, propter confusionem: sed si ex stipulatu cum eo agatur: aut ipso iure inutiliter agi dicendum est, si viri boni arbitrium [h] hucusque porrigitur: [i] aut in factū excipere [k] debebit.

V. VLPIANVS libro septuagensimonono ad Edictum.

HVic stipulationi, [l] *dolum malum abesse*, abfuturum quem[m] esse continetur[n]. Et cū in rem sit [o] doli mali mentio concepta [p], omnium dolum comprehendere videtur: successorū, & adoptiui patris[q]. Sed si vsus sine fructu legatus erit, adempta fructus cautio satisdare iubet prætor. hoc meritò: vt de solo vsu, non etiam de vsufructu caueatur[r]. Ergo & si fructus sine [s] vsu obtigerit, [†] stipulatio locum habebit. Et si habitatio, vel operæ hominis, vel cuius alterius animalis relictæ fuerint, stipulatio locū habebit: licet per omnia [t] hæc vsumfructum non imitantur.

VI. PAVLVS libro septuagensimoquinto ad Edictum.

IDem est[u] & in reditu[x] prædij, sicuti si vindemia legata esset, vel messis [y]: quāuis ex vsufructu ea percipiantur, quæ legata[z] morte legatarij ad heredem redeunt.

VII. VLPIANVS libro septuagensimonono ad Edictum.

ET si vsusfructus nomine re tradita satisdatum nō fuerit, Proculus ait posse heredem rem vindicare [a]. & si obiiciatur exceptio de re vsusfructus nomine tradita, replicandū erit. quæ sententia habet rationē. Sed & ipsa stipulatio condici poterit[b]. Cum vsusfructus pecuniæ legatus esset, exprimi debēt hi duo casus in stipulatione, *cum morieris, aut capite minueris, dari.* Idcirco hi duo soli [c] casus quoniam pecuniæ vsus aliter amitti non potest quā his casibus.[d]

VIII. PAVLVS libro septuagensimoquinto ad Edictum.

SI tibi vsusfructus, & mihi proprietas legata sit, mihi annuos, vt eos percipiat legatarius. Azo. & tunc est vsusfructus fundi: vt ſ. de vsufruct. si quis ita legauerit. Accursius.

---

a *Dici potest.* Cum enim ad proprietatem debet redire, ipse autem proprietatem non habet. Accursius.

b *Cui potest.* scilicet committi.

c *Ad stipulationem.* quia ipse sibi non est stipulatus: & est bona ratio: vt & supra de eden. l. quædam. §. is autem. & infra de dam. infec. l. damni. §. emptor. & infra dever. oblig. l. si ita quis. §. fi. & infra de act. & obli. l. quæcunque. Sed arg. contra. infra de iure do. l. cum in fundo. §. ipius.

d *Peruenit.* scilicet proprietas.

e *Alia cautione.* scilicet restitui, videlicet emptori.

f *In rem.* No. ergo. ar. quòd is qui succedit in locum domini, potest postulare vt fiat sibi fidelitas per sacramentum.

g *Actione.* vel negatoria, vel rei vin. Accur.

S *Fructuarius.*} CASVS. Titius legauit mihi vsumfr. fundi, & heres mihi tradidit: & stipulatus est. postea ego fructuarius emi proprietatem: & sic finitus est vsusfru. formalis per confusionem: & dicit q̄ cōmittitur stipulatio, sed excepciditur, vel ipso iure nō cōmittitur. Sic verba illa, arbitrio boni viri, inserta in prima clausula ſ. e. l. j. in princip. intelliguntur repetita in secunda clausula. Viuianus.

h *Arbitrium.* quod est in prima clausula.

i *Hucusq; porrigitur.* id est trahitur ad sēcūdā clausulā: vt subintelligatur repetita prima.

k *Excipere.* quod est tutius: vt ſ. l. proxi. §. sed & si quis.

HVic.} CASVS. Heres stipulatus est à me fruc. quia vtar arbitrio boni viri, dicit quòd videor promittere quod non cōmittetur dolus ab aliquo extraneo, nec à me, nec ab herede meo, nec ab eo cui de nouo darem me in adoptionem, licet ad istos non transeat vsusfruc. {SED ET SI.} Vsuarius sicut fructuarius satisdat de duobus: de vtendo arbitrio boni viri, & de restituendo. sic & ille qui habitationem, vel operas serui habet, vel alterius animalis: licet non per omnia assimilentur vsufructuario. Idem si quis legat mihi annū reditum fundi: quod est vsusfructus, id est commoditas, non seruitus. h. d. cum l. sequen. Viuianus.

l *Huic.* id est in hac.

m *Abfuturúmque.* in re vsusfructus nomine retinenda.

n *Continetur.* interpretamur eam contineri ex verbis in ea positis. certe & de culpa lata & leui tenebitur, cum arbitrio boni viri debeat frui, siue in faciendo, siue in prætermittendo quid amittatur: sed de dolo tantum suo proprio tenebuntur eius vniuersales successores: cum ad eos non transeat vsusfructus.

o *Et cum in rem sit.* quia sic dolum malum abesse, & hoc quantum ad se, & vniuersales successores, non quantum ad extraneos: vt ſ. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. sed si quis. verſic. si quis dolum.

P *Concepta.* interpretatiue: vt dixi.

q *Et adoptiui patris.* licet neque ad heredem, neque ad patrem adoptiuum fructuarij transeat vsusfruc. vt diximus supra qui. mo. vsusfru. amit. l. repeti. j. respon. & §. j. Azo.

r *Caueatur.* vt & infra eo. l. vsu quoque.

s *Sine vsu.* i. sine seruitute vsus, quia sine vtilitate vsus esse nō potest: vt ſ. tit. j. l. per seruum. §. j. secundum Irne. Vel dic hoc casu etiam sine cōmoditate esse fructū sine vsu: vt & ſ. tit. j. l. per seruum. §. si vsusfructus. secundum Azo. quod nō placet.

† *Licet per omnia.* i. non per omnia nā vsusfru. amittitur capidemi. operæ autē minime: vt & ſ. de op. ser. l. secunda. idem & habitatione, quæ nec tempore perimitur, nec capidemi. vt ſ. titu. j. si habitatio. §. j. Item sunt & aliæ differentiæ: vt infra de vsufru. lega. l. ij.

† *Hoc respōsum Alciat. lib. 2. Paregor. c. 3. pulchrè concilat cū. §. fi. l. per seruū. ſ. de vsu & habita.*

u † *Dē est.* Hæc lex Pauli iungitur alij legi Pauli, quam nō habemus: & forte dicebat idē quod superior Vlpiani. & dic idem est, vt nō imitetur vsumfru. id est non sit vsusfru. & dic annuū reditū dandū de manu heredis: & sic de vindemia, & aliis dandis de manu heredis: vt ſ. de vsufru. l. defuncta. §. j. & dictio sicuti, similitudinarie vel exēplatiuè ponitur. Vel dic prædicta percipiēda à se legatario, cui annuus reditus, vel annua. i. vindemia. & dic, idem est vt fiat cautio: quia vsusfr. est: vt ſ. de vsufru. l. si quis ita legauerit, & de an. le. si in singulos. & de vsufr. le. l. patrimonij. & l. fundi Trebatiani. & verbum quanuis, ponitur pro quia: vt j. famil. erciscun. l. si maritus. & verbum sicuti, lege vt primum. Vel tertio dic legatum vsumfru. reditus & vindemię: quo casu ęstimabitur, sicut cætera quæ vsu consumuntur: & cauebitur. Accursius.

x *Et in reditu.* scilicet relicto, vt quis eo vtatur: sicq; erit vsusfructus ipsius reditus, nō fundi. & ideo de eo quod supererit, restituendo cauet, vel dic reditus fundi legatos

y *Messis.* nam non est vsusfructus.

z *Quæ legata.* præter legatum operæ: vt infra de vsufru. le. l. ij. Accursius.

ET *si vsusfructus.*} CASVS. Testator legauit mihi vsumfructum. heres tradidit: & oblitus cautionem non exegit. poterit heres vindicare: nec excipiam: cum non satisdem de præteritis duobus. Item & ista stipulatio de restitu. potest peti condic. incerti. & §. cum vsusfructus cum l. sequen. planus est. Viuianus.

a *Rem vindicare.* immo non videtur vindicanda res: vt ſ. de vsufruct. ea. re. quæ vsu consu. l. hoc senatusconsultum. §. j. quæ est contra. Solu. ibi loquitur de re mobili, quæ vsu consumitur: vt vestimenta, vasa, & si qua similia, quæ statim fiunt accipientis. vel dic non esse contra: quia ibi non dicit rem nō vindicari.

b *Condici poterit.* incerti condic. vt d. l. hoc senatusconsultum. §. j. & hoc idem quod superiori. j. respō. dicitur in emphyteuta, vt si non sit soluendo primus emphyteuta, dominus vindicet rem à secundo, vt aut soluat canonem, aut reddat rem: vt arg. infra de pig. actio. si cum venderet. & ita vindicabit dominus id quod possidet secundus emphyteuta: vt infra de priui. credi. l. si ventri. §. in bonis.

c *Duo soli.* scilicet exprimuntur.

d *Casibus.* vt supra de vsufruc. ea. re. quæ vsu consu. l. in stipulatione. & l. quoniam. Accursius.

Si tibi.

a SI *tibi. Et heredi.* propter rem. Accursius.
b *Et mihi.* propter spem.
c *Legata sit.* scilicet proprietas. Accursius.
d *Desierit.* scilicet deficiente conditione: quo casu non potest proprie dici desinere: vel forte repudiatione desierit ad me pertinere. nam si rem mihi legatam repudio, desinit ad me pertinere cum potui habere. Ir.
e *Sibi cauere.* qualiter fiant vsuri: vt ſ. de vsufruct. l. ſi cuius. §. ſed ſi inter.
f *In casum.* vt & ſupra de vſufructu earū re. quæ vſu conſu. l. ſi tibi decem.

SI *vſusfructus.*} CASVS planus eſt vſque ad §. illud. & ibi dicitur quòd ſemper vſufruct. debet cauere ſe vſurum arbitrio boni viri, & de reſtituendo vſufruct. eo finito quoquo modo ſit vſusfru. conſtitutus. {PLANE.} Titius legauit mihi vſum fundi. & eiuſdem fundi proprietatem à decennio in antea nō ſatisdabo: quoniam eſt veriſimile quod non male vtar, cum ſperē proprieta. ad me pertinere. {SI VESTIS.} Titius legauit mihi vſumfructum veſtis: & heres tradidit, & ſtipulatus eſt. dicit quòd licet reddam attritam ſine dolo, non committetur ſtipulatio.

* *Acturum vt caueam & cum ſi.*

{SI PLVRES.} Legaſti mihi vſumfructum fundi. plurib. heredib. inſtitutis deceſſiſti. omnibus illis tuis heredibus ſæiſdare debeo ego. Viuianus.
g *Domino proprietatis cauebam.* hoc propter ſpem: vt ſupra l. proxi. & infra de aqua plu. arcend. l. in diem. §. fina.
h *Recta via.* de hoc diximus infra de condict. indeb. l. dominus teſtamento.
i *Iure ipſo.* ſcilicet ciuili: vt ex teſtamento, vel inter viuos.
k *Prætoris.* vt in ſuperficie, & fundo emphyteutico: vt infra de ſuperfi. l. j. §. quod autē. & quādo per fideicommiſ. relinquitur: vt ſupra quibus mod. vſufruct. amit. l. ſi legatū.

